EVRIPIDIS

TRAGOEDIA

PHOENISSAE.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ.

EVRIPIDIS TRAGOEDIA PHOENISSAE.

INTERPRETATIONEM ADDIDIT H. GROTII;
GRAECA CASTIGAVIT E MSTIS, ATQVE
ADNOTATIONIBVS INSTRVXIT;
SCHOLIA SVBIECIT,

LVDOVICVS CASP. VALCKENAER

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD SAMUELEM ET JOANNEM LUCHTMANS,
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.
CIↃIↃCCCII.

L E C T O R I

S. D.

L. C. VALCKENAER.

Cogitanti mihi quam ſtudioſis Graecarum literarum adoleſcentibus interpretarer Tragoediam in primis dignae videbantur *Euripidis* Phoeniſſae, quae horum in gratiam ſic typis deſcriberentur Friſiacis, ut novo quodam cultu tamen exornatae Doctis etiam ſpectatoribus aliqua parte poſſent commendari. *Sophoclis* perfectius Euripideo cur non antepoſuerim exemplar, ſi qui, quod futurum auguror, fortaſſe mirabuntur, de me meoque in *Sophoclem* ſtudio nimis benigne ſentientes, ad illuminanda tamen Sophoclea Codices praeſertim vetuſtos adhibendos eſſe fatebuntur: deſinent itaque mirari, ubi cognoverint, ex antiquis membranis excerptas habere me lectiones multo plures & vero meliores, quibus diverſae poſſint *Euripidis* expoliri Tragoediae; Phoeniſſarum autem variântes, ex tribus quatuorve Codicibus optimis cum cura enotatas. *Euripidis* praeterea, praeceptis ad vitam bene informandam referti, ſimplex ac nativa facilitas cothurno Sophocleo ad ingenium noſtratium multo videbatur accommodatior, quos uſu quoque didiceram Poëtarum potius, quam aliorum Scriptorum, ſuavitate delenimentisque capi, atque ad amorem humanitatis honeſtatisque concitari. Tandem una de tribus erant Phoeniſſae Tragoediis, quae, medica *Ioannis Kingii* manu ex Britannicis Codicibus frequentiſſime perſanatae, prodiiſſe videbantur integerrimae. In emendatiſſimis quantum peragendum ſupereſſet, experimento facto conſtare volui. Denique Phoeniſſas Latino verſu *H. Grotius* expreſſerat: Latina quandoquidem Graecis erant adiungenda, ut liber emtores inveniret, *Grotii* converſionem prae ceteris huic inſtituto convenire iudicabam. Phoeniſſas ille, ſaepius e libris Pariſinis emendatas, non vertit tantum Latine, ſed & eruditis inſtruxit Prolegomenis, in quibus ita diſputat *Grotius*, ut hanc optimam eſſe pervicerit *Euripidis* Tragoediarum, in utramque partem dramatis virtutes exponens & vitia. Haec plenius cognoſceremus, ſi Phoeniſſae ſupereſſent *Ariſtophanis* & *Strattidis*, quos ſuis in comoediis, homines acerrimos, irridenda ſibi ſumſiſſe de Phoeniſſis *Euripidae* loca, quantumvis paucae manifeſtant utriusque reliquiae. Praeter hos duo Phoeniſſas ſcripſiſſe perhibetur *Crates* Comicus. Nititur iſta virorum Doctorum perſuaſio perperam intellectis *Scholiaſtae* verbis ad *Ariſtophanis* Veſpas v. 879. ubi non Comicus, ſed *Crates* intelligendus eſt *Grammaticus*, locum deſignans ex *Ariſtophanis*, quem interpre-

pretabatur, Phoenissis: commodum superest is ipse Comici locus, quo spectabat *Crates*, emendatior apud *Suidam*, quam apud *Athenaeum* II, p 62. D. III, p. 90. A. Alius etiam error hic corrigi poterit, quem, a multis propagatum, alicubi sequutus sum. *Euripidis* Phoenissae primum commissae fuisse dicuntur anno primo Olympiadis LXXXVII. *Meursio* ceterisque, qui hoc tradiderunt, praeivit in Collectaneis Historicis *Ios. Scaliger.* Sub Pythodori quidem magistratu de palma certarunt *Euphorion*, *Sophocles*, & *Euripides*, victorque fuit *Euphorion* renunciatus, teste *Aristophane* Grammatico in argumento secundo (prius *Dicaearcho* tribuitur in Codice Florentino:) Medeae *Euripidis*; sed tetralogiam ille commemorat *Euripidis* isthoc anno commissam, Medeam, Philocteten, Dictyn, fabulamque iocosam Θερισταὶ inscriptam, quam suo iam tempore scribit non amplius inventam, postremam istam argumenti partem commode *Rich. Bentlejus* enodavit in Epistola ad *Io. Millium.* Viginti minimum annis post commissae demum videntur *Euripidis* Phoenissae, Hypsipyle, & Antiope. Ubi meminit *Euripidis Andromedae* Comicus in Ranis v. 53, hoc legitur Scholion: *διατὶ μὴ ἄλλό τι τῶν πρὸ ὀλίγου διδαχθέντων καὶ καλῶν, Ὑψιπύλης, Φοινισσῶν, Ἀντιόπης; (ἡ γὰρ Ἀνδρομέδα ὀγδόῳ ἔτει προῆκται·) ἐπειδὴ οὐ συκοφαντητέα ἦν τὰ τοιαῦτα.* Andromedam docuit *Euripides* anno tertio Ol. XCI, octo annis ante, quam Ranae primum agerentur *Aristophanis*, anno nempe tertio Ol. XCIII. Annus hic tertius Ol. XCIII, *Euripidi* vitae fuit ultimus, *Sophocli* quoque fatalis. Actae itaque Phoenissae fuerint intra annum tertium Ol. XCI, & annum tertium Ol. XCIII, forsan anno tertio Ol. XCII, quo sub archonte Glaucippo vicit edita, praeter ceteras, Philoctete, *Sophocles.* Sed his, quaeque praeterea poterant huius generis nonnulla disputari, missis, subsidia potius persequar, quae mihi praesto fuerunt hanc Tragoediam tractanti.

Phoenissas ceterasque *Euripidis* Tragoedias plerasque primus Venetiis publicavit *Aldus* anno MDIII. nam in antiquiori quatuor dramatum Editione Phoenissas non inveniri monuit me Nobiliss. *Matthias Röverus.* Aldinum exemplar exprimi curavit Basileae *Io. Hervagius* anno MDXXXVII. Eiusdem *Hervagii* sumptu renovata fuit Editio Basileënsis anno MDLI. Qui huic curandae praefuit, *Io. Oporinus* inconsideratius multa novavit, non scriptum ille Codicem vetustum sequutus, sed viri cuiusdam non indocti coniecturas. Quae quidem aut *Oporinus* aut veteres invexerant librarii, vitia plurima *Gul. Canterus* expurgavit, primusque versus in choricis suis illigare modulis aggressus multum sane praestitit, emisso *Euripide* ex officina *Plantini* Antverpiae anno MDLXXI. In Editionibus postea vulgatis data opera nihil admodum fuit ad *Barnesium* usque novatum. Interea temporis Phoenissas Parisiis publicaverat *H. Grotius* anno MDCXXX, emendatas ex Manuscriptis Codicibus, quos praeter *Aldum* non adhibuerant priores. Hi, more Editorum, de sua quisque opera magnifice fuerant loquuti: modeste *Grotius* in Epistola Ill. *Memmio* inscripta, *sumes*, inquit, *tragoediam ipsam a summo poëtarum Euripide*, *versus eius paulo quam antehac emendatiores a Codicibus scriptis.* Multa tamen in Phoenissis sincera vir Illustrissimus iam dederat, quae primos se reparare recentiores arbitrabantur. *Barnesius* splendidam quidem nobis paravit *Euripidis* Editionem, si nitorem spectes externum; sed, si absque ullo obtrectandi studio verum dicere licet, laudibus, quas in illam multi congesserunt, penitius introspicienti Cantabrigiensis indigna videbitur Editio. Aliena non pauca praefatus, *Barnesius* quibus instructus praesidiis ad Poëtam ac-

accesserit tractandum tacet: *Euripidem* se tamen ait *purum & expurgatum, magna parte auctum, suique compotem reddidisse.* Nec veteres Editiones adhibuit qua debuerat diligentia, neque Codices scriptos, praeter unicum Cantabrigiensem, tres tantum tragoedias complectentem: hunc Codicem, quem *Kingii* novimus indicio recentem admodum esse, supra modum & paene pueriliter admiratur *Barnesius*, *Codicem* vocans *sanctissimum* atque *irrefragabilem;* quasi vero verba Doctor suis adnumeraret auditoribus, non Doctis expendenda considerate scriberet: domo nullam attulit coniecturam, quae sit alicuius momenti; multa vitiavit, in *Canterum*, *Stephanum*, *Scaligerum*, ad quos *Barnesii* nunquam erunt aequiparandi, frequentius quam oportuerat iniurius: quos ipse tornaverat, versus hic illic interiecit Euripideis, ne quid scilicet in illis esset lacunosum; in deperditorum tandem dramatum colligendis concinnandisque reliquiis negligentissime versatus. Medeam & Phoenissas Cantabrigiae vulgavit anno MDCCIII *Wilhelmus Piersius*, *Grotium* in Phoenissis plerumque sequutus, eumdemque Codicem e Collegio Corporis Christi Cantabrigiensem; cuius lectiones diligentius enotavit. Editionis nitidissimae copiam mihi fecit ad quaevis humanitatis officia paratissimus *Io. Steph. Bernardus.* Ibidem vulgatis anno MDCCXXVI, Hecuba, Oreste, & Phoenissis, multo plus commodi Tragico praestitit *Ioannes Kingius*; cuius Editio Londini fuit renovata anno MDCCXLVIII a *Thoma Morello*, qui prioribus Alcestin insuper adiecit. Decem *Kingius* Codices Mstos adhibuit Britannicos, quorum septem Phoenissas etiam exhibebant: sed istae Codicum lectiones ferme tantum nobiscum sunt communicatae, quae *Kingio* verae viderentur, multo magis in Musica carminumque legibus quam in lectione scriptorum Graecorum exercitato. Istius partis peritissimus in choricis praesertim centena primus redintegravit, reliquis plerisque neglectis lectionibus, quibus elimari potuerant Euripidea, quasque magni redemissent *Euripidis* studiosi. Tandem *Car. Henr. Langius*, qui Phoenissas quadriennio ante vulgarat, Lubecae anno huius seculi XXXVII specimen edidit Lectionum Euripidearum in Phoenissas: undecunque tandem depromtas, lectiones ille quasdam commemorat *Salmasii*; cetera novi quidem nihil nos adeo docet. *Ioannis Iacobi Reiskii* in *Euripidem* animadversiones tum demum ad me pervenerunt, quum Phoenissae propemodum typis iam essent descriptae.

Praeter Editiones lectionesque Phoenissarum publicatas, penes me fuerunt trium optimae notae Codicum lectiones variantes; quorum Codicum Manuscriptorum duo Lugduni sunt Batavorum; Florentiae, tertius. Leidensium alterum pervetustum, a me designatum litera A, Catalogus Bibliothecae publicae exhibet inter *Vossianos* p. 393, n. 38. alterum, litera B notatum, veterem quoque, nec multo deteriorem p. 397, n. 33. Horum Codicum diversas a vulgatis lectiones meam in gratiam excerpserat vir Clarissimus, praestantis animi non minus quam doctrinae dotibus insignis, *Ioannes Daniel van Lennep.* Postea Codices eosdem ad Editionem *Kingii* diligenter exigenti mihi constitit, virum amicissimum accuratissime molesto fuisse labore perfunctum. Ad Florentinum non vulgaris bonitatis Codicem collationem olim instituerat *Is. Vossius:* ex *Vossii* libro lectiones Florentinas in suum transscripserat adolescens, vir Celeberr. *Petrus Burmannus Secundus*, quae quidem spectabant ad Phoenissas, Medeam, Hippolytum, Alcestin, Andromachen, Rhesum, & Troadas: ex hoc mihi libro quidquid vellem excerpendi copiam

exquisita *Burmanni* fecit humanitas, cui literarum amatores debemus sane plurimum.

Samuelis Battierii, quondam Linguae Graecae Professoris apud Basileënses meritissimi, manu scriptas observationes in *Euripiden* mecum communicavit Humanissimus *Io. Iac. Wetstenius*, editis Prolegomenis & variantibus N. F. lectionibus duraturum nomen adeptus. Quum pleraque iam excerpsissem, ad Phoenissas spectantia, monuit me per literas Cl. *Io. Steph. Bernardus*, observationes istas *Battierii* nuper in Museo Helvetico fuisse publicatas, misitque Musei Particulas XVII, XVIII, XIX, quibus continebantur, a iuvene Basileënsi ex autographo descriptae: his lectis nondum poenituit operae. Haec ferme sunt, quibus instructus efficere conatus sum, ut eximium *Euripidis* drama legeretur emendatius.

Atque ut hinc ordiar, e *Battierii* schedis, saepenumero cum Codicibus conspirantis, excerpta pleraque ad sua loca retuli, quae quidem sine gravi reprehensione legi possent, aut etiam bona viderentur: aliquoties *Battierii* mentionem facio, ubi nihil occurrit in Helvetico Museo; sed hic quoque multa vulgantur, quae vel a me poterant vel ab alio quovis reprehendi; qualia publicare mihi quidem inhumanum videbatur: ad editionem nondum parata, quum absque delectu post parentum obitum in lucem protruduntur, magna saepe nomina dedecorant.

In hac renovanda Tragoedia *Kingii* praesertim sequutus sum Editionem, omnium emendatissimam: sed, ut incommodum Lectoris evitaretur, licet totidem paene versus, quot *Kingius* dederat, repraesentaverim, curavi tamen, ut versuum numeri, prout ante eius editionem obtinebant, collocarentur: ad mentem quoque *Kingii*, quod nollem factum, Tragoediam in actus distinxi. Adposui quae de Graecis Latina fecerat *Grotius*, istius temporis servata scribendi ratione. Potuerat forsan in eumdem usum inservire metrica Phoenissarum *Iani Gulielmii* interpretatio, cuius his in oris a me non fuit inventum exemplar. Biennio postquam illa prodiisset, anno MDLXXXI, *Plantinus* emisit ex officina sua *Euripidis* Phoenissas, Hippolytum, atque Andromachen, a *Georgio Ratallero* Latino carmine conversas. Laudandum quidem Senatoris Amplissimi studium, a nostri temporis rationibus longe semotum: sed, lectionibus Aldinis saepenumero decepti, *Ratalleri* conversio non potest ad hanc *Grotii* comparari; qui, nonnulla audacius interpretatus, exornavit non pauca; rarius in sinceris aberrat a Poëtae sententia. Interpretum *Grotius* felicissimus, ubi verba veterum in Latinos erant versus transferenda, non aeque fuit in librariorum corrigendis erroribus felix

Ad Editionem *Kingii*, quam expoliendam sumsi, primum contuli quidquid diversae colligi poterat lectionis ex Editionibus antiquis, Codicibus supra designatis, ex editis Scholiis atque ineditis; e locis tandem veterum qui Phoenissarum adhibuerant particulas. Ex hac farragine lectiones prorsus vitiosas, quaeque nulli videbantur usui futurae, primum seposui; saepius deinceps examinatas, nemini profuturas tandem reieci, neque in his nugis digerendis horas mihi perdere volui, cuius in minutiis adnotandis diligentiam nonnulli forte vituperabunt. Ubicunque primus quid novasset *Kingius*, ante recepta lectio fuit in notis commemorata: pristina saepe fuit ex aliis Editionibus revocanda: sinceras, quaeque cadere non poterant in dubitationem, e scriptis Codd. aut aliunde restitui: adnotatis curate lectionibus reliquis, probabiles adfirmare studui: meas unius coniecturas rarius & non nisi perpaucas in contextum intro-

troduxi: ſatis eſſe videbatur, ſi peccata librariorum aberrantium corrigerentur in adnotationibus. Fuit autem in Phoeniſſis, Codicibus inviis, frequentiſſime coniectandum. Hac in parte ſi qui modum exceſſiſſe me nonnunquam, quod opuſculi lector diffiteri non erubeſcam, criminabuntur, iidem tamen hac opella nonnulla fatebuntur in melius reſtituta. Praeterea veterum loca deſignavi, qui verba Tragici de Phoeniſſis excerpta protulerant, quotquot mihi quidem aut innotuerunt, aut non indigna videbantur memoratu; praeſertim illa, quae lectionis quamdam efferebant diverſitatem, quod evenit ſaepenumero. Non quidem ſexcentis in locis, quod rem amplificando ſcribit vir quidam eruditus, *Euripidis* utuntur teſtimonio *Plato* & *Ariſtoteles;* ſed ab his aliquoties, & ab aliis quibusvis tamen frequenter teſtis excitatur *Euripides;* in primis a *Plutarcho*, non nominati Tragici verba ſaepius ad ſua ſic accommodante, prorſus ut in hunc usque diem latuerint. Doctis quidem hominibus exploratum eſt hanc locorum inter ſe comparationem magni nominis Scriptoribus ſaluberrimam eſſe: quantum hinc ad *Euripidem* & *Sophoclem* derivari poſſit utilitatis, hoc in Phoeniſſas ſpecimine quibusvis poterit eſſe perſpicuum. Ut multa reliquerim aliis perveſtiganda, mendoſa quoque, vel tenebricoſa, quae non potuerint a me declarari; tamen hac parte, quam ad editoris officium non poſtremam pertinere iudico, me perfunctum arbitror non indiligentiſſime. Eadem valuit in recentioribus ratio, qui Phoeniſſarum loca ſuis in ſcriptis proferendo vel correxerant vel explicuerant. Data fuit opera, ſuum ut cuique tribueretur; nec eorum inſtitutum laudo, quantumvis magnum ſint in literis nomen adepti, qui rari legunt aut excitant aliorum obſervata, propter negligentiam iſtam iure culpandi. Verbis ne literatores quidem ſciens laeſi: neque tamen oblata occaſione Summorum virorum peccata modeſte notare dubitavi, ne *Grotii* quidem. Horum errores eo ſtudioſius corrigendos arbitror, quo magis perículoſi per ſecula propagari ſolent: Illuſtriſſimi viri ex *Euripidae* deperditis tragoediis Excerpta *Barneſius* absque examine recepit, vitiis, etiam a *Grotio* invectis, plena.

Singula penſiculate tractanti creverunt in hanc molem adnotationes, quibus aliena non admiſcere conſtitueram. Qui caſtigata veterum ſcripta huiusmodi negaverit obſervatis oneranda, huic vix eſt quod praeter aliorum opportunam exempla, quibus, obſecundantes ſcilicet ingenio, ſaepenumero trahimur: alios dum dico, viros intelligi nolim Primarios, quos, ubicunque libuerit ipſis evagari, non inviti ſequimur emanſores: mihi ſic unam tractaſſe liceat Tragoediam, qui, ſi *Sophoclis* eſſet aut *Euripidis* Tragoediarum editio nova paranda, ſingula paucis pertractanda iudicarem: nunc in gratiam iuventutis enucleatius multa tradidi, quam docti Lectores deſiderarent. Qui Criticos veluti minuta tractantes operoſe rident, homines venuſti miror equidem cur Anatomici non reprehendant ſedulitatem, corporis humani minutiſſima quaeque ligamenta (particularum eadem eſt propemodum in linguis ratio:) prae ceteris partibus oculo conſiderantis philoſophos. Si veritatis, quam & nos quantulamcunque quaerimus, offenſi mentione, narrare tantum Criticos decernunt & hariolari, Philoſophos veritatem inveſtigare atque invenire ſolos; hi Geometrica neminem admiraturum inventa fatebuntur, niſi multa prius minima perceperit, absque quibus maioribus illis locus non ſit; atque adeo, ſi licet parva magnis componere, ſciant illi, neminem correctionis, verane ſit an minus, idoneum eſſe iudicem, qui non ante diu mul-

tumque fuerit in minutis illis, quae praeſcienda ſint, exercitatus. Sed hos a rebus noſtris alienos facile compeſcimus: magis videri queant metuendi nobiscum eadem ſacra tractantes inſtituto diverſo.

Viginti minimum verſus e Phoeniſſis tanquam adulterinos aut indignos *Euripide* primus reieci: haec mea multum disputantis licentia vereor equidem ne quorumdam cadat in reprehenſionem velut immoderata, quaeque ſit omnibus modis refraenanda, ne latius iſta ſerpat quaevis ſollicitandi prurigo. Hos primum rogatos velim, dictis ut abſtineant imperioſis, quae nihil quidquam nos movent: deinde meminerint, verſus etiam Euripideos in Phoeniſſis, ſaepius in uſum tironum tranſſcriptis, plurimos a literatoribus fuiſſe interpolatos; ad haec plures in hoc uno dramate verſus me notaſſe ſpurios, quam e ſeptem *Sophoclis* Tragoediis vellem proſcriptos; iſtos ſi excipias, quos Grammatici veteres repudiarunt: tandem in aliquot *Euripidae* fabulis, rarius uſurpatis, quaeque Scholiis vacant, ne unicum quidem hactenus a me repertum. Ut in his temeritatem inconſideratam, ſic ſuperſtitionem quoque ridiculam evitandam iudico. Quae quidem hic recte disputaſſe nonnullis videbor, quomodo tandem iis placerent, qui verſus per tot ſecula lectos & veluti conſecratos loco movendos negant, quique hoc facinus tanquam grande piaculum criminantur? Nam hos ne audiendos quidem arbitror, nedum refutandos, qui dura quaevis atque abſurda quidquam eſſe cauſae negabunt cur non imputarentur *Euripidi.*

Phoeniſſis nihil praeter Diatriben ſubiicere decreveram, qua tum alia quaedam pertractarentur, tum de verſibus ſpuriis integrisque locis fictis aut interpolatis paulo plenius disputaretur. In eius locum Scholia veterum Grammaticorum ut ſucceſſerint vulgatis meliora, *Io. Iac. Reiskius* effecit, ingenio non minus quam variarum rerum ſcientia celebritatem adeptus. Is, quocum a longo tempore nullum mihi fuerat literarum commercium, literis ad me datis menſe Septembri anni MDCCLII, *Audio*, inquit, *te cum maxime in Phoeniſſis Euripidis edendis verſari. Id ſi verum eſt, offero tuis uſibus, ſiquidem deſideras, exemplum Scholiorum Hervagianum, quod penes me eſt, a Tryllitſchio viro Graece doctiſſimo cum Auguſtano Codice MSto collatum, & praeſertim in Phoeniſſis tam ſpiſſe conſcriptum excerptis ex illo Codice, ut toti margines oppleti ſint.* Non multo poſt, antequam meam ille ſententiam cognoviſſet, librum ad me miſit quomodocunque vellem utendum. Quotquot itaque percipient ex emendatis, Codicisque Auguſtani, Scholiis utilitatem, Clariſſ. *Reiskium* beneficii mecum laudabunt auctorem.

Hervagii Baſileënſis Scholiorum eſt Editio, docta manu praeſertim in Scholiis ad Phoeniſſas notata. Sub finem Scholiorum in Hecubam ſequentia leguntur: *Ubi quid emendatum poſtea additumve invenies, ſcias e Mſ. Reipublicae Auguſtanae eſſe* Circa finem Scholiorum ad Phoen. eadem manus haec poſuerat: „ *Hic deſinit Mſ. Auguſtanum, cui Davides Hoeſchelius V. C. ſua* „ *manu in fine adſcripſit:* λείπει μία σελίς. πέρας εἴληφε αὕτη ἡ διόρθωσις d. 29. „ Dec. 1714. ἐγὼ ΓΕ. Θ — ΟΣ. τἀνώτερα καλλίω." Docuit me Clariſſ. *Reiskius* ſuis literis iſtis latere *Georgium Fridericum Tryllitſchium*, qui, natus in agro Lipſienſi anno MDCLXXXVIII, poſtquam ſuae quaedam divulgaſſet doctrinae monimenta, conſilio quod ceperat edendi *Tzetzae* Προομηρικὰ, Ὁμηρικὰ, & Μεθομηρικὰ, fuerit intermortuus Wittebergae A. MDCCXV. Fuiſſe *Tryllitſchium* in Graecis exercitatiſſimum, mihi quidem ex hac collatione, prae-

praesertim e iudicio, quo lectiones optimas saepius adprobavit, planissime constitit.

Augustanus ille Codex meam Scholiornm nugis saepe decepti superavit exspectationem. Scholia complectebatur vetera ferme tantum & melioris notae, tum quae vulgarat *Arsenius*, tum inedita non pauca; sed illa partim duntaxat. Ceteris intermiscuerat *Arsenius* Scholia metrum spectantia, paraphrasin quoque; quae sine controversia debentur recentioribus. Nihil horum membranae praebuerunt Augustanae. Centena Scholia primus ex Angliae Codicibus dederat *Kingius:* haec eadem partim, partim alia quaedam otiosus aliquando descripseram e Codice Lugduno-Batavo. Neque horum ullum in Augustano fuit repertum; quod bonitatis erat atque antiquitatis indicium certissimum: nam illa vel a *Kingio* vulgata, vel a me descripta, perpauca si tantum exceperis, nihil erant aliud nisi magistrorum dictata, quae pueris inservierant erudiendis, saepe futilissima, vel quae nihil nos novi docerent, quod ignorasse detrimento esset.

Hunc itaque librum nactus Scholia recensere coepi, quumque principio vetera tantum dare constitueram ex Aug. Codice emendata, quaeque hic praeterea subministraret; fore deinde cogitabam, ut hoc multis displiceret institutum, qui ab editoris iudicio pendere periculosum esse iudicarent. His quia mos erat hac saltem in parte gerendus, consilio mutato tandem omnia divulgavi, bona malis mixta, tam quae dedissent *Arsenius*, *Barnesius*, *Kingius*, quam Augustana, quin & illa quae Codex praebebat Leidensis. Qui in his exercendi sunt, de quorumvis pretio facile poterunt edoceri: doctis ut bona designentur necesse non est. Quid ad vetera Scholia hac etiam opera fuerit adiectum, signa praefixa demonstrabunt. Sed de Scholiis vel ante vel nunc primum vulgatis pauca quoque dicenda sunt.

Scholia Graeca in septem Tragoedias *Euripidis* separatim primum Venetiis prodierunt ex officina *Lucae Antonii Iuntae*, A. MDXXXIII. hanc mihi subministravit Editionem instructissima *Matth. Röveri* Delfensis Bibliotheca. Decennio post Basileae renovavit illa *Io. Hervagius*. Scholia collegit e diversis Codicibus vetustis tum in patria, insula Creta, tum Venetiis, & Florentiae, atque in istum ordinem concinnata disposuit *Michaëlis Apostolii* filius, *Arsenius*, Archiepiscopus Monembasiae in Peloponneso. In Epistola praefixa, quam inscripsit *Arsenius* Paulo III, Pont. Max. *donum*, inquit, *Tibi mitto* τὰ εἰς ἑπτὰ τραγῳδίας τοῦ Εὐριπίδου εὑρισκόμενα σχόλια, ἅ δή γε, οἷά τις μέλισσα, ἐνιζάνων αἷς ἐνέτυχον βίβλοις τῶν παλαιῶν ἔν τε τῇ Μίνωος πόλει καὶ Ῥαδαμάνθυος, Ἐνετιῆσί τε κἀν Φλωρεντίᾳ, ἐρανισάμην ἐπιμελῶς, καὶ οἷόν τινα συνηρμολογησάμην σειράν. Ex antiquis itaque sunt exemplaribus excerpta ab *Arsenio*, qui de suo nihil adeo nisi perpauxillum videtur addidisse. Ut huic forte paraphrasis tribui possit, perperam tamen saepius a viris Doctis *Arsenius* tanquam *Scholiastes Euripidis* fuit nuncupatus, cuius in excerpendo fidem & curam laude dignissima iudico. Non videtur probabile, plura in alias etiam *Euripidis* Tragoedias habuisse *Arsenium* Scholia: quorum dum *Paulo Stephano* dicitur in Epistola ad Paulum III spem fecere, *Stephanum* opinio fefellit: σὺ δὲ, inquit, μακαριώτατε πάτερ, τὰ τοῦ Εὐριπίδου ἀσπασίως ὑποδεξάμενος, προσδόκα καὶ ἄλλα τῶν χρησιμωτάτων. nihil praeterea scribit, quod huc spectet: sed haec etiam ἄλλα τῶν χρησιμωτάτων quominus parare potuerit, morte fuit impeditus, quae anno sequenti Venetiis

ar-

Arſenium abſtulit. In his Scholiis, a *Paulo Stephano* nonnihil emendatis, multa mutavit *Barneſius*; &, ſua quaedam hic illic interiiciens Scholia, nonnulla dedit ad Phoen. e Codice reperita Cantabrigienſi; e quo plura collegit interpretamenta *Pierſius* Tandem *Io. Kingius* ope Codicum *mille locis depravata a* ſe ſcribit *emendaſſe*, *novisque Scholiis adiectis quinta fere parte auctiora reddidiſſe.* Ab *Arſenio* vulgatis trecenta minimum Scholia *Kingius* adiecit Phoeniſſas ſpectantia, quae pleraque praebuerunt duo Codices, alter Bodleianae Bibl. Barcc 74, alter Cantabrig. e Biblioth. Collegii Corp. Chriſti: duo tantum in Phoeniſſas Scholia e tertio prioris Biblioth. Codice Laud. 89, fuere repetita. Horum plurima, ne verbis quidem diſcrepantia; repereram in margine Codicis Leidenſis B, qui praeterea nova quoque ſuppeditavit. Univerſa haec aevi praeferunt indicia recentioris, etiam illa, quae ante vulgatis rem tradunt eamdem, verbis tantum diverſis; qualia ſi tanquam in dita proferenda ſunt, quivis facile Codices nova ſubminiſtrabunt. Scriptores his in Scholiis perpauci citantur, ne unus quidem quorum ſcripta perierint: in illis vero ab *Arſenio* primum publicatis ad unas Phoeniſſas veteres citantur Scriptores, quorum paene nihil ad nos pervenit, plures quam triginta. Tentavit illa quidem conjecturis ſuis interdum *Kingius*, ſed nusquam e Codicibus MStis emendavit, in quibus illa non videntur inventa. Haec autem, paucis exceptis, propemodum univerſa complectebatur Auguſtanus ille Codex, ſaepe vulgatis emendatius ſcripta; ad haec eiusdem generis alia plurima; nonnulla bonitatis minime vulgaris. In his, quae nunc primum eſt iſto Codice producuntur, teſtes laudantur οἱ τὴν Οἰδιπόδειαν γράψαντες, *Corinna*, *Lyſimachus*, *Ariſtodemus*, *Aſclepiades*, ceterique: traduntur & in his non pauca, quae absque illis ignoraremus.

In Scholiis quid ſit hac opella praeſtitum quantumvis ex adiectis notis conſtare poſſit; pauca tamen praemonenda videntur, ut ne meam Lector curam diligentiamque requirat in re non magni momenti. Quae metrum ſpectabant, & Paraphraſin, ad exemplum *Kingii* ſeorſim collocavi; hanc quidem Euripideis ſubiectam. In Paraphraſi, quae ſine detrimento potuerat omitti, quaecunque diſtant ab Editione *Kingii*, vel ex aliis Edd. petita ſunt vel ex Cod. Leid. nonnulla, illuc male relata, revocata ſunt in ſuum locum, praeſertim ſi Codex iſta praeberet Auguſtanus. Scholia vetera & recentiora, quo *Kingius* exhibuerat ordine, repraeſentavi tum ex Edd. priſcis, tum e Codd. emendata. His, ſuis ſingula locis, interieci nondum edita quaedam e Leid. Cod. plus quam ducenta ex Auguſtano, ad unum omnia quae Codex exhiberet, ſive maioris eſſent ſeu minoris, aut etiam, ut ſunt ſane nonnulla, nullius momenti; quin mutila quoque & mendoſa, prout illa *Tryllitſchius* enotarat e MSto Codice, bibliopegi vitio in extremis oris mutilato. In illis iam olim vulgatis, *Barneſii*, *Kingiique* correctiones, ſi dubio vocabant, nonnunquam ne monito quidem Lectore, recepi; hic illic & leviora quaedam ex Auguſtano. Plerumque ſemper mutatam lectionem exhibent adnotationes in quibus id operam dedi potiſſimum, ut perverſe ſcripta corrigerentur, lectionesque Codicis adnotarentur Auguſtani, quae quidem bonae, vel dubiae, vel non prorſus viderentur reiiciendae: in hanc enim partem librum optimum nactus peccare malui. Homines Eruditi, qui norunt huius bonitatis Scholia ad iſtiusmodi Codicem collata nulla hactenus fuiſſe, quae quidem inde nunc prodeunt ſupplementa, vel ſincerius quam ante ſcripta, vel certe meam commoda literarum adiuvandi laudabunt voluntatem.

HU-

HVGONIS GROTII
PROLEGOMENA
IN PHOENISSAS.

Optimus, non cum vulgo, ſed ex arte loquendi magiſter Ariſtoteles poë-
ſin eſſe dixit imitationem humanarum actionum: quo judice, Heliodori fa-
bula poëma erit, Lucani carmen non erit. hic enim maxima ex parte narrat,
ille fingit, quae vero ſunt ſimilia. Cùm autem quae aut geſta ſunt, aut geri
potuerunt, duplici modo ſoleant referri, aut indirecta oratione, aut directa:
poſterior haec tanto imitatur perfectius, quantò hominis vultum magis ex-
primas additis coloribus, quam nudis lineamentis. Ideo poëma, directa ra-
tione incedens, drama dicitur, quia ad ipſam actionem, qualis eſt, proxime
accedit. Iam vero actiones humanae, eae praecipue, quae ad ciendos in
nobis affectus vim habent aliquam, aut graves ſunt, aut leves, aut mediae.
Circa leves & ridiculas actiones ſatyricae fabulae verſantur, circa graves & *Pag. 2.*
ſeveras tragoedia, medium inter has locum comoedia obtinet. Tragoedia *Ed.*
quo ſit gravior, etiam graves perſonas praecipuas habet, quales ſunt reges, *Pa-*
& qui ad horum fortunam proxime accedunt. Atque haec quam dixi gravitas *riſ.*
proprie eam ab aliis fabulis diſcriminat, non autem infelicitas exitus, quam
non habent plurimae Graecorum tragoediae. In hoc autem ſcribendi genere,
cui regnum inter ſcripta Horatius tribuit, non dubitem palmam dare Graecis
ſupra Latinos: quia Latinam tragoediam nullam habemus ejus ſaeculi, quo
& ſermo Romanus, & poëſis, in ſummo conſtitit: ſed aut rudis & impoliti
ſaeculi fragmenta ſunt quae habemus, aut tragoediae iis factae temporibus,
cum jam declamatorium dicendi genus vim illam maſculam, quam maxime
requirit tragoediae gravitas, non parum fregiſſet. Apud Graecos tragoedia
rudimenta ſua tum in aliis, tum in AEſchylo habuit: Euripidis & Sopho-
clis aetate, & quidem in his duobus ſupra alios conſummata eſt: inde iterum
velut quadam ſenectute languere coepit & cadere. Inter eos, quos dixi,
duos acre certamen. Sophoclem commendat ſermonis vix imitanda ſublimi- 3
tas, quae gravitatem tragoediae mirum quàm decet. Sed, ut recte vir lima-
tiſſimi judicii Quintilianus, quaſi finium inter hos duos regundorum lectus
arbiter, pronuntiat, Euripides, qui hac parte vincitur, pluribus aliis, nec
minus valentibus vincit. Nam primùm, non ſphaeram tantum, quod de

Epicharmo dictum eſt, ſed totam ſapientiam, & phyſicam illam ab Anaxa-
gora, & moralem a Socrate (quam utroque magiſtro uſus eſt) in ſcenam
attulit; unde ſcenicum philoſophum eum Graeci appellant; in iis, quae a
ſapientibus tradita ſunt, pene ipſis parem is, quem dixi, Quintilianus: qui
& ſententiis, id eſt, morum praeceptis, eum denſum notat, praeeunte M.
Tullio, qui ſingulos Euripidis verſus ſingula ſe teſtimonia putare dixerat.
Itaque & Plato, & Ariſtoteles, & Plutarchus, & inter Chriſtianos Clemens
Alexandrinus, ad ſua confirmanda hoc maxime auctore utuntur. Alterum,
quod ei attribuit Fabius, hoc eſt, quod in affectibus cum omnibus mirus
ſit, tum in iis, qui miſeratione conſtant, facile praecipuus. Certum autem
eſt, hanc propriè tragoediae eſſe virtutem, affectus ciere, atque inter affectus
maxime miſerationem, ita ut hanc partem elocutioni, in qua laus conſiſtit
4 Sophoclis, Ariſtoteles anteponat. Vtraque autem hac virtute, qua praeſtare
Euripidem diximus, ſententiarum prudenti inventione, & vi movendorum
affectuum, imprimis miſericordiae, quantum ille alios vincit, tantum ejus
alias tragoedias à Phoeniſſis vinci, & veteres Critici notant, & res ipſa lo-
quitur. Ego in carcerem conjectus ab his, qui me ignorabant, poſt ſacras
meditationes exiſtimavi remedium mihi poſſe aliquod & à tragoedia praeſtari;
quam affectuum non tantum movendorum, ſed & movendo purgandorum
cauſa inſtitutam, à ſummis magiſtris proditum memineram. Et Timoclis
illud animo occurrebat, tragoediae hunc uſum eſſe maximum, quod caſuum
humanorum conſideratione, noſtros nobis leviores redderet. Itaque tragoe-
dias alias quidem legere, hanc ſupra alias eximiam & vertere inſtitui. Sed
partem ejus primam in carcere amiſſam, cùm diu me repetendi laboris tae-
dium abſterruiſſet, nuper hìc Lutetiae in morbo, qui nihil majus agere mihi
permittebat, reſarcire vix tandem libuit. Itaque nunc totam do lectoribus,
5 ſed aequis tantum, & qui veniam dare poſſint otioſo negotio, primum cap-
tivi, deinde aegrotantis. Numeros ad vertendum elegi remotos ab Acciana
licentia, nec tamen ut Graecorum me, aut Senecae minutis obſervationibus
arcte nimis addicerem. Voces quaſdam ſupra Senecae aevum nec quaeſivi,
nec ſprevi, eas maximè, quas antiqui in tragoediis uſurpaſſent. Chorica
verti numeris non quales ſunt Graecorum, ſed legitimis, & Latinae tragoe-
diae notioribus, Glyconiis, Aſclepiadeis, Sapphicis, Dactylicis, Anacreon-
ticis. Vtilitatem in hac editione unicam ſpecto, ut, qui Graece intelligunt,
videant, quam difficile ſit Euripidem ſubſequi: qui verò Graecum ſermonem
aut ignorant, aut minùs perdidicerunt, in hac interpretatione, ad ſuum
exemplar, quantum mearum virium fuit, proxime expreſſa, virtutes Euripi-
dis admirentur, & ſiquid, ut res ſunt humanae, admixtum eſt vitii, in eo
quoque obſervando judicium ſuum exerceant. Quod ut faciant rectius, quae
de hac tragoedia ejusque membris, aut à veteribus dicta ſunt, aut dici etiam-
num poſſe videntur, in partem utramque exponam. Quatuor res ſunt, qui-
6 bus tragoedia perficitur, quatenus poëtae eſt opus: fabulae ſtructura, perſo-
narum mores, ſenſus rerum, elocutio verborum. Nam quae duo ad haec
addit Ariſtoteles, non ſunt poëtae, ſed oſtentus quidem choragi, & hiſtrio-
nis: modulatio vero cantoris, & tibicinis. Structura in omni fabula maxi-
mum: quod optime vidit Menander, qui amicis dicentibus, mirari ſe, quod
jam inſtarent Dionyſia, & nondum ipſi facta eſſet Comoedia, reſpondit,
factam eſſe: ſtructuram enim praeformatam animo, nec aliud reſtare, quam

ut

ut verſiculi accinerentur. Antiphanes verò cenſebat, Comico difficiliorem
hanc eſſe partem, quod & res tota, & perſonae fingendae eſſent. Sed recte
ſpectanti auget hoc ipſum difficultatem tragoediae, quod materia non quaeli-
bet ſumi poteſt, ſed in data eſt laborandum.

Structuram ergo hujus tragoediae ut videamus, temporis ſpatium, quod
laudem in fabulis habet, hic breve. Omnia enim, quae hic ob oculos po-
nuntur, unius diei parte aliqua, nec maxima, contingere potuerunt. Interea
temporis non tantum fratres occumbunt mutuis caedibus, quo ferme ſolo ar-
gumento contentus fuit AEſchylus, ſed & Menoeceus ſe pro patria devovet, 7
& Iocaſta ſe ſuper filios interficit, & Oedipus in exſilium eiicitur. Locus
quoque fabulae non duplex, ut alibi, ſed unicus, ante ipſam regiam: nam ibi
ſtant feminae peregrinae: eo venit Polynices: excitur Iocaſta: advenit Eteo-
cles: quem reperit ibidem Creon: advocatur Tireſias: Creoni adeſt Menoe-
ceus, ut reſponſum ad ſe pertinens exaudiat: eodem veniunt nuntii: redit
eodem Creon filii corpus ſorori ad pollincturam commendaturus: mox Oedi-
pus eodem educitur: qui contextus magnum oſtendit poëtae artificium. Agni-
tio hic nulla induci potuit, qualis in Iphigenia in Tauris, & Ione: aliqua
enim affingi poſſunt, non omnia, ubi non tota confingitur fabula, ſed re-
ceptae famae, qualis illa erat de oppugnatione Thebarum & fratrum caede,
caetera adſtruuntur. Accedit tamen huc quam poteſt proxime filius, matris
ſuae conſpectui poſt aliquot annorum exſilium redditus. Sic nec ſubita mu-
tatio de felicitate ſumma in calamitatem locum hic reperiebat: ſed tamen non
longe hinc abit, quod Iocaſta, laetata nuntio dejectorum à moenibus ho-
ſtium, ſtatim graviſſime percellitur, ubi filios inter ſe dimicaturos intelligit.
Eſt & in Creonte ſubita mutatio, qui acerrimus eſt boni publici vindex, 8
donec privatum ſuum agi ſentiens, in contrarium vertitur. Adverſum hoc
poëtae accidit, quod triſtium praecipua extra ſcenam ſunt, & ſola auditione
percipiuntur. Nimirum eo tempore valebat adhuc monitum illud, quod ab
antiquis accepit Horatius, removenda talia à conſpectu, quia plene exhiberi
nequeunt, & ſi aliquid coneris, odium prius excites, quam commiſeratio-
nem. volunt enim falli homines, ſed probabiliter falli. Obſtitit praeterea &
locorum diverſitas: nam Menoecei caedes ad moenia contigit: fratrum pugna
longiùs extra urbem medio loco inter bina caſtra. quo ſimul factum, ut quae
pars ad affectus patuiſſet maximè, & in qua triumphaſſet haud dubie Euripi-
des, hinc abſit: ſermo ſcilicet, aut Iocaſtae, ut apud Latinum ſcriptorem
Thebanae tragoediae, qui locorum cohaerentiam negligit; aut hinc Iocaſtae,
inde Antigones, ut apud Statium Papinium ad dirimendos fratres in pugnam
ardentes. Sed quantum potuit, hoc quoque deliquium ſanavit Euripides,
cùm fratres duos ſub matre arbitra facit congredi, & ita diſcedere, ut cae-
dem mutuam minentur. Sic & Menoeceo verba tribuit digna mortem volun- 9
tariam jamjamque ſubituro. Tum vero ipſa corpora mortuorum, primùm Me-
noecei, deinde Iocaſtes & filiorum in ſcenam veniunt, & à proximis con-
trectantur, quae omnia ad miſerationem plurimum valent. Reprehendunt ve-
terum nonnulli, quod Chorus conſtet non Thebanis mulieribus, quod ſim-
plicius fuerat, ut apud AEſchylum, ſed ex peregrinis. Sed externus ille
habitus ornat haud dubie tragoediam, &, quod praecipue chori officium eſt,
recte ac liberè de actionibus judicare, id hic non potuit expleri à Theba-
nis mulieribus metuentibus Eteoclem, cujus deterior erat cauſa. Ideo non

externas tantum induxit feminas, ſed & Deo ſacras, atque ideo inviolabiles. Atque hoc commentum novum & audax ſatis probabile reddidit ex celebritate templi Delphici etiam apud barbaros fama cogniti, & ex ea conſanguinitate, quae erat inter Phoenicas & Thebanos per Cadmum. Sunt & qui haud ſatis probabiliter confictum putant, quod Polynices pactis induciis
10 in urbem venit. ſed id mihi quidem videtur à ratione temporum non abhorrere, quibus fides publica communi omnium conſpiratione defendebatur. Deinde auctorem hic habet Euripides Homerum, apud quem Menelaus ipſe Troiam ſub pacto ſimili ingreditur. Sic & illa pars luculenta, qua ſenex Antigonae hoſtium duces monſtrat, de Homero expreſſa eſt, apud quem Helena ex turri Priamo Graecorum principes deſignat. Nec video, qui minus ſit credibile, hoſtium duces & ſigna noſci ab eo, qui ob inducias miſſus iverat, quàm, ut apud AEſchylum, à ſpeculatore. Oedipodis fuga an recte tragoediae adjecta ſit, diſputationem recipit. Eſt enim id per ſe quidem triſte, ſed exiguum quid poſt tot mortes, & conſumtis jam circa maxima affectibus. quod nec ipſe ignoravit. ideo enim verbis quantum potuit ad moerorem compoſitis conatus eſt innovare affectum. In eadem parte reprehendunt Critici, quod Oedipus una filia comite exeat: quod ut excuſet alius, ait, Thebanos eo tempore occupatos fuiſſe in viſendis moenibus, quae oppugnata fuerant, & relictis hoſtium caſtris, & mortuorum corporibus, aliisque id genus ſpectaculis. At quanto ſatius eſt dicere, nefas viſum civibus, comitari
11 hominem parricidio & inceſto pollutum. nam & per ignorantiam facta, quae talem habent atrocitatem, non eveniſſe putabantur, niſi in poenam criminis. Itaque & Papinius, ſcriptor accuratus, ut alias partes ex Phoeniſſis, ita & hanc imitandam ſibi duxit: adeo nihil in ea reperit, quod credibile non eſſet. Inſerta, quae Graeci epiſodia vocant, in hac tragoedia haud multa, & ſatis probabiliter cum argumento cohaerentia, ut diſſertatio Iocaſtes & Polynicis de exſilii incommodis, quae ipſa graviorem facit videri eam, quae ſecutura eſt, calamitatem Oedipodis: item colloquium Eteoclis & Creontis de belli gerendi rationibus.

Sequitur pars de moribus perſonarum, in quibus praeceptum eſt vetus, ne aut plus quam opus eſt pravas faciamus perſonas, aut mores ipſis affingamus famae & actionibus minus congruentes: quod ſi ab hac neceſſitate liberi ſimus, tum hoc reſtat, ut perſona

ſervetur ad imum,
Qualis ab incepto proceſſerit, & ſibi conſtet.

Video multis placere, in moribus fingendis Sophoclem multo ſuperiorem eſſe Euripide, neque nego in tanto pluribus, quae nobis reſtant Euripidis tragoediae, quam Sophoclis, plura quoque inveniri poſſe, quae in reprehenſio-
12 nem cadant: caeterum minime mihi hanc partem neglexiſſe videtur Euripides. Et ut ne à noſtra tragoedia abeamus, quam appoſite Iocaſta inducitur prudens, ut & in regno educata, & jam ſenex: itemque patiens malorum, niſi quae humanum modum ſuperaverant. Chorus qualis eſſe debet, aequo & bono favens; adeo ut & contra civitatem judicet, in qua ſalutem ſuam jam habebat repoſitam, & victoriae praeferat pacem. Menoeceus ſupra aetatem, Antigone ſupra ſexum generoſos animos ubique praeferunt. Tireſias liber etiam adverſus reges, ut decet Deo dicatum. At in Polynice maxime

mè

me laboratum, ut plus probusque appareat. nam cum causa ipsius ubique po-
natur ut extra controversiam justa, tamen ostendit, passim ad eam armis
tuendam se summa necessitate, & quodam ignominiae metu, ne contemtus
inter externos ageret, adactum: dolere se, quod jus suum obtinere non posset
sine popularium periculo: ipsum Adrasti beneficium ita agnoscit, ut simul
doleat: amorem patris, matris, sororum & vivus ostendit, & moriens. Vi-
vus fratrem conditionibus aequis studet placare, aliter quam apud Papinium, 13
ubi jam fretus armis, suo non contentus, totum regnum postulat: moriens
ostendit, dolere sibi non tam quod moreretur, quam quod fratrem occidis-
set, cui condonat, quicquid is in se commiserat: de sepultura quoque man-
data dat, non tanquam magni eam per se aestimans, ut quidam philosophi
interpretantur, qui id irrident; sed ut omni modo ostendat, quanti patriam
faciat. Neque enim sepeliri ubivis cupit, sed in patria; nec quovis modo,
sed persuasis civibus. Tres sunt personae, quae ne optimae fingerentur, ar-
gumenti necessitas obstitit, Eteocles, Creon, Oedipus. Videbitur multis
Eteocles persona injustior fingi, quam opus est, quia in disputatione cum
fratre quasi jus omne contemnere videtur eo ipso, quod id non affert, quod
pro sua causa maxime videbatur favorabile, jus scilicet primi natu, quo uti-
tur apud Papinium. nam & Euripides, & Papinius, majorem natu faciunt
Eteoclem, contra quam Sophocles Oedipode Coloneo. Sed mihi videtur
hac in re sapienter egisse Euripides, qui sciebat, si eo tempore id jus vi-
guisset, nunquam futurum fuisse, ut pactio ea iniretur, quae fundamentum
est hujus fabulae. Et sane dubitari non debet, quin pleraque eo tempore 14
Graecorum regna communia inter plures, aut dividua fuerint. nam & in ipsa
hac Boeotia ante Thebas conditas regnaverant Zethus & Amphion; & My-
cenis Atreus ac Thyestes, & posteriori aetate Lacedaemone, Castor & Pol-
lux. Argivi quoque regni partem dimidiam Melampodi, partem tertiam Bianti
concessam narrat Herodotus. Romae pariter regnarunt Romulus & Tatius.
Sed & apud alias gentes idem diu usurpatum est, donec expertum discordiis
remedium ab unius potestate quaesitum. Prudenter igitur hoc praeteriit: at
caeterorum, quae ad culpam minuendam faciebant, praeteriit nihil. Nam
injustitiam non defendit universim; sed excusandam putat excellendi cupidi-
tate, quae in magnis animis maxima est. Cicero in primo de Officiis tra-
ctans locum de injustitia ait facillime adduci homines, ut eos justitiae capiat
oblivio, cum in imperiorum, honorum, gloriae cupiditatem inciderunt: quic-
quid denique ejusmodi est, in quo non possint plures excellere, in eo fieri
plerumque tantam contentionem, ut difficillimum sit sanctam servare societa-
tem. Exemplum deinde adfert viri maximis virtutibus praediti C. Caesaris, 15
qui omnia jura divina atque humana pervertisset propter eum, quem sibi opi-
nionis errore finxerat principatum. Atque hic est Caesar, qui, ut idem
narrat Cicero, illos de Phoenissis versus, qui in Eteoclis persona sunt po-
siti, & quos hic ne ponere quidem volo, adeo eos detestor, in ore semper
habebat. Accedit ad levandam Eteoclis invidiam, quod Polynices non ut
apud Statium inducitur per legatos egisse, antequam exercitum admoverat,
sed castris demum ad urbem positis venire ad audiendas conditiones. Est
autem mos ille generosis mentibus, ut nihil minus velint facere, quàm id,
ad quod obtinendum vis, metus, minae adhibentur. Neque negligit Eteo-
cles odium concitare Polynici ex ea parte, unde ipse maximè laborabat,

quod ſui honoris cauſa patriam oppugnaret: excuſat nonnihil Eteoclem &
aetati iſti ac fortunae conveniens animus, inconſideratus & impetu prorum-
pens, ſuique impotens. Nam inde eſt, quod Creontem nec intellectum in-
terpellat, & quae de ſeptem ducibus legiones ducentibus dicta erant, tan-
16 quam de ſeptem ſolis hominibus dicta accipit: & in conſilia fertur, fortia
quidem, ſed non bene percocta & talia, quae ipſe admonitus ſtatim damnet.
Etiam cùm fratrem in ſingulare certamen provocat, honeſto obtentu utitur,
ut contendentium potius ſanguine, quam multa innocentium caede, res tran-
ſigeretur: quas ob cauſas regnorum controverſias etiam alios apud populos
certamine quamvis propinquorum ſingulari decertatas legimus. Creon alius
deſcribitur in fortuna privata, alius jam regni compos: nec immerito: nam,
ut Ariſtoteles ait, aequaliter perſonam & ille deſcribit, qui inaequalem de-
ſcribit ut inaequalem. Solent autem mutari mores mutata fortuna, aut po-
tius id, quod latebat, detegi. Ante regnum modeſtus ſatis, publicarum &
privatarum caritatum amans: poſt regnum adeptum ferox & inſolens, quales
eſſe reges novos ait Aeſchylus. Sed hîc quoque, ne nimium injuſtus videa-
tur, habet quod factis obtendat: edicto ne humetur Polynices, ultimum man-
datum morituri amici Eteoclis: ejectioni Oedipodis reſponſa Tireſiae. Oe-
dipus iracundus ſane: nam inde & Laïum occiderat, & devoverat liberos:
17 ſed, quod iracundiae remedium, poenitentiae haud exſors: quò pertinet lon-
ga illa, & eo nomine à Graecis incuſata querimonia, ne ſcilicet crederetur
ferox, & immanis, & qualem miſerari nefas eſſet. Eſt autem iracundia Oe-
dipodis heroïca, id eſt, ex animo generoſo procedens, quo fit, ut ad ſum-
mum miſer Creonti tamen ſupplicaturum ſe neget: quod imitatu dignum
duxit Papinius in illis,

An exſpectat, ut pronus ſupplice dextra
Sternar?

& quae alia ſequuntur libro undecimo. Caeterae perſonae minoris gradus,
quod in illis maxime ſpectatur, egregie oſtendunt fidem in ſuperiores cum
amore conjunctam.

Senſus rerum, quod in tragoedia tertium diximus, tam latè patent, quam
omnes quotquot ſunt diſciplinae. nulla enim eſt, quae non poëticae arti
quaſi ſymbolam ſuam debeat. Notabit Phyſicus, cum *παίδων ἄλοκα* dixit hic
noſter, ut genitalia arva Virgilius, intelligi voluiſſe quam rationem in agri-
cultura habet humus, eam habere uterum in animantium productione. Quare
& cùm infra dicitur *μητρὸς ἐκ γονῆς*, notant interpretes, id ſic dictum, ſicut
18 ſemen terrae dicitur, quod terrae mandatur. Nam eo tempore ſententia erat
receptior, matrem non eſſe productricem, ſed altricem partus, ut videre eſt
apud Aeſchylum Furiis, & Euripidem Oreſte, ubi ſimiliter matrem terrae
comparat,

Σὴ δ' ἔτικτε παῖς,
Τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα.

Pertinet huc & illud à Socrate deſumtum, non ab Anaxagora (is enim ali-
ter ſentiebat) cum indicat, ſentire ſe aſtra intellectu eſſe praedita. Nam de
illis ut talibus loquitur Iocaſta: unde & Comici, qui ridicula detortione tra-
gico-

gicorum carmina traducere solebant, hanc partem non omiserunt. Strattis
enim in Phoenissis ad eum, quem diximus, locum tali paroedia alludit:

> Εἶθ' ἥλιος μὲν πείθεται τοῖς παιδίοις,
> Ὅταν λέγωσιν, ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε.

Hoc scilicet volens, non magis justum esse Solem, quod vices cum Luna
partiatur, quam obsequens est, cum nube aliquam diu praetextus emicat tan-
dem, postquam diu clamarunt pueri, emica ô Sol. Lunam alii poëtae so-
rorem dixerant Solis: at Euripides hic post Aeschylum filiam, quia lumen
suum habet à Sole. Tum vero illud, quod Plato dixit, exerceri à Deo 19
artem mensoriam, imo quod sacrae literae dicunt, Deum omnia constituisse
in numero, pondere & mensura, nonne hic poëta aperte satis expressit, ut
ostendat, ab eo exemplari ad nos justitiae semina manasse? Qui locorum
positus didicerunt, mirantur, Phoenissas Tyro Boeotiam petentes Siciliam
praetervehi, eamque infrugiferam dici. Sed prius illud, ni fallor, tempesta-
tibus tribuendum: in altero significatum est, Siciliam eo tempore habitatam
à Cyclopibus frugum serendarum ignaris, quod & apud Homerum legitur,
& in vita Apollonii, itemque in Heroicis Philostrati, & Imaginibus. nam
aliam hic ejus nominis insulam comminisci, quod faciunt quidam, temera-
rium mihi videtur. Notant alii, mendose dici à nuntio, ex moenibus The-
barum visos Graecos, cùm de Teumesso monte descenderent, quia Teu-
messus centum stadiis ab urbe absitus & extra conspectum sit: sed dici po-
test, sensum esse, conspectos non cùm descenderent, sed postquam descen-
derant. Temporum gnari observant, Athenarum honori datum, quod de
Eumolpo & Thracibus historia hìc quasi recens narretur, cùm quatuor antè
contigisset aetatibus. Nam Thesei, qui Argivos ad Thebas occisos sepeliri 20
imperavit, pater fuit Aegeus, Aegei Pandion, Pandionis Erechtheus, cui
bellum cum Eumolpo fuit: quod tamen licentia quadam, non ignorantia fa-
ctum à poëta, vel inde apparet, quod in Erechtheo tragoedia hanc ipsam
historiam ad suum tempus retulerat, ut ostendit egregium illud fragmentum,
quod exstat apud oratorem Lycurgum. Sicut autem hìc res gesta serius po-
sita, ita anticipatum videri potest, quod tubae fit mentio, cujus in Graecia
usus non fuit ante Heraclidas: sed responderi potest, apud Tyrrhenos jam
tum ejus usum fuisse, ejusque moris famam ad Graecos perlatam: nam ne-
que hìc tuba dicuntur usi Thebani, aut Argivi, sed facis jaculatio pro tuba
fuisse, quod verum est: nam & inde fecialibus nomen πυρφόρων, & ad signi-
ficandam internecionem proverbium, ne ei quidem parcitum qui ignem ferret.
Erat illorum temporum opinio, atrocia quaedam facinora, quae ἄγη voca-
bant, divina providentia etiam in posteris puniri. hoc quoque non semel hìc
insparsum: ut cùm Menoeceo mactando causa redditur: & cum dicitur malè
fore civitati, quamdiu quisquam ex Oedipodis gente regnaret. Erat & hoc 21
illorum temporum, quod nominibus infantium, quae lustrico sive nominali
die sacris adhibitis indebantur, vim quandam vaticinam inesse crederent.
Quod si consideremus, non tam frigidum nobis videbitur, quam visum est
Quintiliano, quod nomen Polynicis bis in hac tragoedia ex origine sua ex-
plicetur, Aeschyli exemplo, qui idem ante fecerat: quod nec Sophocles vi-
tavit in nomine Ajacis. Eorum, quae praecipiunt rhetores, ferme nihil
omissum in Polynicis oratione. tam commode orditur, narrat perspicue, sua

pro-

ΑΝΤ. Καὶ ξυνθανοῦμαί γ', ὡς μάθῃς περαιτέρω.
ΚΡΕ. Ἴθ', οὐ φονεύσεις παῖδ' ἐμόν· λίπε χθόνα.
ΟΙΔ. Ὦ θύγατερ, αἰνῶ μέν σε τῆς προθυμίας.
ΑΝΤ. Ἀλλ' εἰ γαμοίμην, σὺ δὲ μόνος φεύγεις, πάτερ;
ΟΙΔ. Μέν' εὐτυχοῦσα, τἄμ' ἐγὼ στέρξω κακά.
ΑΝΤ. Καὶ τίς σε τυφλὸν ὄντα θεραπεύσει, πάτερ.
ΟΙΔ. Πεσὼν, ὅπου μοι μοῖρα, κείσομαι πέδῳ.
ΑΝΤ. Ὁ δ' Οἰδίπους ποῦ, καὶ τὰ κλείν' αἰνίγματα.
ΟΙΔ. Ὄλωλ'· ἓν ἦμαρ ὤλβισ', ἓν δ' ἀπώλεσεν.
ΑΝΤ. Οὔκουν μετασχεῖν κἀμὲ δεῖ τῶν σῶν κακῶν.
ΟΙΔ. Αἰσχρὰ φυγὴ θυγατρὶ, σὺν τυφλῷ πατρί.
ΑΝΤ. Οὐ σωφρονούσῃ γ', ἀλλὰ γενναίᾳ, πάτερ.
ΟΙΔ. Προσάγαγέ νῦν με, μητρὸς ὡς ψαύσω σέθεν.
ΑΝΤ. Ἰδοὺ, γεραιᾶς φιλτάτης ψαῦσον χερί.
ΟΙΔ. Ὦ μῆτερ, ὦ ξυνάορ' ἀθλιωτάτη.
ΑΝΤ. Οἰκτρὰ πρόκειται, πάντ' ἔχουσ' ὁμοῦ κακά.
ΟΙΔ. Ἐτεοκλέους δὲ πτῶμα, Πολυνείκους τε ποῦ.
ΑΝΤ. Τώδ' ἐκτάδην σοι κεῖσθον, ἀλλήλοιν πέλας.
ΟΙΔ. Πρόσθες τυφλὴν χέρ' ἐπὶ πρόσωπα δυστυχῆ.
ΑΝΤ. Ἰδοὺ, θανόντων σῶν τέκνων ἅπτου χερί.

ΟΙΔ.

τί δὲ προθυμῇ ἀνεθῆναι τούτου τοῦ γάμου; γενναίως μὲν πράττεις, μωρῶς δέ. καὶ συναποθνήσκω, φησὶν, αὐτῷ, ἵνα πλέον τι μαθήσῃ. ὦ θύγατερ, ἐπαινῶ μέν σε ἕνεκα τῆς προθυμίας, οὐ θέλω δὲ τοῦτο ποιῆσαι. καλῶς δ' ἂν ἔχῃ, εἰ ἐγὼ γαμοίμην; καὶ σὺ μόνος φεύγεις, πάτερ; ἀλλ', εἰ γαμοίμην, τίς σε τυφλὸν ὄντα κυβερνήσει; πεσὼν κείσομαι ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, ὅπου μοι μοῖρα. τὸ δὲ κλέος τοῦ Οἰδίποδος.

CRE. Quæ ratio nati fugere te thalamum iubet?
ANT. Miseri parentis ibo fortunæ comes.
CRE. Generosa mens est, animus imprudens tibi.
ANT. Cum patre moriar: hoc quoque ut noris volo.
CRE. I profuge: non tu filium occides meum.
OED. Mea nata, laudo specimen egregium indolis.
ANT. Ego te exsulante nuptias facerem, pater?
OED. Quin esto felix. mihi quod incumbit, feram.
ANT. Quis deinde cæci diriget gressus viam?
OED. Campi iacebo parte quâ primùm cadam.
ANT. Vbi cæca verba Sphingis? ubi nunc Oedipus?
OED. Beavit ille me dies, & perdidit.
ANT. Non me tui decet esse participem mali?
OED. At turpe natæ patre cum cæco fuga.
ANT. Non siqua verum corde magnanimo sapit.
OED. Duc iam parentis corpus ut tangam tuæ.
ANT. Accede, & artus tange dilectæ senis.
OED. O misera coniunx, sive dicenda es parens.
ANT. Miseranda, quantas inter, heu, clades iacet!
OED. Vbi nunc Eteoclis membra? Polynices ubi?
ANT. Porrectus alter alterum iuxta iacet.
OED. Da cæca vultus flebilis palpet manus.
ANT. Iacet rigentes dextra iam natos super.

OED.

δες ποῦ ἔσται, καὶ οἱ ἀσαφεῖς λόγοι ποῦ εἰσί; προσάγαγέ με, ἵνα ψαύσω τῆς μητρός σου· ἰδοὺ ψαῦσον διὰ τῆς χειρὸς τῆς φιλτάτης γεραιᾶς. ὦ μῆτερ καὶ γυνή μου ἀθλιωτάτη. ἐλεεινὴ πρόκειται, ὁμοῦ πάντ' ἔχουσα τὰ κακά. ποῦ δὲ τὸ πτῶμα τοῦ Πολυνείκους καὶ τοῦ Ἐτεοκλέους ἐστίν; οὗτοι ἐξηπλωμένοι κεῖνται πλησίον ἀλλήλων.

ΟΙΔ. Ὦ φίλα πεσήματ' ἄθλι' ἀθλίου πατρός.
ΑΝΤ. Ὦ φίλτατον δῆτ' ὄνομα Πολυνείκους ἐμοί.
ΟΙΔ. Νῦν χρησμὸς, ὦ παῖ, Λοξίου περαίνεται.
ΑΝΤ. Ὁποῖος; ἀλλ' ἢ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά.
ΟΙΔ. Ἐν ταῖς Ἀθήναις κατθανεῖν μ' ἀλώμενον.
ΑΝΤ. Ποῦ; τίς σε πύργος Ἀτθίδος προσδέξεται.
ΟΙΔ. Ἱερὸς Κολωνὸς, δώματ' θ' ἱππίου θεοῦ.
Ἀλλ' εἶα, τυφλῷ τῷδ' ὑπηρέτει πατρὶ,
Ἐπεὶ προθυμῇ τῆσδε κοινοῦσθαι φυγῆς.

Μ Ο Ν Ο Σ Τ Ρ Ο Φ Ι Κ Α.

ΑΝΤ. Ἴθ' εἰς φυγὰν τάλαιναν,
Ὄρεγε χεῖρα φίλαν,
Πάτερ γεραιὲ, πομπίμαν
Ἔχων ἔμ', ὥστε ναυσίπομπον αὔραν.
ΟΙΔ. Ἰδοὺ πορεύομαι, τέκνον,
Σύ μου ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ.
ΑΝΤ. Γενόμεσθα, γενόμεσθ' ἄθλιαί γε.
Δῆτα Θηβαιᾶν
Μάλιστα παρθένων δή.
ΟΙΔ. Πόθι γεραιὸν ἴχνος τίθημι;
Βάκτρα πρόσφερ', ὦ τέκνον.
ΑΝΤ. Τᾷδε τᾷδε βᾶθί μοι,

Τᾷδε

Ὦ προσφιλῆ πτώματα ἄθλια πατρὸς ταλαιπώρου καὶ ἀθλίου. νῦν, ὦ θύγατερ, ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος τελειοῦται μαντεία. ὁποῖος χρησμὸς, ἆρα πρὸς τοῖς κακοῖς λέξεις κακά; ἀλλ' ἄγε ὑπηρέτει τῷδε τῷ τυφλῷ πατρὶ, ἐπεὶ πρόθυμος εἶ κοινωνεῖν μου τῆς ἐξορίας. Ἄπιθι, ὦ πάτερ γηραιὲ, εἰς φυγὴν τάλαιναν· πάρεχε, δίδου χεῖρα προσ-

OED. Infaufta nimium corpora infaufti patris.
ANT. O anima quondam cara, Polynices, mihi.
OED. Nempe hoc fupererat: Delphicam agnofco fidem.
ANT. Aliquod ne tanta poft mala expectas malum?
OED. Fatale nobis urbe Cecropia mori.
ANT. Quæ regio, quæ te pars Athenarum vocat?
OED. Arces Coloni, facra Neptuno domus.
At tu levamen unicum feffi fenis
Ades, parentis aufa comitari fugam.

MONOSTROPHICA.

ANT. Iam tolle gradum flebilis exful,
Miferande fenex: ego pars longæ
Ductrixque viæ, qualis pelago
Profpera pictas fert aura rates.
OED. Lentum moveo iam, nata, pedem:
Mifera errantem dirige greffum.
ANT. Mifera heu certè, fi quam miferam
Tellus unquam Cadmea tulit.
OED. Qua parte iubes feffas fenio
Ponere plantas? da, da baculum,
Qui trifte fenis prætentet iter.
ANT. Hac i, pavidos hic pone gradus.

Ro-

προσφιλῆ, ἔχων ἐμὲ πομπίμην καὶ ὁδηγὸν, καθὰ πνοὴν ναυσίπομπον, ἤτοι τὴν τὰς ναῦς διαπέμπουσαν. τῶν Θηβαιῶν παρθένων ἀθλιώταται τυγχάνομεν. ὅπου μέλλεις τὸ ἴχνος τιθέναι, ἐκεῖ χειραγώγει με. ὧδε πορεύθητι ὑπὸ ἐμοῦ.

Τᾷδε τᾷδε πόδα τίθει,
Ὡς ὄνειρον ἰσχὺν ἔχων.

ΟΙΔ. Ἰὼ, ἰὼ δυςυχεςάτας
Φυγᾶς. ἐλαύνει τὸν γέροντά μ' ἐκ πάτρας.
Ἰὼ, ἰὼ, δεινὰ δειν' ἐγὼ τλάς.

ΑΝΤ. Τί τλᾷς; τί τλᾷς; οὐχ ὁρᾷ Δίκα κακὸς,
Οὐδ' ἀμείβεται βροτῶν ἀσυνεσίας.

ΟΙΔ. Ὅδ' εἰμὶ, μοῦσαν ὃς ἐπὶ
Καλλίνικον, οὐράνιόν τ' ἔβαν,
Παρθένου κόρας
Αἴνιγμ' ἀσύνετον εὑρών.

ΑΝΤ. Σφιγγὸς ἀναφέρεις ὄνειδος;
Ἄπαγε τὰ πάρος εὐτυχήματ' αὐδῶν.
Τάδε σ' ἐπέμενε μέλεα πάθεα,
Φυγάδα πατρίδος ἄπο γενόμενον,
Ὦ πάτερ, θανεῖν που.
Ποθεινὰ δάκρυα παρὰ φίλαισι
Παρθένοις λιποῦσ', ἄπειμι
Πατρίδος ἀπόπρο γαίας,
Ἀπαρθένευτ' ἀλωμένα.

ΟΙΔ.

τῇδε τῇδε τίθει, ὦ πάτερ, τὸν πόδα, ἔχων ἰσχὺν, ὥστε ὄνειρον, σαθρὰν καὶ ἀνυπόστατον. ἰὼ, ἰὼ ἕνεκα τῆς δυστυχεστάτης φυγῆς καὶ ἐξορίας, ὦ Κρέον δηλονότι, ὁ ἐλαύνων καὶ διώκων τὸν γέροντα, ἐμὲ δηλονότι, ἐκ τῆς πατρίδος. ἰὼ ἐγὼ ὁ τλὰς καὶ ὑπομείνας, δεινὰ καὶ χαλεπά. τί τλᾷς; τί, φησίν, ἀεὶ λέγεις ὅτι δεινὰ τλᾷς; εἰ γὰρ καὶ συνεχῶς αὐτὸ λέγεις, ὅμως ἡ δίκη τοὺς κακοὺς οὐχ ὁρᾷ, οὐδὲ μετέρχεται αὐτῶν τὰς ἀσελγείας καὶ ἀσυνεσίας. ἐγώ εἰμι, ὃς ἦλθον ἐπὶ μοῦσαν καὶ σοφίαν μεγάλην, καλλίνικον καὶ νικηφόρον εὑρὼν τὸ αἴνιγμα τῆς παρθένου κόρης,

ἣν

Roboris expers talis restas,
Qualis somni tempore fallax
Hominum mentes ludit imago.
OED. O exsilii sors dura! senem
Pellis patrio de fine Creon.
Heu quam cogor miseranda pati!
ANT. Quid te toties tam sæva pati
Quereris, genitor? non mortales
Respicit actus fas mensque deûm.
Nec compensat crimina pœnis.
OED. Ego sum, cœlo quem fama tulit;
Musaque victrix, cum pennigeræ
Nodosa feræ carmina solvi.
ANT. Heu quid memoras partum victa
De Sphinge decus? pone ex animo
Quicquid melior fortuna tulit.
Hæc te, genitor, fata manebant,
Vt in externa patriam fugiens
Morereris humo.
Memores lachrimas
Ego virginibus nomenque mei
Triste relinquam, quæ de patriæ
Finibus exsul vagor, ignoto
More puellis. OED.

ἔγων τῆς Σφιγγὸς, τὸ ἀσύνετον καὶ δυσνόητον. τῆς Σφιγγὸς ἀναφέρεις καὶ ἀναμιμνήσκεις τὸ κλέος; ἄπαγε, σεαυτὸν δηλονότι, αὐδῶν καὶ λέγων τὰ πάρος καὶ τὰ πρότερον εὐτυχήματα. τάδε μέλεα καὶ ἄθλια πάθη ἐπέμενεν, ἤτοι ἐξεδέχετο, γενόμενον σὲ φυγάδα καὶ ἐξόριστον θανεῖν, ὦ πάτερ, μακρὰν τῆς πατρίδος. ποῦ, ἤτοι ἐν τίνι τόπῳ, ποθεινὰ δάκρυα λιποῦσα παρὰ παρθένοις φίλαις, ἄπειμι καὶ ἀπέρχομαι, ἀπάπρο, ἤτοι λίαν μακρὰν, τῆς πατρίδος γαίης, ἀλωμένη, ἀντὶ τοῦ πλανωμένη, ἀπαρθένευτα, ἤτοι ἐπὶ πολὺ παρθενεύουσα.

Φεῦ

ΟΙΔ. Φεῦ τὸ χρήσιμον φρενῶν.
ΑΝΤ. Εἰς πατρός γε συμφορὰς
Εὐκλεᾶ με θήσει.
Τάλαιν' ἔγωγε συγγόνου θ' ὑβρισμάτων,
Ὃς ἐκ δόμων ἄθαπτος οἴχεται νέκυς,
Μέλεος· ὅν, εἴ με καὶ θανεῖν, πάτερ, χρεὼν,
Σκοτία γᾷ καλύψω.

ΟΙΔ. Πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς.
ΑΝΤ. Ἅλις ὀδυρμάτων ἐμοί.
ΟΙΔ. Σὺ δ' ἀμφὶ βωμίους λιτάς.
ΑΝΤ. Κόρον ἔχουσ' ἐμῶν κακῶν.
ΟΙΔ. Ἴθ' ἀλλὰ Βρόμιος ἵνα γε σηκὸς
Ἄβατος ὄρεσι Μαινάδων.

ΑΝΤ. Καδμείαν ᾧ νεβρίδα
Στολιδωσαμένα ποτ' ἐγὼ Σεμέλας
Θίασον ἱερὸν ὄρεσιν ἀνεχόρευσα,
Χάριν ἀχάριστον εἰς θεοὺς διδοῦσα;

ΤΡΟ-

Φεῦ (θαυμαστικὸν) τὸ χρήσιμον τῶν φρενῶν, ἡλίκον ἐστὶ δηλονότι, ἤτοι μέγα. εἰς τὰς συμφορὰς τοῦ πατρὸς ποιήσει ἐμὲ τὸ χρήσιμον τῶν φρενῶν εὐκλεᾶ καὶ ἔνδοξον. τάλαινα δὲ ἔτι ἐγὼ καὶ ἕνεκα τῶν ὑβρισμάτων τοῦ ἀδελφοῦ, ὃς οἴχεται ἐκ τῶν δόμων, ἤτοι ἐξερρίφθη ἄθαπτος, μέλεος. ὃν, εἰ καὶ ἀποκείμενον ἐστι θανεῖν ἐμὲ, ὦ πάτερ, καλύψω γῆ σκοτίᾳ, ἤτοι τάφῳ. ἀρκούντως ἔχει τὸ πρᾶγμα ἐμοὶ, ἕνεκα τῶν ἐμῶν ὀδυρμάτων. σὺ δὲ ἄπελθε ἀμφὶ τὰς βωμίους λιτὰς, ἤτοι εἰς τὰς τῶν βωμῶν, τουτέστιν εἰς τὸ προσεύξασθαι ἐν τοῖς βωμοῖς. κόρον ἔχουσιν, οἱ βωμοὶ

ὀχλ.

OED. O nobilitas pectoris ingens!
ANT. Hæc per clades ſpectata patris
Multa claram me laude vehet.
Nunc & fratris me pœna movet,
Qui fraudatus iure ſepulchri
Etiam patriâ poſt fata caret.
Sed & hunc, vel ſi mortis conſtet
Mercede mihi, nigro, genitor,
Pulvere condam.
OED. Vade, æquales accede tuas.
ANT. Gemitus noſtros hauſere ſatis.
OED. Templis ſupplex advolve preces.
ANT. Mala noſtra illic audita ſatis.
OED. Pete non ulli nota profano
Bromii celſo delubra iugo,
Quæ Mænadibus ſpectanda patent.
ANT. Fuit heu quondam, cùm celſa pede
Iuga pulſarem, Semeles thiaſis
Operata ſacris, nebride Ogygia
Præcincta latus, fruſtra averſos
Venerata deos.

TRO-

δηλονότι, τῶν ἐμῶν κακῶν. ἄπιθι κἂν ἐκεῖσε ὅπου ὁ ναός ἐστιν ὁ βρόμιος, ἤγουν ὁ τοῦ Διονύσου, ὁ ἄβατος, ἐν τοῖς ὄρεσι τῶν Μαινάδων, ἤγουν τῶν βακχῶν, τουτέστιν ἐν τῷ Κιθαιρῶνι, ἐν ᾧ διατρίβουσιν αἱ βάκχαι τοῦ Διονύσου. εἰς τὸν ναὸν ἀπελεύσομαι δηλονότι ἐκείνου, ᾧ, ἀντὶ τοῦ οὗ χάριν, ποτὲ ἐγὼ Καδμείαν, ἤτοι Θηβαϊκὴν, νεβρίδα στολισαμένη, ἀνεχόρευσα κατὰ τὸν ἐν ὄρεσιν ἱερὸν θίασον καὶ χορὸν τῆς Σεμέλης, χάριν διδοῦσα εἰς θεοὺς ἀχάριστον, ἤτοι ἀντίχαριν οὐκ ἔχουσαν.

ΤΡΟΧΑΙΟΙ.

ΟΙΔ. [Ὦ πάτρας κλεινοὶ πολῖται, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε,
Ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ἔγνω, καὶ μέγιστος ἦν ἀνήρ.]
Σφιγγὸς ὃς μόνος κατέσχον τῆς μιαιφόνου κράτη,
Νῦν ἄτιμος, αὐτὸς, οἰκτρὸς ἐξελαύνομαι χθονός.
Ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηνῶ καὶ μάτην ὀδύρομαι;
Τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν.

ΧΟ. Ὦ μέγα σεμνὰ Νίκα, τὸν ἐμὸν
Βίοτον κατέχοις,
Καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΦΟΙΝΙΣΣΩΝ

ΤΕΛΟΣ.

Ὦ πολῖται τῆς κλεινῆς πατρίδος, βλέπετε, ὅδε ὁ Οἰδίπους, ὃς ἐνόησε τὰ κλεινὰ αἰνίγματα, καὶ ἦν ἀνὴρ μέγιστος, ὃς μόνος κατέσχον κράτη, καὶ τὰς νίκας, τῆς μιαιφόνου Σφιγγὸς, νῦν αὐτὸς ἄτιμος οἰκτρὸς ἐξελαύνομαι, καὶ ἀποδιώκομαι τῆς χθονός· ἀλλὰ διατί ὀδύρομαι ταῦτα ματαίως; τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας, ἤτοι τὰς ἀναγκαίας

TROCHÆI.

OED. Incliti ſpectate cives: ille ſum rex Oedipus,
Ille qui cæci latentes carminis ſolvi dolos,
Solus & fregi cruentas alitis ſævæ minas:
Nunc honore caſſus omni, patria expellor miſer.
Sed quid hæc utcunque dira ſæpe nequicquam gemo?
„ Ferre mortalem neceſſe eſt, quicquid à ſuperis venit.
CHO. Dea quæ pulchrum vincere donas,
Vitæ curſum tueare meæ,
Dulcesque mihi necte corollas.

EVRIPIDIS PHOENISSARVM

FINIS.

καίας συμφορὰς, δεῖ φέρειν καὶ ὑπομένειν ὄντα θνητόν. Ὦ νίκη μεγάλως σεμνή, εἴθε κατέχοις τὸν ἐμὸν βίοτον, καὶ τὴν ἐμὴν ζωὴν, καὶ μὴ λήγοις, καὶ παύσαιο, στεφανοῦσα καὶ τιμῶσα, ἐμὲ δηλονότι.

ALEXANDER AETOLVS

hos de Euripide verſus compoſuit:

Ὁ δ' Αναξαγόρου τρόφιμος χαιοῦ Ιϛρυφνὸς μὲν ἐμοί γε προσειπεῖν,
Καὶ μισογέλως, καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκὼς,
'Αλλ' ὅ, τι γράψαι, τοῦτ' ἂν μέλιτος καὶ Σειρήνων ἐτετεύχει.

GELLIVS N. A. xv. c. xx.

Quæ feruntur in Edd in tres verſus anapaeſticos coëgi, duabus vocibus auctoritate Franeq. Codicis Mſ. prætermiſſis. Præterea ſyllabam abſtuli; voce ἀρχαίου in minus notam χαιοῦ commutata. Nobili genere ſatus & dives erat Anaxagoras.

L. C. VALCKENAER

ADNOTATIONES

IN

EURIPIDIS PHOENISSAS.

L. C. VALCKENAER

ADNOTATIONES

IN

EURIPIDIS PHOENISSAS.

v. 1-5] PHOENISSARUM hocce *πρόσωπον τηλαυγὲς*, in quo ſuos ſibi nævos nonnulli detexiſſe videbantur, multis perplacuit. Primus, opinor, expreſſit imitando *Theodectes* Tragicus, ut eruditus in *Iſocratis* ſchola, ſtudioſiſſimus *Euripidæ*; huius e Bellerophonte locum dabit *Stobæi* Floril. Tit. x. p. 126. v. 46.

Ὦ καλλιφεγγῆ λαμπάδ' εἱλίσσων φλογὸς
Ἥλιε, ποθεινὸν πᾶσιν ἀνθρώποις σέλας,
Εἶδές τιν' ἄλλον πώποτ' εἰς οὕτω μέγαν
Ἐλθόντ' ἀγῶνα.

Concinit ab *Athenæo* ſervatum *Euripidis* epigramma L. 11, p. 61. B. *Ὦ τὸν ἀγήραντον πόλον αἰθέρος ἥλιε τέμνων, Ἆρ' εἶδες τοιόνδ' ὄμματι πρόσθε πάθος;* Quod hic *Euripidæ* vitio verterunt, evitavit etiam in Herc. Fur. *Seneca* v. 592. & ſeqq. ubi vix dubites quin huc reſpexerit. Tres primi Phœniſſarum ſenarii leguntur in Phyſicis *Stobæi Grotianis* p. 157. ſed eorum tertium duntaxat *Stobæus* poſuerat p. 57. excitatum etiam ab *Ariſtide* T. 1. p. 279. *Achille Tatio* Iſag. in *Arati* Phæn. p. 130. E. *Macrobio* Saturn. 1. c. XVII. Vim non tantum, ſed ſæpenumero verba quoque *Sophoclis* & *Euripidis* Latinis numeris reddidit *Accius*, & huius quidem Phœniſſas e veteribus Tragicis ante *Senecam* ſolus. Præter alia quædam fragmina, quæ ſuis locis adferentur, initium Phœniſſarum *Accii* ſupereſt in *Apuleii* Flor. p. 348. & apud *Priſcian.* de Verſ. Com. p. 1325. *Sol, qui micantem candido curru atque equis Flammam citatis fervido ardore explicas Quianam tam adverſo augurio & inimico omine Thebis radiatum lumen oſtendis*

ostendis tuum? Nuspiam ista, quantum commemini, *Jos. Scaliger* attigit, in Tragicorum quoque Latinorum ad Græca comparandis reliquiis versatus felicissime: sed ante *Ger. Jo. Vossium* notis in *Attii* Fragm. p. 181. ista cum Euripideis iam contulerant *Fulv. Ursinus* in *Virg.* cum Gr. coll. ad Aen III, 16. & accuratissime *Jac. Nic. Loensis* Miscell. Epiphyll. v. c. v. ubi Græcis haud parum Latina distare monstrat, &*nativam vim dicendi Græcorum* (Latinos) *quidem adsequi conatos, sed in ipso conamine defecisse.*

Vs. 6. Ἐκλιπὼν Φοίνισσαν ἐναλίαν χθόνα] *Tiberii Hemsterhusii* verba quædam huc spectantia iucundum erit ex Amicissimi viri notis elaboratissimis in *Luciani* Iud. Voc. p. 87. descripsisse: „Tyrum *Euripides* appellat νῆσον „in Phœn v. 212. — Ejusdem fa„bulae versum sextum ἐκλιπὼν Φοίνισ„σαν εἰναλίαν χθόνα, ita vertunt, *re„linquens Phœniciam terram mariti„mam*, quum debuissent, *Phœniciam „urbem*, sive, *Tyrum mari cinctam.* „Χθόνα, χώραν, γῆν, pro urbe poni, „præsertim a Poëtis, docet *Kuster.* „ad *Aristoph.* Thesmoph. v. 115. „nobis adstipulantur antiqui Com„mentatores, quorum ad hunc lo„cum explicatio luculentius, quam „ad v. 212. & meliore fide repræ„præsentatur." *Kingius* hic receperat εἰναλίαν χθόνα· quomodo vox scripta legitur in Codd. Batavis: quia dari noveram, quibus ista forma displiceret, veterem revocavi lectionem ἐναλίαν· hoc in eadem senarii sede reperitur iu Phœn. v. 1163. Androm. v. 252. Iphig. Taur. v. 255. Versus quidem Hecubæ 39 ut in Edd prostat in tribus MSS. Batavis: Πρὸς οἶκον εὐθύνοντας εἰναλίαν πλάτην. sed *Rich. Dawes* Miscell. Crit. p. 195. corrigendum edicit ἐναλίαν· tum forte non recordatus, quædam tamen apud Tragicos inveniri vulgatæ non dissimilia.

Vs. 11. Ματρός] Obsequutus sum *Jo Kingio*, qui, semel tantum Lectore monito notis in Hecub. v. 371. primus formam Doricam μάτηρ, ματρός, extra choros interdum in Hecuba, sæpius in Phœnissis & Oreste recurrentem, semper in communem transmutavit, scriptorum quoque Codicum, ut credibile, motus auctoritate. Doricam *Aldo* libenter imputaverim, aut qui in ipsius officina veteres expressere membranas: nam in MSS. formæ prostant sive genuinæ, seu compendifactæ, μρὸς, μρῖ, μρ̃ρ. Exemplo sit Orestes Euripideus: ubicunque genuinas repræsentavit *Kingius*, easdem agnoscunt tres Codd. quos adhibui, Leidenses, vss. 18. 24. 36. 40. 48. 64. 74. 95. 105. 255. 285. 372. 392. 400. 406 416. 421. 423. 501. 503. 505. 527. 530. 545. 556. 561. 571. 579. 582. 586. 1145. 1150. 1189. 1192. 1240. 1342. 1344. 1627. 1662. In omnibus his senariis Doricam formam exhibent Ed. prima Veneta, quæque illam sunt sequutæ, Barnesiana quoque; nec mirum: Doricis enim, quæ reperiuntur in *Euripidæ* senariis nonnulla, tum alibi patrocinatur *Barnesius*, tum in Androm. v. 270. mihi non est obscurum, cur ista talia Cl. *D'Orvillius* non improbaret Anim in *Chariton.* p 67, & 133. Optime, meo iudicio, *Rich. Bentlejus*, Epist. ad *J. Mill.* p. 42. *quantumvis*, inquit, *essent Dorienses, si suam dialecton extra choros adhibuissent rus continuo vel in ultimas terras mandati essent non sine infortunio.* Quod si numerum spectemus senariorum *Euripidæ*, reperientur istiusmodi formæ Doricæ sane quam paucissimæ. Vulgarant ab *Aldo* usque ad *Kingium* in Hecuba Ἑλλάνων & δύστανε v. 881. 1112. 1116. Is ipse reliquit ἡδίσταν v. 409. ubi sinceram scripturam habent Leid. Codd. In Oreste dederant ἁμέραν, v. 655. δύστανε, v. 850. τλάμων,

μων, v. 1028. atque easdem tamen voces alibi sæpius recte scriptas, ne illa quidem μητρὸς excepta. Γᾶς Ἐρεχθειδᾶν legebatur olim in Phœn. v. 859. ἅλιος v. 549. ἀφικόμαν v. 360. ubi, quum genuinum ἀφικόμην intra paucos versus bis recurrat, mirum est in horum altero *Scaligerum* Dorica posuisse Δίρκας & ἀφικόμαν, Coniect. in *Varr.* p. 181. Sed, si Scaligerana sunt, quæ Viro Summo tribuit *Barnesius*, Doricum ποτεῖχον legi posse censuit in Helenæ v. 75. sicut in *Euripidæ* fragm. apud *Clem Alex.* Strom. VI. p. 742. 20. *Sylburgius* ποτιξενοῦσθαι; & in *Aeschyli* senario ποτὶ, *Grotius*, *Stob.* p. 493. *Grotii* peccata, quæ sane sunt hac in re non magni momenti permulta, nunc non persequar. Ἀφικόμαν in ista sede Phœn. non magis ferri potest, quam ἐλοίμαν & γενοίμαν, in Hippol. v. 1325. 1410. ἀπωλόμαν, Androm. vss. 71. 415. 1077. *Speculator* aliquoties in Rheso dicitur Κατόπτης· male κατόπτας scriptum v. 632. quem flexum Doricum in chori cantu v. 134. recte Codex exhibet Florentin. Dorica tamen istiusmodi nonnunquam in optimis inveniuntur membranis: ubi formæ prostant in Edd. usitatæ, Hippol. v. 903, & v. 1066, βουλοίμαν & τλάμαν erat in Flor. Ms. Atque ista sunt huius generis in Euripideis pleraque. Dantur alia quædam, quæ, dum primo videntur adspectu Dorica, tamen minime sint in Tragicis senariis sollicitanda. Legitur in Phœn. Κυναγὸς, v. 1176 non in Edd. duntaxat, sed & Mss. *Kingius* in notis legendum ait κυνηγὸς, quam formam, me minime probante, v. 1113. substituerat in alterius locum. *Venator* Attice κυνηγέτης, Tragicis dicebatur κυναγός· sed passim etiam Atticis usurpantur ξεναγὸς, λοχαγὸς, ποδαγός. *Phrynichus* Ecl. p. 190. in Κυνηγὸς ...... οἱ Τραγικοὶ ποιηταὶ τρισυλλάβως λέγουσι, καὶ Δωρίζουσι, τὸ η εἰς α μετατιθέντες, Κυναγός· Isthæc etiam sola veteris Grammatici nos cohibebit adnotatio, quominus in senariis obvium κυναγὸς & συγκυναγὸς contrectemus in *Euripidis* Hippol. vss. 109, 1093, 1397. Suppl. v. 888. *Sophoclis* Elec. v. 565. Ionice dicebatur ὀπηδὸς, Dorice non tantum, sed & Atticis Ὀπαδὸς, quod aliquoties invenietur apud Tragicos. Eadem est ratio vocis Ἕκατι, quam non debuerat in Oreste v. 26. in ἕκητι commutare *Kingius*, dum v. 283. relinqueret eamdem intactam: in altero quoque loco Codd. ἕκατι præferunt, certe tres, qui Lugduni sunt Batavorum. Ionicum est ἕκητι, Doricum & Atticum ἕκατι, tum ab aliis, tum ab *Aeschylo*, *Sophocle*, præsertim ab *Euripide* frequentatum. In horum quoque senariis nomen Ἀθάνας locum invenit: ubi legitur Ἀθήνας, Fl. Cod. genuinum præbet Ἀθάνας Rhesi v. 501. Hæc, ne sæpius eadem essent repetenda, semel digito videbantur demonstranda. Quas in Sicilia didicerat, formas verborum Doricas *Aeschylus* in Atticam scenam introducere non dubitavit: *Athenæus* IX. p. 402. c. Αἰσχύλος διατρίψας ἐν Σικελίᾳ πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς. Præter cetera, de quibus multa dici possent, ferenda sunt in *Aeschylo* μᾶσσον & μάσσονα. Sed cur, obsecro, crederemus, *Euripiden* κρέσσονες & κρεσσόνων, posuisse Herc. Fur. v. 83. apud *Stobæum* p. 276, 38? hoc *Grotium* non offendit; sed vir Magnus ne Doricum quidem ἄρχεν ab *Euripidis* v. 1400 Iphig. Aul. credidit alienum Excerpt. p. 283. Vox tantum fuerat in trochaico transponenda: Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς ἀλλ' οὐ βαρβάρους· quo modo legit *Daniel Heinsius* in Epistola primum a *Iano Rutgersio* vulgata V. L. IV, c. III. p. 327. Præterea leguntur in Euripideis Ionica quædam, πόλιος, ἰὰ, βίη,

βίᾳ, ad eamdem normam transmutanda: non sine miror, apud *Lucianum* T. III. p. 436, 22 relictum, Πελοπίης χθονός. *Rich. Dawes* Misc. Crit. p. 221. velut in Ionici Poëtæ versu reponi volebat σκιῆς· hoc in *Euripidæ* senario stare posse *Dawesius* ipse negare non dedignabitur: versus autem is, qui *Squirium*, quin *Marklandum* quoque frustra nuper exercuit in *Plutarchi* lib. de Is. & Osir. p. 173. 174 *Euripidis* est in Troasin 888; in *Plutarchi* Platon. Quæst. p. 1007. c. emendate scriptus, sed inter verba literatissimi Philosophi cum centenis *Euripidæ*, vel aliorum, *Menandri* quoque, latitans.

Vs. 12 — Τοῦτο γὰρ πατὴρ Ἔθετο.] Quum solemnis sit forma loquendi τῷ παιδίῳ τοὔνομα θέσθαι, caussæ nihil adeo *Thomas* habebat *Wopkensius*, cur in Lection. *Tull.* p. 115. obloqueretur *Lamb. Bos*, sive potius *Io Iensio*, qui dederat eadem Lect. *Lucian.* p. 87. Frequenter, apud Atticistas præsertim, legitur, τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο· Non dissimilis quidem, nonnunquam tamen abstrusior paulo, hic obtinet ellipsis, quam præter *H. Steph.* solus forsan attigit Celeberr. *Hemsterhusius* in *Aristoph.* Plut. v. 502. & 566. In verbo Καλοῦσι, quod in Euripideis præcedit, latet adfine τοὔνομα, quo spectat τοῦτο. Quantum recordor, unicus tantum est præter hunc locus *Euripidæ*, quo sit ad eamdem normam ellipsis Attica supplenda, Hecub v. 21.

Ἐπεὶ δὲ Τροία θ' Ἕκτορός τ' ἀπώλετο
Ψυχὴ, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη,
Αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πιτνεῖ.

Hic Αὐτὸς *pater* est, cuius in πατρῴα latebat adpellatio; Scholiastes: Πατρῷα, ἡ τοῦ πατρός. τὸ κτητικὸν ἀντὶ μόνης τῆς κτητικῆς (scribendum γενικῆς·) ἵν' ᾖ καλῶς ἔχειν (l. ἔχον) τὸ ἐπαγόμενον, Αὐτὸς δέ. *Soph.* Trach. v. 263 — ἔρχεται πόλιν Τὴν Εὐρυτείαν, τόνδε γὰρ (Eurytum) μεταίτιον Μόνον βροτῶν ἔφασκε.

Vs. 18 — 20.] Ab Editis diversas præbet lectiones *Max. Tyr.* III, p. 19. Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων ἄτερ. Εἰ γὰρ Φυτεύσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ Φύς. quas ego quidem arbitror imputandas nimis sæpe festinanti Philosopho. Suam in Editionem recepit *Jo. Davisius* XIX, p. 227. primum, δαιμόνων βίᾳ, deinceps, Ἢν γὰρ Φυτεύσῃς παῖδ', hoc ex Codd. illud ex unico duntaxat Harlejano. Nihil video caussæ, quapropter vocem βίᾳ potius a *Maximo* profectam censeremus, quam a docto correctore, cuius alia quoque non pauca subministrarunt Codd. meum certe nondum impetrare potuit adsensum *Marklandi* suspicio: vid. p. 651. — Quod in Scholiis ad hunc locum, παίδων ἄλοκα legebatur etiam olim apud *Origenem* contra *Cels.* II, p. 73. ut in v. 20, βήσεται δι' αἱμάτων. utrumque Codicem *Origenis* offerre Basil. Ms. docemur in Museo Helvet. Part. XIX, p. 341. Plures hic a me poterant excitari, vulgatas in *Euripide* lectiones sequuti, nisi nonnullorum loca iam designasset *Davisius* in *Max.* p. 572. His addantur *Oenomaus* apud *Euseb.* Præp. Evang. VI. p. 258. c. qui p. 259. c. Λαΐου, inquit, πᾶν δῶμα ἔβη δι' αἵματος. Schol. in *Aesch.* Theb. v. 751. Auctor *Etymol. M.* p. 70, 3. *Stobæus* Tit. LXVIII. p. 425, 29. ubi quum versus Phœn. 18. Melanippes fragmento legeretur subiectus, inter istius dragmatis reliquias fuit a *Barnesio* relatus, cuius stupenda passim sunt in isto quoque genere peccata. Tandem oraculum Euripideum tribus senariis reddidit *Chalcidius* in Timæum *Platonis* p. 244. *Cave ne vetitos liberûm sulcos seras: Generatus ille (f. inde) te mactabit impie; Et omnis aula respergetur sanguine.* De

fato

Fato diſputantes, dum adhibent oraculum, Euripideis uti numeris maluerunt, quam Apollinis Delphicis.

Vs. 21. Ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς, εἴς τε βακχεῖον πεσὼν,] Alibi propter modulum verſus in Phœn. βάκχιον ſcribendum; hic utrum ponatur nihil refert: vid. *Kuſter*. in *Ariſtoph*. Acharn. v. 242. Theſmoph. v. 997. & *d'Orvill*. Miſcell. Obſ. x. p. 439. Prius præferunt Codd. & Scholia in *Ariſt*. Acharn. v. 242. & 262. e quorum primo tolli poterunt, quæ huc ex altero translata videntur, uncis incluſa: ἡδονὴν καὶ Ἀφροδίσια μέθη ἐξανίστησιν, τοιγαροῦν καὶ ὁ Λάϊος ἐκδοὺς ἑαυτὸν μέθῃ, [εἴς τε βακχεῖον πεσὼν] ἐφύτευσε παῖδα. Laïus *vino victus indulſit voluptati*, κάτοινος ἔδωκεν ἡδονῇ. amat *Euripides* ὕστερον πρότερον. Atticum illud ἡδονῇ δοὺς non debuerat Viro Doctiſſimo ſuſpectum eſſe: ſubaudiendum ἑαυτόν. *Berglero* citatus ad *Alciph*. p. 379, appoſita dedit *Olearius*. Alterum, εἴς τε βακχεῖον πεσὼν, in Cyclope dicitur βακχίου νικώμενος v. 453. Ion. v. 553. *puellam compreſſit* βακχίου πρὸς ἡδοναῖς. Danaës v. 19. Πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικώμενος, quæ totidem verba leguntur in *Sophoclis* fragm. ap. *Stobæum* T. XXVIII. p. 196, 18. *Vinum* non raro dicitur βάκχιος, ut in *Eurip*. Cyclope, v. 517, 572. Oeneo, ap. *Athen*. XV. p. 666. c. in *Stobæi* Phyſ. *Grot*. p. 147, *Moſchio*: Βακχίου γλυκεῖα πηγή, poculum *Antiphani* memoratur βακχίου παλαιγενοῦς (*Alexidi*, νέκταρος παλαιγενοῦς, *Athen*. XI. p. 472. A.) loco, quem ex Epit. protulit *Caſaub*. Anim. in *Ath*. XI. c. VI. p. 781, 55. in quo ſi poſueris, παντελῶς ἐστραμμένοι, proderunt ad emendandum verſum ſecundum *Valerii Flacci* I, 260, *valido ſpumantia pocula Baccho*.

Vs. 27. Ὅθεν νιν Ἑλλὰς ὠνόμαζεν Οἰδίπουν.] Si verſus eſſet *Euripidæ*, præceſſiſſet, opinor, alius, in quo *pedum tumoris* facta fuiſſet mentio. *Seneca* Oed. v. 815. *Forata ferro geſſeras veſtigia*, *Tumore nactus nomen ac vitio pedum*. *Anaxilas* in Epitome *Athenæi* II, p. 68. D. Τὰ δὲ σφύρ' ᾤδει μᾶλλον ἢ σικυὸς πέπων. In Ranis *Ariſtoph*. v. 1223. de Laii filiolo ad *Euripiden Aeſchylus*: Εἶθ' ὡς Πόλυβον ἤῤῥησεν οἰδῶν τὼ πόδε. Hæc, οἰδῶν τὼ πόδε, quæ forſan ex *Euripidis* ſunt Oedipo, ſi proxima anteceſſiſſent, quanquam *Effutire leves indigna Tragœdia verſus*, *Euripiden* tamen, alio loco poſita, non dedecerent iſta: Ὅθεν νιν ὠνόμαζον Οἰδίπουν. Amat enim Tragicus noſter ἐτυμολογεῖν, atque ob eam inſaniam merito quoque fuit à Comicis irriſus. Quæ traditur apud *Etymologum* p. 92, 25, nominis *Amphionis* originatio, nec non illa *Zethi*, duobus expreſſa ſenariis p. 411, 13. vel *Hyginum* comparanti Fab. VII, dubium eſſe non poterit, quin locum invenerint in Antiopa. Vocem Ἐνιαυτὸς *Euripides* ἐτυμολογεῖ apud *Achill. Tat* Iſag. in *Arat*. p. 139, E. nomen Βοιωτοῦ apud *Stephan. Byz*. v. Βοιωτία. His nihil ſimile caſtigatius effudit *Sophoclis* ingenium. *Euripidæ* duo tantum loca dantur, in quibus vocula ὅθεν pariter ut hic in Phœn. adhibeatur. Legitur in Troaſin v. 13, Ὅθεν πρὸς ἀνδρῶν ὑστέρων κληθήσεται (κεκλήσεται Codex habet Flor.) Δούρειος ἵππος, κρύπτον ἀμπίσχων δόρυ. In Schol. ad *Eurip*. Or. v. 1397. & apud *Macrob* Saturn. I. c. XVII, hi duo ſunt ex *Euripidis* Phaëthonte verſus: Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας, Ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλῄζει βροτός. Præter hunc locum quæ collegit *Hier. Columna* ad *Ennii* Fragm. p. 240, diverſi ſunt generis. Originatio poſtrema non abſurda tantum eſt, ſed in Deorum etiam beneficentiſſimum iniuria, qui, ut ait

 Pin-

Pindarus, κατεκρίθη θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν venuſta ſententia turpiter depravata legitur apud *Plutarch*. T. II. p. 394. B. κατεκρίθη, δέον αὐτοῖς (pro δὲ θνατοῖς) ἀγανώτατος ἔμμεν. bis ſincere ſcripta p. 413 c. 1102. F. Quæ quidem hoc loco Phœn. nulla proſtat, in aliis Euripideis adpellationis adeſt perſpicua ratio. Suſpicor itaque verſum hunc 27 ſpurium eſſe, quales in hoc dramate plures nimis patienter leguntur, ab eadem manu profectum, quæ paulo poſt verſum 51 Ὅθεν τύραννος — inſeruit. Non videtur *Euſtathius* ſuis in Codd. hunc verſum inveniſſe; nam in *Hom*. Il. Z. p. 513, 42. Εὐριπίδης, inquit, τὸν Οἰδίπουν ἐτυμολογῆσαι θελήσας ἀπέκρυψε μὲν τὸ σαφὲς, ὃ δὴ ἀρετὴ ἐτυμολογίας ἐστίν· ἀσαφῶς δὲ, χρυσοδέτοις αὐτὸν περόναις ἐπίσημον ἔφη, (v. 812. Phœn.) δι' ὧν δηλαδὴ ἐξοιδηθέντες οἱ πόδες ὄνομα πεποιήκασιν αὐτῷ. Potuit *Euripides* aut alibi, vel in Oedipo (quod drama non legerat *Euſtathius*) nomen ἐτυμολογεῖν, ſed in Prologis brevitati ſic ſtudet, ut alieniſſima ſaltem iſtius generis non immiſceat. Præterea ne nomen quidem pueri, quod requiri videbatur interpolatori, congruit huic ſedi; nedum nominis originatio: quia necdum nomen memorarat, v. 50 Iocaſta, ἐμὸς, ait, παῖς Οἰδίπους. Ne jam dicam offendere vocem νιν, verſu ſequenti recte poſitam; cur, quæſo, *Græcia* memoraretur? ὅθεν νιν Ἑλλὰς -- quid ni Corinthus? Qui meminerit de Deo loqui Mercurium, huc non advocabit ex Ione v. 75. Ἑλλὰς alibi nuſpiam ſic ab *Euripide* memoratur. Et ſane puero nomen Oedipi datum ab uxore Polybi, cuius rei fama poſtea demum Græciam pervaſerit, ratio ſuadet, teſtatur præter *Schol*. in Aug. Cod. *Apollodorus* III, p. 147. Oedipum ante dictum *Iocaſtum*, *Mich. Apoſtolii* fide tradit Cl. *D'Orvillius* in *Charit*. p. 765. Non Λαΐου ſed Αἰόλου filius fuit *Iocaſtus*: vid. *Diod. Sic* v. c. VI. *Palmerius* & Cl. *Weſſeling* p. 336, 76. Iſta nominum ſimilitudo Græculum deceperat, antiquiorem tamen *Apoſtolio* Ἰόκαστον forte dederat *Joan. Malelas* Chron. p. 59.

Vs 28 — ἱπποβουκόλοι] Legitur in Gloſſ. San-Germ. quod Eruditus orbis debebit Clariſſimo Viro *Dav. Rubnkenio*: Βουκολεῖσθαι αἶγας. Εὔπολις αἰξίν. Ἱπποβουκολῶν (κόλοι) Εὐριπίδης Φοινίσσαις. Iungit Grammaticus, quorum eadem erat ratio. *Euſtathius* in Il. Ψ p. 1281. 11. ὁ ποιητὴς, ait, τῇ λέξει τοῦ Βουκολεῖν ἐπὶ ἵππων παρεχρήσατο. — Φησὶ δὲ καὶ Εὐριπίδης, Πολύβου δέ νιν λαβόντες ἱπποβουκόλοι. quod ibidem proſtat eiusdem generis, ᾠῶν ἑκατόμβη, eſt *Ephippi* Comici; alterum, πίνειν ἐξ ἀργυρίδων χρυσῶν, *Anaxilae*: vid. Epitome *Athenæi*, II. p. 58. A. Animadverſ. *Is. Caſauboni* p. 784. 4. illinc reſtitui poterat, quod perperam ſcriptum in *Athen*. XIV. p. 642. E. Vulgatur apud *Pollucem* VII, 185. Ἱπποφορβοὶ, — καὶ, ὡς Σοφοκλῆς, ἱπποβουκόλοι. quum paulo poſt reperiatur, Σοφοκλῆς δ' ἔφη, huc oculus aberrans librarii pro *Euripide* legiſſe videtur *Sophoclem*. Noſter tamen iſtam forte vocem e Piſandreis conflavit; nam in ſcholio non vulgaris bonitatis, quod nunc legitur in fine Phœniſſarum, antiquitus Tragœdiæ præfixum, ubi collocatur in Auguſtano Codice, dum enarratur e *Piſandro* hiſtoria vetus de Laïo & Oedipo, veniſſe *quis* dicitur γέρων ἱπποβουκόλος ἀπὸ Σικυῶνος. videtur Enarrator ἵππων βουκόλον in carmine reperiſſe *Piſandri*; poſuiſſet enim alias vel βουκόλον, vel ἱπποφορβὸν, quorum hoc habet in eadem hiſtoria *Schol*. in *Hom*. Od. Λ. 270. illud, *Apollodorus*.

Vs. 30.

Vs. 30. *Τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον*] Exhibent Codicum optimi: Leidensium alter, *τῶν ἐμῶν ὠδίνων*; atque ita vulgarant *Aldus* & *Hervagius*. Ut Scholiastæ everteret observationem, hæc operose tractavit *H. Stephanus*, Append. de D. A. p. 172. Cum Euripideis conferri poterit, quod legitur in libro *Iobi* Græco 11, 9. Τῆς ἐμῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι. hæc & vicina, quæ, nunquam in exemplari Hebræo lecta, non legi viderat *Origenes* Epist. ad *Afric.* p. 226. sunt sane venustissima, ab eadem autem manu profecta, quæ *Proverb.* vi, 8. additamentum interseruit non dissimile: liberrimus est interpres idem utriusque libri, a ceterorum librorum interpretibus diversus, Græce multo quam Hebraice doctior.

Vs. 32. *Ἤδη δὲ πυρσαῖς γένυσιν ἐξανδρούμενος*] Vidit *G. Arnaldus* huc *Hesychium* respexisse in Πυρσαῖς γένυσι· *Dan.* autem *Heinsius* Lect. Theocr. p. 332. A. *Theocriti* Scholiasten ad Eid. vi, 2. ubi depravate prostat velut Euripideum, Πυῤῥὸς γενύεσσιν. *Theocrit.* ipse xv, 130. ἔτι οἱ περὶ χείλεα πυῤῥά. Parthenopæo dat *Euripides* οἰνωπὸν γένυν, Phœn. 1167. Atalanta mater in *Statii* Theb. iv, 336. *Exspecta — dum firmius ævum, Dum roseis venit umbra genis.* Clar. *Burmann.* ad *Ovidii* Met. iii, 665. optime contulit e Phœnissis versum 63. — Quod legitur v. seq. 33. *Sophocles* dixerat Oed. Tyr. v. 714. Αὐτὸς ξυνειδὼς, ἢ μαθὼν ἄλλου πάρα.

Vs. 34. *Τοὺς φύσαντας ἐκμαθεῖν θέλων.*] Hinc expressum vel e simillimo loco, *Pacuvii* versum ex Atalanta servavit *Nonius* p. 495, 27. *Parentum incertûm investigandûm gratia.* *Parentes* plus semel *Sophocli*, sed apud *Euripiden*, quod meminerim, alibi nuspiam vocantur φύσαντες; *pater* ipsi φύσας, *mater* nunquam φύσασα dicitur vel φυτεύσασα· huius adpellationis honorem μισογύνης cum muliere communicatum noluit, quæ secundum *Euripiden* tanquam *humus* considerabatur (Τίκτουσα ποίαν ut est in Cyclope v. 332. isto forte loco Polyphemi videbitur orationi congruere Φύουσα, quod præbet *Athenagoras* Leg. pro Christ. p. 103.) τοῦ φυτεύσαντος semini recipiendo fovendoque duntaxat destinata, Τὸ σπέρμ' ἄρουρα παραλαβοῦσ' ἄλλου πάρα, sicut in Oreste loquitur v. 552. Præiverat *Aeschylus*, cuius locum ex Eumen. v. 661. cum Euripideis ante *Arnaldum* contulerant *Grotius* in Prolegom. & *Stanlejus*. *Euripidis* Aegei duo fragmina, servata *Clem. Alex.* Strom. vi, p. 472, 19. & in *Schol.* ad *Aristoph.* Aves v. 494. videantur, a *Scaligero* iuncta Coniect. in *Varron.* p. 160. qui, ne nunc alia tangam, cum ceteris isto tamen loco reliquit minime Græcum, Πολυξενοῦσθαι, cuius vice rescribendum Πάλαι ξενοῦσθαι. vid. *Eurip.* Hippol. v. 1085. — *Parentes Euripidi* plerumque semper vocantur Τεκόντες· si nuspiam alibi φύσαντες, quidni genuinum crederemus, quod *Strabonis* Codices hoc nobis in loco custodivere, Τοὺς τεκόντας? Octo minimum *Euripidae* loca *Stobæi* Floril. subministrabit, in quibus *Parentes* τεκόντες nuncupentur, ex Archelao, Alcmæone, Danaë, Helena, Meleagro, tum aliunde petita, leguntur in *Grotii Stobæo* p. 339, 308, (331,) 363, 327, 335, 337. His addantur *Euripidis* Alc. v. 958. Supplic. v. 361. Iphig. in Aul. v. 689. Isthæc autem, quam dicebam, lectio reperitur apud *Strabon.* xvi, p. 1105. c. ὁ χρηστηριαζόμενος ἦν τότε πολὺς, καὶ τρέχων εἰς μὲν Δωδώνην, — εἰς δὲ Δελφοὺς,

Τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν
Εἰ μηκέτ' εἴη. — (αὐτὸς δ' ὁ παῖς,)

Ἔστειχε, τοὺς τεκόντας ἐκμαθεῖν θέλων,
Πρὸς δώματα Φοίβου.

Euripidis esse viri docti non meminerant; præterea velut verba Poëtæ ceperant ista, *αὐτὸς δ' ὁ παῖς*, quæ sunt *Strabonis*; nisi tamen integra nota contextum *Strabonis* irrepserit e margine; est enim ab instituto Scriptoris prudentissimi satis aliena: Moysis occasione dicturus de Minoë, Lycurgo, qui, *πολιτικοὶ*, Deos frequenter adhibuerint ad vim legibus conciliandam; cur Ulyssem, Laium, Oedipum advocaret, qui de rebus quisque privatis cum aliis centenis Deos consuluere? Cuiuscunque sit ista nota, sive *Strabonis*, seu alterius, in huius Euripideo Codice reperta fuisse lectio videtur, quam sine Codicum aliorum auctoritate suam tamen in sedem reducere non sustinui.

Vs. 38. *Σχιστῆς ὁδοῦ.*] Meminerunt in hac historia *Pisander* in Schol. ad Phœn. sub finem, *Sophocles* Oed. Tyr. v. 743. sæpe *Pausanias*, aliique: Scholia in *Soph.* l. c. præbent *Aeschyleum* ex Oedipo, ni fallor, fragmentum, a *Th. Stanlejo*, cum aliis non paucis, omissum, ad hanc autem normam integrandum:

Οὕτως ἐπῆμεν τῆς ὁδοῦ τροχήλατον
Σχιστῆς κελεύθου τρίοδον, ἔνθα συμβολὰς
Τριῶν κελεύθων Ποτνιάδων ἠμείβομεν.

Legebatur in Scholiis: *περὶ Αὔλιδα* (scribe, *Δαυλίδα*) *φησὶ τὴν σχιστὴν ὁδὸν, ὁ δὲ Αἰσχύλος περὶ Ποτνιὰς οὕτως,* — *ἐπῄειμεν* — & mox *τριῶν κέλευθον*. *Scaliger* in ora libri posuerat *ἐπῆμεν* & *κελεύθων*. *Seneca* Oed. v. 772. *Phocæa trifidas regio qua scindit vias.* *Statius*, I Theb. v. 64. — *trifidæque in Phocidos arcto.*

Vs 40. *Ὦ ξένε, τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο.*] Senarium adhibuit *Diogenes* Cynicus, sæpenumero venuste dicax, in versibus autem Poëtarum, *Euripidæ* præsertim, in usus vitæ communis facete detorquendis ingeniosissimus. De Cynico *Diogenes Laërt.* VI, 55. *ἀριστῶν ἐλάας, πλακοῦντος εἰσενεχθέντος, ῥίψας, φησίν, Ὦ ξένε τ. ε. μ.* alii *placentam bordeaceo pani* substituisse referunt: versum e Phœnissis esse monuerant ante *Menagium P. Leopardus* IX. Emend. c. VI. & *Jacob. Billius* ad *Gregor. Nazianzen.* rem eandem paulo aliter narrantem T. II. p. 208. D. & T. I. p. 78. D. similia dicacitatis *Diogenis* exempla prostant plurima.

Vs. 44, 45. — *Λαβὼν ὀχήματα Πολύβῳ τροφεῖ δίδωσιν.*] In Scholiis servatus ex *Antimachi* Lyde locus forte cui suspicionem moveat, literam in Euripideis, elisam a sequenti, sic esse revocandam: *καὶ λαβὼν ὀχήματα Πολύβῳ τροφεῖα δίδωσιν.* Oedipus *Antimachi* dixisse fertur: *Πόλυβε, θρεπτήρια ταῦτα Ἵππους τοὶ δώσω.* Quæ vulgo *θρεπτήρια, τροφεῖα* certe vocabant Attici, more solemni: nam *merces* istiusmodi quoque formis vocum designabatur: nota sunt *ἰατρεῖον. διδασκαλεῖον. κηρυκεῖον.* *Legativum*, vulgo *πρεσβεῖον*, olim quoque *πορεῖον*, (vid. *Casaub.* in *Theophr.* p. 101.) Ionice *πρεσβήϊον*, Cretensium dialecto dicebatur *πρειγήϊον*. hæc enim forma reperitur in monumentis lapideis. — *Alimentorum mercedem solvere*, *Plato* dixit *ἐκτίνειν — τὰ τροφεῖα.* L. VII. *Πολιτ.* p. 520. B. & *Aelian.* de N. A. XIV, c. I. qui L. II, c. VI, p. 73. Delphin, ait, *τὰ τροφεῖα τοῖς θρεψαμένοις ἀπεδίδου.* Ubi *Julianus* dixit *τροφῆς ἀποτίνειν τὰ χαριστήρια*, Or. I. p. 16. C. commode *τροφεῖα* memorat ex *Aeschylo* Vir Ill. Ez. *Spanhem.* & *Isocrate*, Observ. p. 147. Vid. *Eurip.* Ion. v. 852. *Lycurgus* p. 154. v. 34. *οὐκ ἀπέδωκε τὰ τροφεῖα τῇ πατρίδι.* *Valerius Flaccus*, VI, v. 570. — *nec reddita caro Nutrimenta patri:* ubi notat

rat Celeb. *Burmannus*. Proverbio dicebatur in ingratos: Κριὸς τὰ τροφεῖα. *Zenobius* Cent. IV, Prov. 63. Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν.] Ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων, ἐπεὶ (sic scribendum) τὰς φάτνας πλήττουσιν οἱ κριοί. Hinc corrigatur *Eupolidis* versus apud *Athen.* IX, p. 373. E. Οὐ δεινὸν οὖν κριοὺς (*ingratos*) ἐμ' ἐκγεννᾶν τέκνα. vulgatum κρείσους frustra Viros exercuerat primarios: sed hæc, fateor, potuerant omitti: Polybo tamen, tanquam τροφεῖ, secundum *Euripiden* quoque dederit Oedipus, velut *alimentorum mercedem*, senis interfecti currum. Ille scilicet, cæde perpetrata, mox Thebas non abiit, ne Delphos quidem, quo destinaverat proficisci; neque enim homicidæ μυσαρῷ fas erat, πρὶν καθαρθῆναι, templum ingredi: Corinthum itaque rediit, atque inde, postquam regium currum atque equos Polybo reliquisset, καθαρθεὶς τὸν φόνον, Delphos profectus est Deum adhibiturus: territus oraculo Thebas venit Oedipus. Prima specie leve videtur quod de *curru* Laii tradunt *Pisand.* in Schol. ad Phœn. v. 1748, *Antimachus*, & *Euripides*; sed erat in hac historia res maximi momenti: nam, si curru regio vectus Oedipus venisset Thebas, aut si currus infectus sanguine quomodocunque Thebas fuisset deductus, qui tandem cædes Regis tamdiu potuisset in obscuro latere? Turpiter itaque se dedit in elaborata sua Thebaide *Statius*, umbram Laii fingens, dum regiam intraret, viso curru fuisse conterritam, L. II. v. 65. *Ventum erat ad Thebas: gemuit prope limina nati Laïus, & notos cunctatur inire penates: Ut vero excelsis suamet iuga nixa columnis Vidit, & infectos etiamnum sanguine currus, Pæne retro turbatus abit.* *Barthium* sunt axat offendisse videntur post tantum temporis adhuc *infecti sanguine currus*: sed ob eam, quam dixi, rationem tota fictio est perridicula. Sunt apud *Statium* eiusdem generis non pauca, qualia nunquam, ut autumo, commisisset amicus *Propertii Ponticus*, cuius Thebaida, nec miror, tota *Papinii* Thebaide redemtam desiderabat *Broukhusius* in *Propert.* I. El. VII, I. Multo levius est peccatum, quod tamen & in *Pontici* fuisse videtur Thebaide, in *Propert.* L. II. El. XXV, 39. *Amphiaraëæ nil prosunt fata quadrigæ*: bigis vectus Thebas venit Amphiaraus, cuius ævo bellicus quadrigarum usus nondum invaluerat: *Philostratus*, Icon. I, XXVII. Τὸ τοῖν δυοῖν ἅρμα ἵπποιν (τὸ γὰρ ἐπὶ τεττάρων οὔπω τοῖς Ἥρωσι διὰ χειρὸς) φέρει τὸν Ἀμφιάρεων, ἐκ Θηβῶν ἐπανιόντα. Sic locus iste constituendus: quæ parenthesi vulgata succedunt, εἰ μὴ ἄρα Ἕκτορι τῷ θρασεῖ, a mala manu sunt tempora belli Thebani Troianique confundentis. Vid. *Philostr.* I. Icon. XVII, p. 788. & *Olearius*: hoc si peccatum est, peccavit præter *Euripiden* Suppl. 501, 927, *Sophocles*, Amphiaraum terra canens absorptum, Αὐτοῖσιν ὅπλοις καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ, apud *Strabon.* IX, p. 612. A. Bigis vectum Adrastum ex *Antimacho* constat apud *Pausan.* VIII. p. 650.

Vs. 45 — ὡς δ' ἐπεζάρει.] *Eustathius* in Il. Γ p. 288, 39. inter ἅπαξ λεγόμενα duo quoque ponit *Euripidæ* Phœnissis derivata; quorum alterum, Ἐπεζάρει Σφίγξ, ἀντὶ τοῦ ἐπεβάρει. In Il. M p. 871, 15. Τὸ ἐπέβρισαν, inquit, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ, Ἐπεζάρησαν οἱ Ἀρκάδες φασίν· ὅθεν παρ' Εὐριπίδῃ τὸ, ὡς δ' ἐπεζάρει Σφίγξ· Hæc loca designavit etiam *Is. Vossius* ad *Hesych.* in Ἐπεζάρει. sicuti τὸ βάραθρον, Ζέρεθρον· Ζέλλω dicebatur τὸ βάλλω, teste *Etymologo* p. 408, 42. In verbis alias minime novator, prudenter abstinet *Euripides* vocibus antiquatis & glossematicis, quas respuit Atti-

Atticæ Tragœdiæ ſenarius: voculæ quinimo σέθεν, νιν· πέρι· ſimilesque Tragicis frequentatæ, diſplicebant *Ariphradi*, qui τοὺς Τραγῳδοὺς ἐκωμῴδει, ὅτι, ἃ οὐδεὶς ἂν εἴποι ἐν τῇ διαλέκτῳ, τούτοις χρῶνται, quod ſcripſit *Ariſtoteles* de *Poët.* c. XXII.

Vs. 50. Αἴνιγμ' ἐμὸς παῖς Οἰδίπους Σφιγγὸς μαθών.] Hoc præbuit Scholion Auguſtanus Codex: Τινὲς γράφουσι, Μούσας ἐμὸς παῖς· ὃ καὶ βέλτιον. Μούσας δέ φησι τὰ αἰνίγματα, διὸ ἐμμελῶς προσεφέρετο τότε ἡ Σφίγξ. Vulgatâ meo iudicio non ſane melior lectio, Μούσας ἐμὸς παῖς, correctori videtur Grammatico tribuenda, qui Μούσας *ænigmata* dicta legerat. Sphinx quidem cecinerat, αἰνίγματα μαθοῦσα παρὰ Μουσῶν, ut ſcribit *Apollodor.* Bibl III. p. 148. in Oed. Tyr. *Sophoclis* dicta παρθένος χρησμῳδὸς, v. 1207. ἡ ποικιλῳδὸς, v. 130. ἡ ῥαψῳδὸς κύων. v. 399. huc ſpectat *Photius* Lex. Mſ. Ῥαψῳδὸς κύων, ἡ Σφίγξ· οὕτω Σοφοκλῆς· ſic ſcribi debuerat iſta nota, non κύων ἡ σφίγξ· ſed quod illa canebat carmen erat miſerabile σκληρᾶς ἀοιδοῦ, *Soph.* v. 36. vel ἀγρίας, *Euripidi. Seneca* Phœn. v. 131. *Jæva Thebarum lues Luctifica cæcis verba committens modis.* Oed. v. 246. *Sphinx & nefandi carminis triſtes minæ.* v. 102. *dolos Ac triſte carmen alitis ſolvi feræ.* Veniſſe dicitur *Euripidi* Phœn. v. 814. ἀμουσοτάταισι σὺν ᾠδαῖς· ubi *Schol.* ᾠδὴν, inquit, κακόμουσον τὸ αἴνιγμα φησίν. & v. 1035. νέους πεδαίρουσ' Ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν. *Triſte carmen* Μοῦσαν στυγερὰν vocat *Aeſchylus* Eumen. v. 308. neque illud Sphingis Μούσας ſimpliciter dixiſſet *Euripides.*

Vs 51. [Ὅθεν τύραννος τῆσδε γῆς καθίσταται,] Timide quidem, Doctorum iudicia reveritus, dicam tamen quod ſentio, hunc quoque verſum mihi ſpurium videri. Primitus fortaſſe fuerat a tali profectus, quem Euripideus 52 offenderit: vocem ἔπαθλα minus in iſta ſede placuiſſe Grammaticis, liquet e Scholio Codicis Aug. His reiectis vide mihi quæſo quam apte cohæreant iſta: τυγχάνει δέ πως Αἴνιγμ' ἐμὸς παῖς Οἰδίπους Σφιγγὸς μαθὼν, Καὶ σκῆπτρ' ἔπαθλα τῆσδε λαμβάνει χθονός. In Oedipo *Seneca*, v. 634 *pretia qui ſævæ necis Sceptra, & nefandos occupat thalamos patris.* reſpicit *Euripidæ* σκῆπτρ' ἔπαθλα· ibidem v. 104. *laudis hoc pretium tibi Sceptrum, & peremptæ Sphingis hæc merces datur.* Quam foret inepta repetitio, τύραννος τῆσδε γῆς καθίσταται, καὶ σκῆπτρα τῆσδε λαμβάνει χθονός? Non ſolet *Euripides* iſto modo ταυτολογεῖν, nihilque poterit illius fabulis excitari, quod ad hunc verſum, in hac ſede ridiculum, poſſit æquiparari; quinimo multo parcius & conſiderate magis quam *Sophocles*, παράλληλα ponit τὰ ἰσοδυναμοῦντα, atque, ut opinor, nunquam ſic in verſibus diverſis: interpolatoris fraudem præter cetera manifeſtat vox Ὅθεν, verſu 27 ab eodem profecta; in aliquot millenis *Euripidæ* verſibus ne decies quidem obvia, iſthoc ſenſu ter tantum quaterve, hic intra paucos verſus initio verſuum ter repetita, ſed ſemel tantum ab *Euripide* v. 43 poſita.

Vs. 55. Ἄρσενας] Veteris Atticæ Dialecti formam e Codice Leidenſi A revocavi: quod vulgabatur ἄῤῥενας recentioris eſt Ἀτθίδος: forma vetus fuit θάρσος & θαρσεῖν, emollita θάῤῥος, θαῤῥεῖν. ad iſtam mutatæ dialecti varietatem non attendens confidenter ſcribit *Thomas* θαῤῥῶ καὶ θάῤῥος Attice pronuntiandum: alibi, οὐ λέγουσιν, ait, οἱ κυρίως Ἀττικοὶ Ἄρσενα, ἀλλ' Ἄῤῥενα. ubi notant Celeberr. *Oudendorpius* & Cl. *Stoeberus.* Adſtipulatur *Thomæ Euſtathius* in Il. M p. 877, v. 29. in Od. I p. 352.

v. 8. Potior eſt apud nos ſatis conſtans veterum auctoritas: *θάρσος* & *θαρσεῖν* a *Thucydide* frequentantur & Tragicis: "*Αρσενα*, quod Tragici verſus aptius eſt gravitati, ſemper ſcriptum legitur apud *Aeſchylum*, *Sophoclem* & *Euripidem*: vid *H. Stephanus* in Lib. de Dialect. p. 16, 17. & *Tib. Hemſterhuſius* in *Lucian.* T. I. p. 95.

Vs. 60. 'O *πάντ' ἀνατλὰς* Oἰδίπους *π.*] Ne hunc quidem verſum, ſi abeſſet, deſiderarem. In Carmine *Gregorii Nazianz.* legitur T. II. p. 251. D. 'O *πάντ' ἀνατλὰς ἐν βίῳ παλαίσματα.* *Euripidis* eſt in Herc. Fur. v. 1250. 'O *πολλὰ δὴ τλὰς* 'Ηρακλῆς *λέγει τάδε.* Et ſane rectius Hercules diceretur; 'O *πάντ' ἀνατλὰς* 'Ηρακλῆς *παθήματα*, quam Oedipus; iſthoc ſaltem articulo temporis, de quo Iocaſta loquitur, 'O *πᾶσι κλεινὸς* Oἰδίπους *καλούμενος*, *Soph.* Oed. Tyr. v. 8. In dramate, quod inſcribitur *Χριστὸς πάσχων*, e iambis Euripideis magnam partem conflato, non certe *Gregorii Nazianzeni*, verſus eſt 1494, *Ὢ πόλλ' ἀνατλὰς μυρίοις αἰτήμασιν.* Euripidea tractantem tædioſum opus legiſſe non pœnitebit.

Vs. 62. Π*όρπησιν αἱμάξας κόρας.*] Hanc quoque formam ex eodem Mſ. Leid. A. in locum vulgatæ *πόρπαισιν* recepi. Tranſiit ab Ionibus ad Atticos; ſæpius apud Tragicos obliterata nonnullis tamen in locis remanſit, velut in *Aeſchyli* Perſis v. 189 Choëphor. v. 567. Eumen. v. 706. loco *Sophoclis* apud *Stobæum* Tit. LIX, p. 225. ed. *Grot.* *Λεπτῆς ἐπιῤῥοπῆσιν.* *Euripidis* Hippol. v. 1189. vulgatur, *Αὐταῖσιν ἀρβύλησιν·* in Schol. ad Phœn. v. 3. legitur *Αὐτῆσιν ἀρβύλησιν·* In Hecuba v. 826. præferunt Edd. Π*ρὸς σῇσι πλευρῇς·* ubi tamen in uno de tribus Mſſ. Leid. ſed antiquiſſimo, legitur: *πρὸς σοῖσι πλευροῖς.*

hoc mallet *Is. Voſſius* in ora libri, non immerito: vid. *Soph.* Trachin. v. 1241. *Eurip.* Oreſt. v. 801. — Quod paucis, ut in Prologo, tradit hic *Euripides*: *Εἰς ὄμμαθ' αὑτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον, χρυσηλάτοις πόρπησιν αἱμάξας κόρας*, plenius expreſſerat in Oedipo priore *Sophocles* v. 1279. & ſeqq. quem *Seneca* ſequitur in Oed. v. 962. & ſeqq. In re ſimili *Laberius* apud *Gellium* N. A. X, c. XVII. — *aciem effodit luminis.* *Ovidius* XIII. Metam. v. 561. *digitos in lumina condit, Expilatque* (ſic Mſſ.) *genas oculis, — Immergitque manus.* *Lucanus* VI, 541. *Immergitque manus oculis, gaudetque gelatos Effodiſſe orbes.* Euripidea *Barthius* adhibuit ad *Stat.* Theb. I, v. 71.

Vs. 68. *Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε*] *Generis conſortia ferro Diſſiliant*, Oedipus in *Statii* I. Theb. v. 84. Huius *τραγικῆς ἀρᾶς* meminit *Plutarchus*, eamque cum Pyrrhi dicto confert T. I. p. 388. A. In lib. de Fraterno Amore T. II. p. 483. E. Charicles & Antiochus Opuntii venuſte dicuntur *ὥσπερ ἐκ τραγικῆς τινος κατάρας Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχόντες.* Huc quoque reſpicit *Julianus* Orat. VII, p. 228. B. *ἡ τραγικὴ κατάρα ὑπὸ τοῦ δαίμονος εἰς ἔργον ἤγετο, τὰ πατρῷα γὰρ θηκτῷ σιδήρῳ διελάγχανον.* Quia ſic in fatis erat, Oedipodis malæ preces exauditæ ſunt: *ob regna namque diris cecidere ſub armis Thebani, media non ſine matre, duces*, ut cecinit *Propert.* II. El. VIII, I. neque adeo fatis obſtantibus potuerat Eteocles, ſi vel *καλῶς ἐβουλεύετο, κλήρῳ πρὸς τὸν ἀδελφὸν περὶ τῆς βασιλείας λαχεῖν·* quod cenſebat *Dio Chryſoſt.* Or. LXIV, p. 599. B. Hiſtoriæ repugnat, quod legitur in Scholiis ad *Hom.* Il. Δ, v. 376. tam editis, quam Mſſ. Leidæ: ſed genuina lectio ſervata fuit in optimo Codice Mſ

 cuius

cuius usum mihi concessit Dignissimus possessor *Io. Iac. Wetstenius*; sic Ms. Codex: ἐπηράσατο αὐτοῖς δι' αἵματος παραλαβεῖν τὴν χώραν, καὶ παρέδωκε τὴν βασιλείαν αὐτοῖς· Ἐτεοκλῆς δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐξέβαλε Πολυνείκην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν πρεσβύτερον. Plus semel autem mala prece filios detestatus est Oedipus, quod æstimare licet cum e *Sophoclis* Oedipode II, v. 1371 & seqq. tum aliunde. Servavit antiquioris Thebaidis Cyclicæ fragmentum *Schol. Soph.* in h. locum, in quo vovet Oedipus, χερσὶν ὑπ' ἀλλήλων καταβήμεναι ἄϊδος εἴσω. *Seneca* Phœn. v. 354. *non satis est adhuc Civile bellum: frater in fratrem ruat.* Diras Oedipodis ex *Antimachi* Thebaide dabit *Athen.* XI, p. 466. A. Αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπ' ἀρὰς Ἀργαλέας ἠρᾶτο· (θεὸν δ' οὐ λάνθαν' ἐρινύς.) Ὡς οὔχ οἱ πατρῷά γ' ἐνὶ φιλότητι δάσαιντο, Ἀμφοτέροισι δ' ἀεὶ εἶεν πολεμοί τε μάχαι τε. sic leviter locus videtur reficiendus.

Vs. 70. Εὐχὰς] Editiones huc usque insederat Ἀράς. non dubitanter restitui, quod Codices MSS. subministrarunt, tam Leidenses, quam Florentinus, Εὐχάς· quibus accessit *Moschopulus* in Schol. ad *Hesiodi* Op. & Dies v. 540, ubi Εὐριπίδης, inquit, ὅμοιόν τι ποιεῖ ἐν τούτοις· μὴ τελεσφόρους Εὐχὰς θεοὶ κραίνωσιν. ὀφείλων γὰρ εἰπεῖν, μὴ τελεσφόρους ποιήσωσιν, ὁ δὲ φησὶ, μὴ τελεσφόρους κραίνωσιν, ἐκ παραλλήλου. Quid in Anglicis invenerit *Kingius* latet; nam eas tantum ferme memorans e suis Codd. lectionum diversitates, e quibus metrum poterat in choricis refici, reliquas tanquam minutias neglexit, iudex sanequam in his cernendis minus idoneus, & metricarum rationum longe quam Græce peritior. In Oreste v. 374, Τῆς Τυνδαρείας θυγατρὸς vulgavit cum ceteris *Kingius*: quod habent duo Leidenses, τ. τ. παιδὸς, sine dubio genuinum (vid. v. 1158. 1434. 1543.) in suis quoque repererat *Kingius*, sed in notis, *minutias*, ait, *eiusmodi vix notatu dignas arbitror*: eiusmodi minutiae, Poëtam tamen tractanti non adspernandæ, detegerentur in MSS. quibus usus est Anglus, aliquot forte centenæ: septem Codices habuisse videtur, in quibus Phœnissæ legerentur; in eorum optimis hoc in loco suspicor quoque legi: μὴ τελεσφόρους Εὐχὰς θεοὶ κραίνωσιν· expressit *Pausanias* IX, p. 722. δέοι μὴ τελεσθεῖεν ἐπὶ σφίσιν αἱ κατάραι τοῦ πατρὸς. Plurimum differunt in communi dialecto εὐχαὶ & κατάραι. Cogi recusavit ad Alcibiadem devovendum arcem tenentis Minervæ sacerdos, ἔφη γὰρ εὐχῆς οὐ κατάρας ἱέρεια γεγονέναι· *Plutarchus* in Quæst. Rom. p. 275. D. Sed apud Poëtas ἀρᾶσθαι & ἀραὶ de precibus in bonam partem frequentantur; ἐπεύχεσθαι & κατεύχεσθαι sæpe de malis precibus posita notant *diras imprecari*, vel *devovere*, atque adeo pro ἐπαρᾶσθαι vel καταρᾶσθαι adhibentur; illud in *Aesch.* Theb. v. 458. *Soph.* Phil. v. 1280. Trach. v. 822. & in *Aeschinis* Orat. contra Ctesiph. p. 69, 14. hoc in *Soph.* Oed. Tyr. v. 254. *Aeschyli* Theb. v. 639. in cuius dramatis v. 892, *Oedipodis diræ* vocantur Οἰδιπόδα κατεύγματα· *Euripides*, qui paulo ante dixerat Ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας, hic diras istas vocat εὐχάς· quas Latini quoque Poëtæ *preces* adpellant: vide Cl. *Markland.* in *Statii* Sylv. v. II, v. 81. Oedipus apud *Statium* Theb. XI. v. 616. — *heu iusto magis exaudita parentis Vota malæque preces: quisnam fuit ille Deorum, Qui stetit orantem iuxta?* apud eumdem Iocasta v. 344, *Non ego te contra Stygiis feralia sanxi Vota Diis*, quæ de *Virgilianis* expressa sunt in Aen. IV, v. 425. —— Cum sequenti *Euripidis* versu 71 locum

[illegible]

Accii comparavit *Scaliger* in *Varron.* p. 131. ex Accianis istis unum senarium ad v. 73, 74, retulit *Ursinus* in *Virgil.* p. 295. mihi magis commode videbantur alio posse referri: sed in eorum locum substitui poterunt hæc *Papinii* 1 Theb. v. 138. —— *alterni placuit sub legibus anni Exilio mutare ducem.*

Vs. 74. 75. Ἐπεὶ δ' ἐπὶ ζυγοῖς Καθέζετ' ἀρχῆς] Transsumsit ab *Aeschylo*, cuius in Agamemn. v. 1626, ad Chorum Aegisthus: Σὺ ταῦτα φωνεῖς, νερτέρᾳ προσήμενος Κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός. Uterque noverat *Homericum* Ὑψίζυγον· ubi nostris in Editionibus prima vice sic nuncupatur Iupiter, Il. Δ, 166. *Eustathius* p. 350, 38. δύναται, inquit, Ὑψίζυγος εἶναι καὶ ὁ — ὑψίθρονος βασιλεύς, κατὰ τὸ, ἐπὶ ζυγοῖς καθέζετ' ἀρχῆς τὸ τοῦ τραγικοῦ. nostras Editiones dico, quoniam in *Zenodotea* legebatur in Il. B. post v. 64. inutilem enim repetitionem resecans, *Zenodotus* loco septem versuum tres posuerat, in quorum uno reperiretur Ὑψίζυγος. vid. *Eust.* p 131, 18. qui ad alterum locum recte subdit Euripideis: καὶ τοῦτο δὲ ἀπὸ κυβερνητικῆς μετῆνεκται καταστάσεως.

Vs. 79. Ἐπ' αὐτὰ δ' ἐλθὼν ἑπτάπυλα τείχη τάδε.] Ne hoc quidem negligendum, quod in MSS. reperitur Ἐς αὐτὰ δ' ε. non tantum Leid sed & Cant. cuius solius aliquot lectiones ad priores tragœdias nobiscum communicavit *Barnes* Si spectes usum præpositionis vulgarem, nondum dici poterat ingressus εἰς τὰ τείχη, sed πρὸς τὰ τείχη venisse Polynices: *Antisthenis* Ulysses p. 183, 6. ἄοπλος οὐ πρὸς τὰ τείχη τῶν πολεμίων, ἀλλ' εἰς αὐτὰ εἰσέρχομαι τὰ τείχη. Sed rarior obtinuit utriusque præpositionis apud veteres Atticos usus, quo quis animadverso forsan hæreat incertior, utra hic sit præferenda lectio: ἐπὶ & εἰς quarto casui iuncta interdum significant apud *Thucydidem* & alios *adversus*, *contra*: notavit hanc in rem *H. Stephanus* Append. de Dial. Att. p. 123, & 124. Sed unum tantum protulit exemplum e *Thucyd.* III, c. I. in quo legeretur ἐστράτευσαν ἐς τὴν Ἀττικήν. dantur autem apud *Thucydidem* multo plura, in quibus ἐπὶ iungitur isto significatu verbis nominibusve motum significantibus: veluti L. I, c. XXXII. c. LXVIII. (ubi e MSS. scribi malim ἐστράτευσαν ἐπ' Ἄργος.) L. III, c. LXI. IV, c VII, c. XI. & c. LXX. nam quod legitur L. II, c. LXV, initio: τῆς ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς, leni medicina corrigendum est e MSS. in τῆς ἐς αὐτὸν ὀργῆς· sic enim solet *Thucyd.* I. c. CXXX. τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας. III, c. LXXXV. τοιαύταις ὀργαῖς — ἐς ἀλλήλους ἐχρήσαντο. II, c. LXVIII. τὴν ἔχθραν ἐς τοὺς Ἀργείους. in huiusmodi formulis loquendi non putem reperiri præpositionem ἐπὶ· contra satis frequenter apud *Thucyd.* ponitur ἐπὶ iunctum accusativo cum verbis motus isto significatu; in *Aristoph.* Vespis v. 244. & 409. *Eurip* Phœn. v. 155. — ἐπ' ἐμὰν πόλιν ἔβα πέρσων· & alibi sæpenumero: quapropter in hoc *Euripidæ* loco servandam censeo lectionem receptam: Ἐπ' αὐτὰ δ' ἐλθὼν ἑπτάπυλα τείχη τάδε Πατρῷ' ἀπαιτεῖ σκῆπτρα· cum exercitu *veniens adversus hanc urbem animo infesto*, *Regnum repetit paternum.* ad Il. A. *Eustathius* p. 110, v. 27. μάχιμος, ait, ἡ λέξις τοῦ ἐπανίστασθαι — τῆς Ἐπὶ προθέσεως, τὸ κατὰ δηλούσης, ὡς καὶ ἐν τῷ Ἥκεις ἐφ' ἡμᾶς, παρ' Εὐριπίδῃ, καὶ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας παρ' Αἰσχύλῳ, ἤγουν κατὰ Θηβῶν. eadem pæne notat ad Il K. p. 730, 46. In Aeschylei dramatis titulo ἐπὶ Θήβας; non decernunt *Henr. Stephanus* in adnotat. ad *Aeschyl.* neque Clariss.

Abresch Animadv. ad Aesch. I, c. XI. mihi prius placet.

Vs. 81. Ἐγὼ δ' ἔριν λύσους',] Corrigendum λύσους'· Infra v. 1283. Ἀν. Δράσω δὲ δὴ τί; Ιο. συγγόνων λύσεις ἔριν. *Sophocles* Aj. v. 1334. Εἰ μὴ ξυνάψων ἀλλὰ συλλύσων πάρει. Tempus præsens sæpenumero pro futuro ponitur, sed nonnullorum tantum verborum, aut certis in locis, ubi ratio prostat manifesta: vulgatarum lectionum patroni nimis calidi talibus frequenter abutuntur. In ea Phœnissarum parte, qua vaticinatur Tiresias, v. 891. ridiculum foret συγκατασκάπτῃ sollicitasse: *Sophoclis* El. v. 651. βουλεύουσιν omnino retinendum, quamvis βουλεύσουσιν inveniatur in Mf. — Paulo post Euripidea Iocaste venturum quidem prædicit Polynicen, sed a nuncio, quem miserat, edocta: miror itaque, cur hoc ut *Euripidæ* peccatum notare potuerint *D. Heinf.* de Tragœd. Constit. c. XII, p. 133. & *G. I. Vossius* II Inst. Poët. c. XIII, §. 14. In *Statii* Thebaide scena est diversissima: mater Thebis egressa venit ad Polynicen in inimica castra, filiabus comitata; sed, Tydeo dehortante, filium permovere non potuit. ut secum in urbem veniret.

Vs. 84. Ἀλλ' ὦ, Φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτύχας,] Librariis imputandum quod legitur in Mff. Lugdun. & Cantabrig. οὐρανοῦ ναίων πύλας· quamvis *Homerus* etiam finxerit τὸν οὐρανὸν πύλας ἔχοντα. prouti scribit *Schol.* in *Hom.* Il. A, v. 591. Sed secundum Poëtam cœlicolis Δώματα καλὰ τέτυκτο κατὰ πτύχας Οὐλύμποιο, Il. Λ, 77. Pro Φαεινὰς, ex uno Leidensium optimo sane Codice recepi, Φαεννὰς οὐρ· Dorica quidem sunt, seu potius Aeolica, Φαεννὸς, δεννάζειν· pro Φαεινὸς, & δεινάζειν· ab Atticis tamen Tragicis in senarios quoque recepta; hoc in *Eurip.* Rhes. v. 925. 951. *Soph.* Antig. v. 770. Φαεννὸς in *Soph.* Aj. v. 867. Σὲ δ' ὦ Φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας· — in *Euripidis* Androm. v. 1086. 1145. Rhes. v. 59. (Bacch. v. 631.) Phaëth. apud *Strabon.* I, p. 59. A. In his etiam usus obtinet imperium: nuspiam apud Tragicos invenietur κλεεννὸς, usurpatum *Pindaro*, nec non in cantico veteri apud *Athen.* XV, p. 694. D. sic restituendo:

Ἰὼ Πὰν, Ἀρκαδίας μεδέων κλεεννᾶς
Ὀρχηστὰ, Βρομίαις ὀπαδὲ Νύμφαις
Σαῖς, γελάσειας.

vulgatur νύμφαις γελάσιαις· in talibus χαῖρε frequentius; γελάσειας, *adsis nobis hilaris.* In Euripideis bis forte tantum vulgatur Φαεινὸς, Ione, v. 1516. & Cyclopis v. 352. loco, quia nostro prorsus est similis, dignissimo, qui proferatur:

Σύ τ' ὦ Φαεννῶν ἀστέρων οἰκῶν ἕδρας
Ζεῦ Ξένι' ὅρα τάδ'· εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις,
Ἄλλως νομίζῃ, Ζεῦ, τὸ μηδὲν ὢν, θεός.

in his pro Satyra nimis magnificis, eadem ingenii manifesta sunt lineamenta, quod Sophoclea calliditate captam plebem Atticam toties adversus *Euripidem* exulceravit.

Vs. 86. Χρὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἐᾶν βροτὸν] Scribendum arbitror: βροτῶν Τὸν αὐτὸν αἰεὶ δυστυχῆ καθεστάναι. *Euripidis* est ex Antiope locus apud *Stobæum* Tit. XCVI, p. 531, 34. Ἔχει λόγον καὶ τοῦτο· τῶν πολλῶν βροτῶν, Δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς· In Rheso quod vulgatur v. 106. Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν Πέφυκε, præferendum lectioni *Stobæanæ* recte statuit *Henr. Steph.* Annot. in *Eurip.* p. 116. De sera Numinis vindicta decerptum ex *Euripidæ* dramate deperdito dictum insigne prostat apud *Plutarchum* T. II, p. 549. A. & in *Stobæo* Can-

Canteri, p. 9. *Grotii*, p. 123. utrobique mendose; quæ sunt ab excerptis *Stobæi* manu cum Plutarcheis commutari debuissent: verum a *Barnesio* nihil huiusmodi poterat exspectari, quem vide p. 505. Sic scripserat *Euripides*:

Οὔτοι προσελθοῦσ' ἡ Δίκη σε, μὴ τρέσῃς,
Παίσει πρὸς ἧπαρ, οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν
Τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
Στείχουσα, μάρπτει τοὺς κακοὺς .....

hic dubito, *Stobæi* lectio sitne præferenda: τοὺς κακοὺς, ἀεὶ βροτῶν· an illa *Plutarchi*: τοὺς κακοὺς ὅταν τύχῃ. hoc tamen malim: versus est apud *Sextum Empir.* p. 275, & 279, & *Stobæum*: Ὅταν σχολὴν ἄγουσα τύγχάνῃ δίκη, ex *Eurip.* Phryxo, perperam vulgatus. Ista, ni fallor, efficient, locus inprimis secundus, ut merito videar correxisse hoc in dicto: βροτῶν Τὸν αὐτὸν αἰεὶ δυστυχῆ καθεστάναι. Hunc, opinor, Phœnissarum locum *Athenagoras* exhibet, seu a se, sive ab alio, mirum in modum interpolatum, in Legat. pro Christ. cap. VI, p. 22.

Ὤφειλε δ', — εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ
Ζεύς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθιστάναι.

e duobus Codd. καθεστάναι enotavit *Ed. Dechair*, qui cum ceteris, e quo dramate Tragici locus esset derivatus, ignoravit. *Conr. Gesner.* in Annot. p. 183. versus hoc modo legebat: Ὤφειλε, δ' εἴπερ ἐστὶ. που ἐν οὐρανῷ Ζεύς, μὴ τὸν ἐσθλὸν δ. κ. potuerat saltem scripsisse: Ὤφειλε δ', ὄντως εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ Ζεύς· Sed hæc ab *Euripide* profecta fuisse nemo mihi facile persuaserit; cuius tamen est in Herc. Fur. v. 1345. Δεῖται γὰρ ὁ θεός, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεός, Οὐδενός· Illustr. *Spanhemius* in *Callim.* p. 26. obiter, si Musis placet, emendabat: εἴπερ ἔστ' [illegible] θεός, *qui rerum quidem sit Deus*. his maiorum gentium Antiquariis *Aeschylum* & Poëtas integrandos committas! legerat apud *Clem. Alex.* v. Strom. p. 691, 17. εἴπερ ἔστ' ὀρθῶς θεός. *Athenagoræ* fuisset aptior instituto locus e Cyclope paulo superius excitatus: *Qui iura das hospitibus, hanc si non respicis iniuriam*, Ἄλλως νομίζῃ, Ζεῦ, τὸ μηδὲν ὤν, θεός. conf. locus in *Luciani* Iov. Trag. T. II, p. 689, 95. Asperrimum est in Apollinem dictum in Andromache v. 1164.

Ἐμνημόνευσε δ', ὥσπερ ἄνθρωπος κακός,
Παλαιὰ νείκη· πῶς ἂν οὖν εἴη σοφός;

Nostrum locum cur interpolaverit *Athenagoras*, obscurum non est; sed, cum apud ipsum legatur Ὤφειλε δ', equidem arbitror *Euripidem* quoque non Χρὴ scripsisse, sed Χρῆν δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἐᾶν βροτῶν Τόν αὐτὸν αἰεὶ δυστυχῆ καθεστάναι· ista duo Χρὴ *oportet*, & Χρῆν *oportebat*, frequenter in Euripideis inter se male permutantur: ea de re pauca dicendi recurret occasio.

Vs. 88. Ὦ κλεινὸν οἴκοις Ἀντιγόνη θάλος πατρὶ,] Ubi eadem in Latina Thebaide scena, senex Phorbas (*hic virginei custos monitorque pudoris*; sicut Argiæ fuerat olim Menœtes, Theb. XII, v. 205.) Antigonen sic alloquitur, ut *Euripiden Statius* videatur imitatus, L. VII, v. 363. *O mihi sollicitum decus ac suprema voluptas, Antigone.* Nihil in Euripideis variant Codices collati, nisi quod in Leidensibus & Cantabrig. *Piersii* scribatur θάλλος· meliores fortasse diversam ab edita nobis lectionem subministrabunt: hanc interea tuebimur: *O, quæ domi nobile patri germen es Antigone:* in paraphrasi legitur: Ὦ Ἀντιγόνη, ἔνδοξον τῷ πατρὶ βλάστημα ἐν τοῖς οἴκοις· Eleganter *Grotius*: *Clarum paternæ germen Antigone domus*: neque defuturos arbitror, quibus οἴκοις

κοις — πατρὶ, per figuram, quam Colophoniam vocat *Lesbonax* p. 181, pro πατρὸς positum videatur, ut in *Aeschyli* Agamemn. v. 587. Θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα Δόμοις ἐπασσάλευσαν — quibuscum e Rheso conferent; Θεοῖσιν αὐτὰ πασσάλευε πρὸς δόμοις· sed sicut, *Aeschylum*, metro minime coactum, scripsisse Θεῶν, ita nihil arbitror ex *Euripide*, vel *Sophocle*, posse proferri, quod congruat ad figuram istam Colophoniam, præter dativos pronominum, pro genitivis passim apud Atticos usurpatos; nisi quis illuc e Phœniss. v. 17. referre velit: Θήβαισιν εὐίπποις ἄναξ. Hoc incommodum ut evitaret vir Doctus in Miscell Lipsiens. Vol. vi, p 302 nostro versu pro πατρὶ corrigendum suspicabatur πάρει, quod, secundum ipsum, significaret *prodi*: plura potuerat is e Tragicis excitasse loca, in quibus illud πάρει legeretur; sed unicum vellem duntaxat nobis illinc expromeret, in quo πάρει sic poneretur, a Scholiastis recte explicitum per παραγένου, ἐλήλυθας, ἦλθες· velut ad *Sophoclis* Aj. v. 1335. Trach. v. 144. &c. ἥκω frequentatur apud eosdem pro ἦκον. Verum, ne *Statii* supra prolata memorem, confutat illud tentamen Euripideæ nexus orationis, qui, πάρει isthoc sensu admisso, nullus inter illud & Ἐπίσχες v. 92, deprehenderetur. Dum itaque felicior alicunde prodeat corrector, credam equidem, sicut apud *Euripidem* Electra dicitur θῆλυ θάλος, sic Antigonen virginem domisedam, quæque postea fuit *Cæci parentis regimen, ac fessi unicum lateris levamen*, uti vocatur initio Phœnissarum *Senecæ*, hic adpellari κλεινὸν οἴκοις — θάλος πατρί. Ter apud *Aeschylum*, toties in Euripideis, liberi parentum ἔρνη, *germina*, vocantur: de filiabus Oedipus in *Sophoclis* Oed. ii, v. 1104, Ὦ φίλτατ' ἔρνη· bis tantum apud *Euripidem* hoc usu figurato θάλος reperitur, alibi nuspiam apud Tragicos; sed aliquoties in *Orphei* hymnis & apud alios: in filiam, ni fallor, Heliodoram *Meleager* Anthol. L. iii, cap. xii, ep. xxii, Αἶ, αἶ, ποῦ τὸ ποθεινὸν ἐμοὶ θάλος; ἅρπασεν ἅδας· Plura notarunt *Casaubonus* in *Theoph.* c xxi. p. 153, & *Hemsterhusius* ad *Hesych.* in Εὐερνής.

Vs. 90. Μεθῆκε μελάθρων ἐς διῆρες ἔσχατον] Integer versus sic scriptus legitur in *Etymologico* Leidensi Ms. deerat in edito verbum μεθῆκε p. 274. 26. ante *Kingium* perperam vulgabatur μελάθρων δ' ἐς, qui Codicum suorum auctoritate sustulit importunum illud δ'· hoc in Florent. Ms. & Leid. B etiam fuerat omissum; in quibus & διῆρες recte scriptum: *Barnesii*, δίηρες vulgantis, errorem *Kingius* propagare non debuerat. Illius futilis adnotatio, hic ne memorandum quidem, peperit errorem *Caroli Henr. Langii*, qui Specimen edidit Lectionum Euripidearum in Phœnissas, observationibus sacris subiectum. Caussæ nihil erat, cur scriberent δίηρες, quibus esse debuerant in numerato Euripideæ saltem dictiones, εὐήρης· ἰσήρης· κατήρης· λογχήρης· μεσήρης· τοξήρης· χρυσήρης· ad earum normam semper a magistris Atticismi, huc respicientibus, scribi ut Διήρης, *Polluce*, iv, 129. *Mœride*, *Thoma*, *Moschopulo* περὶ σχεδῶν p. 79 Conf Th. *Gatakerus* in *M. Antonin.* vi, § 19. & ad *Hesychium* Celeberr. *Alberti*, cuius indicio *Langii* mihi specimen innotuit.

Vs. 93. Μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται,] *Thomas Mag.* in v. Φάσματα· — Φαντάζω καὶ Φαντάζομαι, τὸ ἁπλῶς Φαίνομαι. Εὐριπίδης ἐν Ὀρέστῃ. (quinimo Φοινίσσαις.) Μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται. Tres tantum legerat *Thomas Euripidæ* tragœdias, quæ solæ quoque plerisque prostant

ſtant in Codicibus; alias potuiſſet ex Ione verſum 1444. excitaſſe, noſtroque ſimillimum locum ex Andromache, v. 876. Ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω, μηδὲ φαντάζου δόμων Πάροιθε τῶνδε· μή τιν' αἰσχύνην λάβῃς, Πρόσθεν μελάθρων τῶνδ' ὁρωμένη, τέκνον. interprete notato, recte *Toom. Reineſius* convertit, *ne quæ appareas extra has ædes*, Var. Lect. L. II, cap. III. *Heſychius*: Φαντάζου δόμων, φαίνου. forſan in Lex. Frag. ſcriptum fuerat: Φαντάζου δόμων πάροιθε, φαίνου. Hic vulgatior uſus modum verbi poſtulaſſet ſubiunctivum, ubi poſt μὴ ſequitur φαντάζεται. Sed *Schol.* in Phœn. v. 743, Σύνηθες, inquit Τραγικοῖς (τούτοις Mſ.) χρῆσθαι ὁριστικῷ ἀντὶ ὑποτακτικοῦ, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις οὕτως· ὡς ἂν προὐξερευνήσω στίβον, Μή τις ἐν τρίβῳ φαντάζεται· ſic legitur in Mſ. Leid. Ad hunc noſtrum quoque locum, *Homericum* profert Schol. ἵνα εἴδομεν ex Il. Α, 363. Π, 19 pro εἰδῶμεν poſitum: ἵνα εἴδετε legitur in Il. Θ, 18. ἵνα μὴ ῥέξομεν, Il. Η, 353. ὄφρα ἱερεύσομεν, Il Ζ. 309. Θ, 110. &c. *Theocritus* Eid. II, 3. Ὡς τὸν ἐμὸν βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα· ubi non adeo ſpernet quod legitur in Scholiis βαρυνεῦντα, qui *Callimachi* meminerit ex epigr. LVI, Τὸν τὸ καλὸν μελανεῦντα Θεόκριτον. Iſtum Orationis ſtruendæ modum σχῆμα Κολοφώνιον adpellat *Lesbonax* p. 178. nec tamen illud σχῆμα cum *Euripidis* Scholiaſte dixerim adeo Tragicis uſitatum: aliquoties apud *Sophoclem* ſequitur poſt ὅπως futurum indicativi, velut in Trachin. v. 613. Φράζ' ὅπως μηδεὶς βροτῶν Κείνου πάροιθεν ἀμφιδύσεται χροΐ, Μήδ' ὄψεταί νιν. Frequentius & apud alios poſt ὅπως μὴ, collegit exempla *Rich. Dawes* Miſcell. Crit. p. 229. voculis etiam ἵνα, ἵνα μὴ, ſuccedit indicativus apud Atticos: vid. Clariſſ. *Abreſch.* Miſcell. Obſ. Nov. T. III, 14. Nonnunquam μὴ iungitur indicativi futuro, velut in *Ariſtophanis* Eccleſ. v. 486. περισκοπουμένη — μὴ ξυμφορὰ γενήσεται τὸ πρᾶγμα· & paulo post v. 492. — μὴ καί τις ὄψεθ' ἡμᾶς. eorum locorum prior alibi diligentius tractabitur: addantur *Hemſterhuſio* Summo viro notata in *Ariſtoph.* Plut. v. 623. Pleriſque forſan in horum claſſem cum Scholiaſte noſter Phœniſſarum locus videbitur referendus; ſed in illis futurum tempus reperitur: deinde mos non eſt *Euripidæ*, rariores ſtructuras conſectari; non memini denique me, quamvis re diligenter perveſtigata, quidpiam apud *Euripidem* legere, quod vulgatam hic lectionem tueretur: — Legitur quidem in Iphig. Aul. v. 1535. Ταρβοῦσα τλῆμον —— Μή μοι τιν' ἄλλην ξυμφορὰν ἥκεις φέρων· ſed ubi cum *Scaligero* ſine controverſia ſcribendum ἥκοις. ante *Barneſium* negligentiſſime vulgarant in Andromache v. 61. Φόβῳ μὲν μήτις δεσποτῶν αἰσθήσεται· veram lectionem, in Scholiis quoque conſervatam & in Mſ. Florentino, reduxit *Barneſius*: Φόβῳ μὲν εἴ τις δεσποτῶν αἰσθήσεται. —— Quod iſthic locum habuit, ut interpretamentum Grammatici, μή τις, in contextum irrepſerit, idem hoc Phœniſſarum loco eveniſſe ſuſpicor, atque adeo hic quoque corrigendum: Ἐπίσχες, ὡς ἂν προὐξερευνήσω στίβον, Εἴ τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται, Κἀμοὶ μὲν ἔλθοι — poſtremum hoc ex Leid. ante *Kingium* vulgatis revocavi, quorum Codicum auctoritate mutarit illud in ἔλθῃ non commemorantem: in nonnullis tamen ἔλθῃ legi certum, neque cur legatur obſcurum eſt: ἔλθοι, quod præferunt alter Leid. & Flor. huc quoque ſedi poſt φαντάζεται congruere ſi quis dubitat, conſulat *H. Stephanum* in Append. de Dial. Att. p. 137. *Abreſchium* Animadv. ad *Æſch.* p. 104 & alibi, *Ioannem* noſtrum *Schraderum* V. C. ad *Muſæum* Animadv. cap. XVIII.

Vs. 103. Ὄρεγε νῦν ὄρεγε γεραιὰν] Si γεραιὰν poneretur, pes quoque secundus pæon esset quartus, quem hic invenit Metricus: sed legi malim: Ὄρεγε νῦν, ὄρεγε νῦν γραῖαν· sive potius cum *Kingio*: Ὄ. ν. ὄρεγέ μοι γραῖαν Νέᾳ χεῖρ' ἀ. κ. Π. ἰ. ἐπαντέλλων. ultimum hoc, per Editiones receptum, habet *Hesychius*, & metro congruit: ἐπανατέλλων præferunt duo MSS. Leid. *Senilem* itaque *manum* hic suo more dixerit *Euripides* γραῖαν χεῖρα· ut in Hecuba v. 875, 876. *Senile brachium* γραῖαν ὠλένην vocat in Ione v. 1213. memorans γραίας ὄσσων πηγὰς in Herc. Fur. v. 450. in eiusdem dramatis v. 1095. venuste Νεανίαν θώρακα καὶ βραχίονα. in Helena v. 1578, legitur Νεανίαις ὤμοισι. frequentius est Γέρων hoc usu positum ab *Homero*, *Aeschylo*, *Sophocle*, *Euripide*, *Eubulo*, *Epinico*, *Theocrito*. *Euripideum* est in Oreste v. 457. γέροντι — ποδὶ, & v. 529, γέροντ' ὀφθαλμόν. Hecuba v. 406. Γέροντα χρῶτα. Ubi σάκος γέρον dixit *Homerus* Od. X, 184. e veteribus quædam expromit *Eustathius* p. 780, 46. quæ absque eo prorsus ignoraremus, *Sophoclea* quidem, quæ lucem forte fœnerabuntur *Etymologo* p. 227, 9. & *Aeschyli* fragmentum: — ὡς λέγει γέρον Γράμμα. hinc expressum videtur illud *Catulli*, LXVII, v. 46. *hæc charta loquatur anus*. γραῖα σελίς. *Posidippo* memorantur apud *Athen.* XIII, p. 596. D. *Sapphus* φθεγγόμεναι σελίδες.

Vs. 108. Χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους.] *Eustathius* in Il. B, p. 181, 21. Ἰστέον, ait, ὅτι τὸ κρῖνε κατὰ φῦλα ταυτόν ἐστι τῷ Φυλοκρίνει, ὃ συνετίθεντο οἱ μεθ' Ὅμηρον, καὶ ὅτι ἐξ Ὁμήρου παραφράσας Εὐριπίδης ἔφη τὸ, χωρίζουσι δ' ἀλλήλων λόχους. In altero MS. Leid. legitur: Στράτευμα· χωρίζουσιν ἀλλήλων λόχους. hoc vulgatæ prætulerim: voculæ δὲ defectus celeritati congruit: supra quoque non temere desunt voculæ copulantes v. 77, 78. *Plutarchus* in *Platon.* Quæst. p. 1010. E. λόγος, συνδέσμων ἐξαιρεθέντων πολλάκις — κινητικωτέραν ἔχει δύναμιν. Illud autem mendæ genus plura loca corrupit: tantilla res *Grotium* (vide notas in *Stobæi* Floril. p. 549) quoque decepit: in *Stobæo Gesneri* p. 439, v. 11. in versu *Naumachii*, Τοῖς ἐπιφυσιόωσι δαλίφρονες· & p. 508, 13. Τοῖς ἐπιφυσιόωσι δ' ἀλίφρονες ἀσπαλιῆες. hic prior lectio ponitur in margine: corrigi debuerat, Τοῖς ἔπι φυσιόωσιν ἀλίφρονες· neque enim Græcum est, quod illinc in Lexica receperunt Δαλίφρων· modulus versus syllabam quoque primam respuebat. —— Ceterum hæc Euripidea scena ex Homerica fuit in Il. Γ sic translata, ut Poëtæ vestigia diligenter presserit *Euripides*: conferatur præ ceteris Il. Γ, v. 167, 178. ad Euripideos v. 120, 121, 126, 127. vid. Schol. in Phœn. v. 88. *Eustathius* Il. Γ, p. 298, 38. *Homerum*, ait, μιμησάμενος Εὐριπίδης ποιεῖ ἄλλως ἐν Φοινίσσαις τὸν παρ' αὐτῷ πλαττόμενον πρεσβύτην διδάσκοντα ἐκ τοῦ τείχους πολλὰ τῶν ἔξω τὴν βασιλικὴν νεανίδα. ex qua prospicit in campum Helena, *turris* est apud *Homerum*, *Assueta Priamo, cuius e fastigio Summisque pinnis arbiter belli sedens Regebat acies*: in Phœnissis e conclavi spectant superiori, quod in ultimis erat ædibus regiis, v. 90. dictum διῆρες ἔσχατον. *Pollux* IV, 129. ἡ διστεγία —— ἐν οἴκῳ βασιλείῳ Διῆρες δωμάτιον· οἷον ἀφ' οὗ ἐν Φοινίσσαις ἡ Ἀντιγόνη βλέπει τὸν στρατόν. *Statius* in hanc scenam turrem reduxit, sive *Homerum*, seu *Antimachum* imitatus, Theb. VII, v. 243. *Turre procul sola nondum concessa videri Antigone populis*, —— *iuxtaque comes, quo Laïus ibat Armigero*: sed eo multo probabilior est apud *Statium* scena, quod non, ut apud *Euri-*

Euripidem, hoſtiles, verum ante muros in campo ſtantes duces monſtrantur auxiliares.

Vs. 110. Κατάχαλκον ἅπαν Πεδίον ἀστράπτει.] Hæc, *Ariſtidi* partim citata T. I, p. 220, *Euſtathio* reſtituenda ſunt in Il. Δ, p. 359, 29. ubi mendoſe vulgatur: κατέχον ἅπαν πεδίον ἀστραπαῖς. alludit & in Il. Ε, p. 388, 9. alibi memorans ἀστραπαίαν χαλκοῦ στιλπνότητα ad Il. Λ, p. 758, 35. Locus *Euripidis* obverſabatur *Senecæ*, quum in Phœn. v. 541, *fulgentes* dixit *procul Armis catervas*. *Lucretius* II, 327. *Fulgur ibi ad cælum ſe tollit, totaque circum Aere renideſcit tellus.* Ad *Ennianum*: — *haſtis horret ager, campique armis ſublimibus ardent*, multa notat *Columna* p. 33, 34. alia *Jan. Gebhardus*. Crepund. L. III, c. 11. Ex *Euripide* fortaſſe derivatum apud *Heliodorum* IX, p. 430, 9. ὅπλοις τὸ πεδίον καταστράπτων. *Xenophon* K. Π VI, p. 169. A. ἤστραπτε μὲν χαλκῷ, ἤνθει δὲ Φοινικίσι πᾶσα ἡ στρατιά. —— Cum ſequente verſu, Οὐ γάρ τι φαύλως ἦλθε Πολυνείκης χθόνα, comparandus eſt e Rheſo v. 599. ubi quod vulgatur, Τροίᾳ μολόντα, mutandum eſt in Τροίαν μολόντα Ῥῆσον οὐ φαύλῳ τρόπῳ. Pro ἐν Τροίᾳ recte dicitur in Androm. v. 458, Καὶ ταῖσγε Τροίᾳ· adde v. 461, 704. ſed, qui Troiam venerat, Rheſum dicere debuit *Euripides* Τροίαν μολόντα· ellipſi notiſſima præpoſitionis εἰς, ad quam firmandam noſtrum locum *Arnaldus* attulit Miſcell. Obſ. Vol. V, p. 278.

Vs. 114. Ἆρα πύλαι κλῄθροις] Ad normam ſimilium hic quoque poni potuerat κλῄθροις· Multa dantur huius generis ſic ſcripta κατὰ τὴν παλαιὰν Ἀτθίδα, ut loquitur *Euſtathius* in Il. Α, p. 38, 8 —— Κλῇθρα, vulgo κλεῖθρα, ſunt portarum *clauſtra*. vid. *Nic. Heinſius* in *Ovid*. Met. IV, 86. χαλκόδετά τ' ἔμβολα, *ferratæ robora portæ*, *Statio* Theb. X, v. 504. —— Quæ ſequuntur profert in Aj. *Sophoclis* v. 601. *Triclinius*: τὸ ὄργανον ἀντὶ τοῦ ἔργου, ἀπὸ τοῦ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον· ὡς τὸ, Λαϊνέοισιν Ἀμφίονος ὀργάνοις, παρ' Εὐριπίδῃ.

Vs. 120. Τίς οὗτος ὁ λευκολόφας,] Hoc & ſequenti colo *Iulianus* utitur in Cæſar. p. 313. c. ubi vulgatur ἡγεῖται. Optime pro ἄγει e Schol. & Mſ. Cantabrig. repoſuit *Barneſius* ἀγεῖται· quod e Mſ. Flor. *Is*. quoque *Voſſius* enotaverat. Ad vocem λευκολόφας dum notabat *Arnaldus* in Miſcell. Obſ. vol. VI, p. 595. non recordabatur *Ariſtophanei* ῥοδολόφας, quod *Heſychius* habet, neque ſimilium, quibus delectatur *Euripides*: huic Apollo dicitur Εὐλύρας, Alc. v. 571. Μηλονόμας, v. 572. (Hippolytus ἱπποκόμας, Hipp. v. 1399.) Χρυσοκόμας ter quaterve; ſemel etiam Amor, Iphig. in Aul. v. 548. Homereum eſt ἀλεξάνεμος· Ἀλεξανέμας dicebatur Empedocles ſecundum *Iamblichum* de V. P. §. 136. in Editione quidem *Arcerii* & *Kuſteri*, ſicut apud *Porphyr*. de V. P. §. 29. vulgatur Ἀλεξάνεμος. ſed in duobus Codd. Mſſ. quorum penes me ſunt lectiones, Cizenſi & Franequerano, recte legitur Ἀλεξανέμας. ſecundum *Timæum* apud *Diogen. Laërt.* VIII, §. 60. *Clem. Alex.* VI. Strom p. 754, 1. & *Heſychium*, dictus fuerit Κωλυσανέμας. In *Cercidæ* loco Diogenes dicitur ἀστροφόρας & αἰθεροβόσκας apud *Diog. Laërt.* VI, §. 76. Huius generis plura confinxit *Lucianus* in Tragodopod. v. 193. & ſeqq.

Vs. 123. ἀσπίδ' ἀμφὶ Βραχίονα κουφίζων] In locum vulgatæ Βραχίονι recepi Βραχίονα, quod Codd. Leid. & Scholia ſubminiſtrabant; non quia multum intereſſe putarem, hanc an illam lectionem ſequeremur, ſed quod

hæc in fede βραχίονα iucundius aures accideret, fic evitata, quinquies alias in quatuor vocibus recurrente, vocali. Neque eft cur quis exiftimet ἀμφὶ βραχίοσι magis effe Poë cum: περὶ βραχίονι dicebatur & in ftylo communi: *armillas*, quas brachio lævo habebant Sabini, ψάλια five ψέλια dixit *Dionyf Halicarn.* ἃ περὶ τοῖς ἀριστεροῖς βραχίοσιν ἐφέρουν five ἃ περὶ τοῖς εὐωνύμοις εἶχον βραχίοσιν, Ἀρχ. II, p. 105, 35. & p. 106, 5. *Athenæus* XII, p. 525. E. de Samiis: ἐφόρουν χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίοσι· fic & *Hefychius* in v. Χλιδῶνες. Ψέλλιον inquit *Ammonius* p. 149, τὸ ἄκροις βραχίοσι περιτιθέμενον κόσμιον. Non tantum tertio fed & fæpenumero quarto cafui hoc fenfu pofitam iungunt præpofitionem *Homerus* ceterique Poëtæ. ἀμφὶ μέτωπα, *Apollon. Rhod.* I, 427. & *Oppian.* Κυν. I, 180. recte *Georg. Arnaldus* Lect. Gr. p 244. *Apollonio* IV, 1349, reftituit ἀμφί τε νῶτα καὶ ἰξύας· fed potuerat citaffe verfum eiusdem libri 1611, ubi fic planiffime legitur Ἀμφὶ πόδας in *Oppiano* feliciter corrigit *Ian Rutgers* V L. III, C. XIX. Is utramque ftructuram iungit L. II. Κυν. v. 248. ἑλισσόμενον περὶ γούνασιν ἀμφί τε δειρήν. Legitur in *Chionis* Epift. IV, περὶ τὸν βραχίονα ἑλίττων ἱμάτιον. *Euripides* Phœn. v. 1616. Οὐ μὴν γ' ἑλίξας ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ Κακὸς φανοῦμαι.

Vs. 131, 132. Ἀστερωπὸς ἐν γραφαῖσιν, Οὐ πρόσφορος ἁμερίων γέννᾳ.] In *Burtoni* lenea s, ad ductum Scholiastæ metrici, locus eodem modo reftitutus, quo *Kingius* invenit in optimo Codice fcriptum; nifi quod in fequenti colo retinuerit vulgatam *Buttierius*. ἁμερίῳ γέννᾳ. quod e Mf. pofuit *Kingius* ἁμερίων γέννᾳ, *Lan*g*io* quoque, nefcio quem fecutum in fcriptum, p[r]æeuntem, probatum, præfert Leid. Mf. B, ubi tamen quod fupra fcriptum legitur, ἀνθρωπίνῃ γενεᾷ, pertinet ad ἁμερίῳ γέννᾳ· hoc, forte genuinum, habet optimus Leidenfis. Ex Homerica fcena in Il. Γ, quam hæc fcribens animo repræfentarat Tragicus, obverfabatur v. 190. Quod ante peffime converterant, optime *Grotius* expreffit: *nil vultu mortale ferens.* Quo fenfu dicatur Hippomedon Ἀστερωπὸς ἐν γραφαῖσιν, diverfa Grammaticorum interpretamenta monftrant olim obfcurum fuiffe vifum: unus eorum dederat: ἀστεροειδὴς τὸ σῶμα καὶ τὴν ἐσθῆτα γραπτός· hinc fluxit in verfionem vulgatam: *Splendens in picta vefte*: quod Ampliff. *Gisb. Cuperus* arripiens *pictas veftes* Græce γραφὰς dictas non dubitanter ftatuit L. II Obf. c. XII. *Scholiaftes* in Mf. Leidenfi verfui fuperfcripferat: λαμπρὸς, ἀστεροειδὴς ἐν ζωγραφίαις. vellem addidiffet τῆς ἀσπίδος· *Clypei* namque *ftelliferi pictura* defignatur, quo fuit infignis Hippomedon: vid. Phœn. v. 1123. Lernæam hydram in Adrafti clypeo pictam, five cælatam potius, v. 1142 γραφὴν Ὕδρας vocat. Nufpiam autem *pictæ veftes* fimpliciter Γραφαὶ dicuntur. Ut alibi, fic apud Tragicos etiam Γραφὴ *picturam* fignificat. *Æfchyl.* Agam. v. 249 *Eurip.* Troadin v 682. Hippol. v. 1004. *Chæremon* Tragicus de puella: — γυμνὴ δ' αἰθέρος θεάμασι Ζῶσαν γραφὴν ἔφαινε, *vivam effigiem*, apud *Athen.* XIII, p. 608. B perperam vulgatur γνώσεις. de multis aliorum unum locum proferam, ut emendetur, *Archytæ* Tarentini: legitur in huius fragmento, quod fub nomine Pythagorei *Theagis* vulgavit cum ceteris *Thom. Galeus*, p. 695, δεῖ — τὸ πάθος οὕτω παρεμφαίνεσθαι ἐν τᾷ ἀρετᾷ, ὥσπερ καὶ τὰν σκιὰν καὶ τὰν γραμμὰν ἐπὶ τᾶς γραφᾶς, τὸ γὰρ ἔμψυχον καὶ τὸ ἀπαλὸν — Legendum fine controverfia: καὶ τὸ ἀπαταλὸν, καὶ τὸ μεμιμημένον τὰν ἀλάθειαν σὺν τᾷ χρηστότατι

τητι τῶν χρωμάτων μάλιστα γίνεται διὰ τούτων· *Plutarchus* de Aud. Poet. p. 16. B. *ἐν γραφαῖς* ait *κινητικώτερόν ἐστι χρῶμα γραμμῆς διὰ τὸ ἀνδρείκελον καὶ ἀπατηλόν·* Ceterum *in clypei picturis ſtellatus* Hippomedon *Ἀστερωπὸς ἐν γράφαισιν* *Euripidi* dicitur, cui rarius alias *Ἀστερωπὸς* frequentatum loca monſtrabunt a Celeberr. *Alberti* ad *Heſych.* deſignata, quibus addatur ex Herc. Fur. v. 406. Si recte vox iſta legitur in *Achæi* fragmento, quod Schol. habet in *Eurip.* Oreſt. v. 383. illam forſan ut alia mutuatus eſt ab *Achæo* Noſter; ſed ab *Euripide* transſumſit *Critias* in Siſyphum, *ἀστερωπὸν οὐρανοῦ δέμας·* *Critiæ* verſus, quibus iſta continentur, ſervavit *Sextus Empir.* p. 563. in eodem loco, ſub *Euripidis* nomine citato, *Plutarchus* præbet, T. II. p. 879. F. *ἀστερωπὸν οὐρανοῦ σέλας.*

Vs. 134. *Λοχαγόν; Αν. ἄλλος ἄλλος ὅδε τευχέων τρόπος.*] Revocavi veterem lectionem, quia firmabatur Codicibus Leid. nihil autem habebat, quod quempiam offenderet, qui quidem in quarta ſede ſæpe tribrachyn poni meminiſſet, & *τευχέων* inſtar ſimilium in duas ſyllabas contrahi. Deleta voce *Λοχαγὸν*, hunc nobis ſenarium efformarat *Kingius*: *Ἀν. ἄλλος γὰρ ἄλλος τοῦδε τευχέων τρόπος·* unius, ut puto, Codicis auctoritate motus: aliis quoque videtur abfuiſſe Codd. vox *Λοχαγὸν*, ut abeſt a Flor. ſed perincommodum accidit in verſu *Kingii* *τοῦδε*. — In v. 136. Mſ. Florent. prætuliſſe videtur *Ἄρη δ' Αἰτωλὸν ἐν στέρνοις ἔχει*, ut & in Scholiis legitur: poſtremum illud hinc enotarunt *Caſp. Barthius* in *Statii* Theb. II, v. 175. *Io. Pricæus* in Apolog. *Apul.* p. 123. & *Giſb. Cuperus* Obſ. III, c. XII. p. 308. ab *Aeſchylo* mutuatum *Euripidem* vidit Clar. *Fred. Lud. Abreſch*, Anim. in *Aeſch.* p. 257.

Vs. 140. *Ὡς ἀλλόχρως ὅπλοισι,*] *Ἀλλόχροος* legitur in Mſſ. Leid. ut in Hippol. v. 176. Alterum in Androm. v. 879. *Καὶ μὴν ὅδ' ἀλλόχρως τις ἔκδημος ξένος·* ubi formam nativam verſus etiam admittit: *ἀλλόχρως*, omiſſum in Lexicis, in *Euripidis* eſt anapæſtis e Pirithoo apud *Clem. Alex.* v. Strom. p. 717, 22. In talibus *χροὺς* erat communis dialecti ſecundum *Thomam*; Atticæ, *Μελάγχρως* & *Λευκόχρως.*

Vs. 145. *Σπονδὰς ὅτ' ἦλθον σ. κ. φ.*] Hic verſus totidem literis ſcriptus ſupra legitur 97. Credidit forſan a ſenis perſona non alienum *Euripides*, eadem repetere: quin priori loco poſita minus intellexiſſe cenſeri poteſt Antigone, tum paululum a cuſtode remota: tandem, ſi ſenarius hinc ejiceretur, ingratus nec ſanequam Euripideus inter — *ἐγνώρισα* & *Ἃ* relinqueretur hiatus: ne dicam obfuturam tum voculam *τότε* in v. 145. (ubi Mſ. Florent. præfert *Σημεῖον ἰδὼν τόδ' ἀ.*) nam huic incommodo facile poſſet unius literæ ductu ſuccurri. Solet quidem interdum *Euripides* in diverſis tragœdiis easdem, iisdemque vocibus expreſſas ſententias repetere; ſed rariſſime ſciens eosdem ſenarios in eodem dramate repoſuit: quod in Medea plures legantur male repetiti, plerumque, ni fallor, hiſtrionibus eſt imputandum.

Vs. 147. *Μνῆμα τὸ Ζήθου*] Ex Mſſ. Leidenſibus non dubitanter in contextum reſtitui *τὸ Ζήθου*, pro *τοῦ Ζήθου*· quamque genuinam arbitror lectionem, ſuſpicor in aliis etiam Codd. repertum iri: huiusmodi varietates ſæpe fugiunt oculos acutiſſimos; eorundem Mſſ. repetita collatio, quod in priori fuerat prætermiſſum, hic ſubminiſtravit. Supra vulgatur v. 13, *γαμεῖ δὲ Λάϊος μ'*· legitur in optimo

 Cod.

Cod. A, γαμεῖ δ' ὁ A. sed hoc, in notis ne memoratu quidem dignum, cum item ob rationem rejeci, propter quam hic τοῦ Ζήθου videbatur in τὸ Ζ... transmutandum. Paulo legitur inferius v. 162, Ἐκεῖνος ἑπτὰ παρθένων τάφον πέλας Νιόβης, vulgarat *Aldus*, Ἐκεῖνος τῶν ἑπτὰ π: articulus scilicet a Poëtis neglectus, ubi videbatur in usu communi requiri, versibus Poëtarum in puerorum commodum a literatoribus superscribi solebat, atque hinc sæpe numero sedem non suam occupat: in Homerico Codice Batavo singuli versus exempla subministrant: *Homerus* en m, ut scribit *Plutarchus* in Platon. Quæst. p. 1010. D. ὀλίγοις τῶν ὀνομάτων ἄρθρα ὥσπερ λαβὰς ἐκπώμασι δεομένοις ἢ λόφους κράνεσιν ἐπιτίθησι. Nominibus autem propriis articulum non præfigunt Tragici. De Amphionis & Zethi, liberorum Niobes, & Semelæ prope Thebas monumentis ex *Euripidæ* Phœnissis nonnulla notat *G. Cuperus* L. III. Obs. c. XVII.

Vs. 149. Γοργὸς, εἰσιδεῖν νεανίας.] Sic interpungendum credidi: Κατάβοστρυχος, ὄμμασι Γοργὸς, εἰσιδεῖν νεανίας· pro Γοργὸς εἰσιδεῖν, νεανίας· ut vulgabatur; importune quoque τ' ablato post vocem Γοργὸς cum *Kingio*; Codici Baroc. Leidensis B suffragabatur: *Euripidæ* ... *Heliodorus*, dum de mœnibus ..., Theagenes ipsi pingebatur L. VII, p. 319. velut ἐραστὸν ἅμα καὶ γοργὸν προσβλέπων, καταβόστρυχος — τὴν παρειὰν ἄρτι ξανθῷ τῷ ἰούλῳ περιστέφων· Parthenopæi totidem sunt Euripidei lineamenta; qui puellæ dicebatur εἰσιδεῖν νεανίας, aspectu juvenis; *Tum prima puras barba signaret genas*. *Aeschylus* Theb. v. 540. Στείχει δ' ἰούλος ἄρτι διὰ παρηίδων. Interpretes si sibi Parthenopæum repræsentassent, qualem Poëtæ depingunt, non utique visus esset *oculis aspectuve terribilis*; nisi terribilem sibi pingi Ephebum voluisse credant *Anacreonta*, Od. XXIX, 12. Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω, Κεκερασμένον γαλήνῃ. quæ notat *Arnaldus* Anim. c. IV, pleraque placent: in Parthenopæo — *torvæ tamen Pars aliqua matris miscet ex æquo decus*, quod de Hippol. scribit *Senec.* v. 658.

Vs. 150. Παι. Λοχαγός. A. ὡς ὄχλος] *Sam. Battierius* in Schedis posuerat sequentia: „ *Dele hoc* Λοχαγὸς *cum* „ *adnotata persona* Παιδαγωγοῦ, & „ *scribe saltem*: Ὡς ὄχλος νιν ὑστέρῳ „ ποδὶ, *versus enim est, ut Scholiastes* „ *dicit*, Τροχαϊκὸν δίμετρον ὑπερκατάληκτον, *præcedenti similis*." Ante *Barnesium* vulgabatur in Scholiis Τὸ Δ ὅμοιον· is, incertum an alia, quam receptæ hoc versu lectionis auctoritate permotus, edidit: Τὸ Δ ὅμοιον τῷ πρώτῳ. Hoc eo potissimum mihi perplacet, quia displicet Ὡς ὄχλος· *quanta multitudo*. Ὡς, quando notat *quam* vel *quantum*, verbis iungi solet apud Tragicos & nominibus adiectivis, non substantivis. Nisi quis itaque putet ὡς iungendum cum νιν ἀμφέπει, quod minus est verosimile, legerim equidem: Π. Λοχαγός. A. ὅσος ὄχλος νιν ὑστέρῳ ποδὶ Πάνοπλος ἀμφέπει. Syllaba præcedens sic absorpsisset sequentem. Supra v. 102. — πολεμίων στράτευμ' ὅσον. *Eurip.* Herc. Fur. v. 1051. φόνος ὅσος ὅδε, *quanta hæc est cædes!*

Vs. 157. Οἷ καὶ δέδοικα.] In optimo Cod. Leid. Ὁ καὶ δέδοικα legitur; in altero: ὧ καὶ δ. Vide quam dissona sint de re eadem Doctorum hominum iudicia: *Joannes Kingius* in h. l. "*Lege*, ait, Ὃ καὶ pro οἷ ὅ, *Vid.* v. 270." Contra *Tan. Faber* notis in *Aristoph.* Ecclesiaz. v. 338, ubi vulgatur Ὃ καὶ δέδοικα μή τι δρᾷ νεώτερον, *Nemini*, dicit, *vel mediocriter in his literis trito dubium erit*, *quin legendum sit*: Οἷ καὶ.

καὶ δέδοικα — *ſic enim Attici potius* [illegible]. *Keſterus* [illegible] *Fabro*, cenſetque poſitum ὃ pro διὸ, *quare*. Prorſus diſſident *Faber* & *Kingius*; mihi tamen cum utroque convenit; in *Ariſtophane* cum *Fabro* planiſſime; in *Euripideo*, qui præ manibus eſt, loco [illegible] cum *Kingio*: ſed hic bonam [illegible] interpretando corrupit: ὃ, more conſueto poſitum pro *quod*, regitur a σκοπῶσι. Sine diſtinctione ſcripſerat *Euripides*: —— σὺν δίκῃ δ' ἥκουσι γῆν, Ὃ καὶ δέδοικα μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί. *veniunt in hanc regionem ſuo iure freti, Quod & metuo ne Dii probe animadvertant.* In Hecuba v. 13, Νεώτατος δ' ἦν Πριαμιδῶν· ὃ καὶ με γῆς Ὑπεξέπεμψεν· male dederant διὸ, *quamobrem*, vel *quare*, cum nihil aliud ſit quam *quod*, ὅπερ, ſcilicet τὸ εἶναί με νεώτατον τῶν ἀδελφῶν, —— γέγονεν αἴτιον τοῦ ἐκπεμφθῆναί με. prouti recte cepit *Scholiaſtes* in Cod. Barocc. Iam vero, qui conſideratius loca ſpectaverit, ſtructuras eſſe diverſas fatebitur hujus noſtri verſus e Phœn. & 270: Ὃ καὶ δέδοικα, μή με δικτύων ἔσω Λαβόντες οὐ μεθῶσ' ἅ. *Quam ob rem etiam metuo, ne.* Ut in *Ariſtophaneo* poſuit *Faber*, ſic hoc [illegible] a [illegible] tror Ὢι καὶ δέδοικα — non quod negem, ὅ, ἅ, nonnunquam pro δι' ὃ vel δι' ἃ poni, ſed quod hæc multo ſunt [illegible] Tragico: quod Phœniſſis excitat *L. Bos* in Ell. Gr. rectius intactum reliquiſſet. *Sophocleum* tamen Ἃ δ' ἤλθον, pro δι' ἃ ἤλθον Oed. in Col. v. 1287. In *Callim.* h. in Iov. v. 67. ὃ καὶ malim accipere pro διὸ καὶ quam, cum *Arnaldo* de Diis Adſeſſ. p. 116, ſolvere [illegible]. Frequentiſſime, [illegible], διὰ ſupprimitur ante, τί τοῦτο vel ταῦτα. *E*[illegible] hic & [illegible] rat [illegible] quer. *Henr. Steph.* [illegible] in *Corintb.* p. 22. & Append. de Dial. Att. p. 92, 97. Conf *Raphelius* Annot. [illegible] N. T. T. II, p. 765. —— Alterum ᾧ vel τῷ, pro διὸ poſitum, ut [illegible], haud ſat quam [illegible] qui vel [illegible] legerit Poëtam Græcum; quin & in ſtylo ſoluto communique τῷ paſſim legitur infinitivo iunctum pro διὰ τὸ. vid. *Gatakerus* in *M. Antonin* L. III, §. 1. — Τῷ ſignificans *propterea, quare*, frequentiſſimum apud *Homerum* aliosque, reponi poterit in *Homerico* hymno Apollinis v 525. Auctor Eidyll. xxv inter illa *Theocriti* v. 185 Τῷ καὶ [illegible] —— *Callimachus* Epigr. XLVI, 5. Τῷ καὶ νῦν δείδοικα, Μενέξενε, μή με παρεισδὺς Οὗτος ὁ σιγέρπης εἰς τὸν ἔρωτα βάλῃ· prouti feliciſſime reſtituit *Bentlejus*: apud *Callimachum* hoc uſu nihil eſt frequentius. Latini ſuum *hoc* & *eo* modo frequentant ſimili [illegible]: poſterius a vicinis literis eliſum & reponendum arbitror in *Cornelii Nepotis* Miltiade cap. VI, *Ut populi noſtri honores quondam fuerunt rari & tenues, ob eamque cauſam* [illegible]; [illegible] *autem effuſi, atque* [illegible]; *ſic* [illegible] *apud Athenienſis* [illegible] vulgatur, [illegible].

Vs. 158. Ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς] Codicibus ſuis (quibus [illegible]) *Kingius* obſequutus ſic vulgavit, pro Ποῦ ποῦ δ' ὃς ἐ. confer v. 185. Πᾶς δ' ὃς ἐ. legitur in Florentino Mſ. Si[illegible] hujus & ſequentis coli lectionem [illegible] *Barnes*: [illegible], inquit, ,, *eſt Editor Euripidis ab illis ver-* ,, [illegible] ,, *pta explicans ſic dicit:* — [illegible] ,, ρέλαβε τὸ Ποῦ τὴν σπουδὴν τῆς κόρης· ,, [illegible] ,, *luit Scholiaſtes bis illud* ποῦ *in pri-* ,, [illegible] ,, [illegible] ,, 161. Ὦ φίλτατ', εἰπὲ ποῦ 'στι ,, Πολυνείκης, γέρον." hoc ſi *Langius* animadvertiſſet, verboſa forte caruiſ-

ſemus adnotatione, qua ſpecimen ſuum exornavit p. 402.

Vs. 165. Ἐξεικασμένα.] Infra pro εἴκασε v. 423 ἤκασε, noſtro loco plerique ſcribi mallent ad normam ſimilium apud *Euripiden* ἐξῃκασμένα· Sic ſaltem huius verbi, quæ quidem augmentum vulgo capiunt, tempora ſcribi ſolent apud Atticos. *Euſtathius* in Il. Α. p. 38, 3. τῆς ἤκαζον τὴν ἀρχοῦσαν διὰ τῶν η προάγουσιν. *Mœris*: Ἤικασα, Ἀττικῶς· Εἴκασα, Ἑλληνικῶς. Legitur in *Aeſchyli* Supplic. v. 296. alterum ἤκαζον, *Dukero* probatum, Mſſ. ſervarunt in *Thucydide* VI, c. 92. Sed *Mœris*, ut plerumque, reſpicit *Ariſtophanem*, apud quem iſt hac forma ſæpe verbum illud fuit cuſtoditum in Equit. v. 1073. Avib. v. 808. Veſp. 1299, 1302. Eccleſ. v. 385. In *Aeſchyli* Agamemn. v. 1253, proſtat ἐξῃκασμένα. in *Ariſtoph.* Equit. v. 230. ἐξεικασμένος, ubi Mſ. Vatic. habet, ἐξῃκασμένος, quod & *Heſychius* invenerat.

Vs. 166. Ἀνεμώκεος εἴθε δ. ν.] Transſumſit in Phœniſſas *Seneca*; nam dubium nullum eſt, quin e duobus verſibus *Euripidæ* hos duo ſenarios expreſſerit v. 420. *Quis me procellæ turbine inſanæ vehens Volucer per auras ventus ætherias aget?* Quod ſequitur v. 169. Περὶ δ' ὠλένας δέρᾳ φιλτάτᾳ Βάλοιμι —— ſic ſcriptum & in Leid. Α. Indicio Scholiaſtæ Βάλοιμι poſuerat *Battierius*. Perperam legebatur in Flor. Mſ. Παρὰ δ' ὠλ. *Euripides* Troaſin v. 757. Πρόσπιπτε τὴν τεκοῦσαν, ἀμφὶ δ' ὠλένας Ἕλισσ' ἐμοῖς νώτοισι. *Ariſtophanes* Ranis, v. 1357. Περίβαλλ', ὦ τέκνον, ὠλένας.

Vs. 171. Εὐπρεπής] Ἐκπρεπής, inventum in Cod. Florent. genuinum videtur: ὅπλοισι χρυσέοισιν ἐκπρεπής, *armis inſignis & auro.* illud ſæpenumero forteſſis huius occupat locum: in eodem Mſ. legitur ἐκπρεπεστάτη in Alceſt. v. 330. ubi recte vulgatur εὐδὸς — ἐκπρεπεστάτη γυνή. in Troaſin v. 987, κάλλος ἐκπρεπέστατος. *Aeſchyli* Perſ. v. 184, duæ mulieres Μεγέθει τε τῶν νῦν ἐκπρεπεστάτα πολὺ, Κάλλει τ' ἀμώμω. v. 442, Περσῶν ὅσοιπερ — εὐγένειαν ἐκπρεπεῖς. *Eurip.* Suppl. v. 841. διαπρεπεῖς εὐψυχίᾳ. Agamemnona dixit *Homerus* Il. Β, 483. Ἐκπρεπέ' ἐν πολλοῖσι καὶ ἔξοχον Ἡρώεσσιν. Fruſtra *Meurſius* de Ludis Gr. in v. Κοτταβισμὸς, εὐπρεπὲς ἔργον poſuit in verſu *Critiæ*, in quo bis ἐκπρεπὲς legitur apud *Athen.* I, p. 28. Β. & XV. p. 666. Β.

Vs. 172. Ἑῴοισιν] Ex uno Codice poſuit *Kingius* pro Ἑῴοις, quod *Pierſius*, Attici moris immemor, inconſiderate mutarat in Ἑῴαις. Ut colon cum metro, quod *Scholiaſtes* deſignarat, congrueret, Ἑῴοισιν ſcribendum, ſine codicis indicio viderat *Battierius*. —— Mox in Leid. Β mendoſe legebatur φλογέθων, & in Flor. βολεῖς ἀελίου.

Vs. 174. Ὥστε σ' ἐμπλῆσαι χαρᾶς] Ex Codd. Anglicis ſic vulgavit *Kingius* pro ἐκπλῆσαι· In optimo Leid. quoque legebatur ἐμπλῆσαι, & in Mſ. Florent. Reperiuntur ἐκπλῆσαι βίον, ἄθλους, κακά· Sed *ſpe* vel *gaudio* aliquem *implere* verbo deſignabatur ἐμπλῆσαι. Poſt vocem χαρᾶς eo diſtinctionem poſui, quia, quod ſequitur, Ἔνσπονδος, pertinet ad priora, Ἥξει ὁ ἐμοὺς τοῦσδ' — ἔνσπονδος· hoc, ſanequam minutiſſimum, adnotare prætermiſiſſem, niſi tantilla res minus animadverſa *Io. Ienſium* implicuiſſet errori, abutentem hoc loco Lect. *Lucian.* I, c. VII, p. 75. ſupra v. 81. ὑπόσπονδον μολεῖν Ἔπεισα παιδὶ παῖδα. v. 280, *Mater* μ' ἔπεισε δεῦρ' ὑπόσπονδον μολεῖν.

Vs. 175.

Vs. 175. Τίς κυρεῖ;] *Grotium* sequor & *Kingium*, qui e Mſ. quisque Codice posuerunt τίς κυρεῖ; quæ legebatur inter istas media, voce πόθεν deleta τίς; πόθεν κυρεῖ; quod Editiones occuparat, legitur in Mſſ. forte plerisque; saltem in Leidensi B, & Flor. In Leid. A, & Cantabrig omisso verbo κυρεῖ, reperitur τίς; πόθεν; hoc modo scribendum judicarat *Gul. Canterus*, cui suffragatur *Sam. Battierius*; defensores forsan ista lectio reperiet, Homerici memores, Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν. Mihi placet alterum: οὗτος δ', ὦ γεραιὲ, τίς κυρεῖ, quocum congruit v. 135. Τίς δ' ἐστὶν οὗτος; Vocula πόθεν in alienam hanc sedem immigravit e v. 124, ubi roganti Τίς; πόθεν γεγώς; *Qui genus? unde domo?* custos puellæ respondet ad utrumque quæsitum: hic tantum interroganti, Τίς κυρεῖ; respondet: Ὁ μάντις Ἀμφιάραος, ὦ δέσποιν', ὅδε. *Sophocles* Phil. v. 56. Ὅταν σ' ἐρωτᾷ τίς τε καὶ πόθεν πάρει; Λέγειν, Ἀχιλλέως παῖς, —— Πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον, ἐκλιπὼν τὸ ναυτικὸν στράτευμ' Ἀχαιῶν. ad duas quæstiones, quibus esset natalibus, (τίς;) unde veniret? (πόθεν;) sic respondendum esset Neoptolemo. Epist. *Phalar.* IV, Οὐκ ὀρθῶς ἠρώτησας absentem, τίς εἰμὶ, καὶ τίνων, καὶ πόθεν; *Eurip.* Helena v. 85. Ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν, τίνος; ad tria quæsita respondet Teucer: multa collegit Celeb. *Io. Alberti* Observ. Phil. p. 186.

Vs. 182. Ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα] Cod. Flor vocem recte scriptam exhibet, quidem ex optimo *Kingius* ediderat pro ἀτρεμέα, quod in ἀτρεμαῖα mutandum vidit e *Scholiaste* Metrico *Battierius*. Hoc loco scripturæ diversitas notari potest ex *Eustathio* potest observari, qui, *Homericum* explicans, Μάστιξεν δ' ἐλάαν. Il. E. v. 366. τοῦ Μάστιξε περίφρασις, inquit, p. 423. 22. ... τὸ δὲ Τραχικὸν περιφραστικώτερον ἐν τῷ — κέντρα πώλοις μετάφρενον ἰθύνει — Utrum *Eustathio* festinanti, vel ipsius Codici lectio tribuenda sit, an librario, decerni nequit: si Codices eam nobis exhiberent, (e Florentino *Vossius* enotarat μετα . . . .) nonnullis videretur forsan *Euripides* dedisse: Ὡς ἀτρεμαῖα κέντρα Καὶ σώφρονα πώλοις Μετάφρενόν γ' ἰθύνει. ego tamen requirerem, qui μετάφρενον equis tribuerit: μέγα Κενταύροιο μετάφρενον dixit *Aratus* v 505. *Homerus*, coniungens μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμω, posuit in Il. O, 352 —— μάστιγι κατωμαδὸν ἤλασεν ἵππους. In *Argentarii* epigramm. apud *Stobæum* Tit. LXI, p. 391, v. 1 Amor expingitur instar aurigæ leonem agens: Ὃς τᾷ μὲν μάστιγα κατ' αὐχένος, ᾇ δὲ χαλινοὺς Εὐθύνει.

Vs. 186. Καπανεύς;] Veterem Editionum restitui lectionem, quæ præcesserant illam *Kingii*, non quod genuinam esse, sed quod Euripideam arbitrer magis etiam obscuratam a *Kingio* fuisse; hic loco verbi τεκμαίρεται posuit ex uno Codice σκοπεῖ, nomenque *Capanei* cum sequentibus in unum senarium hoc modo contraxit: Καπανεύς; Παι. Ἐκεῖνος ἑπτὰ προσβάσεις σκοπεῖ sed cui quidem in hoc literarum genere fuerit exercitatus, verbo σκοπεῖται mutandum esse negabit Poëticum τεκμαίρεται, huic sedi convenientissimum. cui alterum illud σκοπεῖ primum interpretamento fuisse liquet e Mſ. Leid. B. ubi dictionibus προσβάσεις τεκμαίρεται superscriptum: ἐξοχὰς, προβολὰς σκοπεῖ. In Scholiis legitur: προσβάσεις τεκμαίρεται] τὰς πύλας σκέπτεται. In imagine belli Thebani, quam pæne dixeris expressam e Phœnissis, apud *Philostratum* Icon. I, c. VI. Καπανεὺς τὰ τείχη βλέπει, περιφρονῶν τὰς ἐπάλξεις, ὡς κλίμακι ἁλωτάς. commodum *Olearius* advocat

vocat *Euripiden. Virgil.* in re fimillima Aen. VIII, 229. *Acceſſum luſtrans huc ora ferebat & illuc.* IX, 58. *Luſtrat equo muros, aditumque per avia quærit.* De Capaneo *Statius* Theb. X. v. 834. *Ardua mox torvo metitur culmina viſu*: hoc ex *Antimacho* derivatum, aut ex Euripideis, *προσβάσεις τεκμαίρεται Πύργων, ἄνω τε καὶ κάτω τείχη μετρῶν*, *dum torvo viſu culmina metitur, aditum ad muros ſibi repræſentat*, hoc enim præter cetera notat *τεκμαίρεσθαι*. Antholog. IV, c. VIII. epigr. 38. *Αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεκμαίρεο· ὧδε τὰ κείνου Ὄμματα καὶ ζωὸν θάρσος ὁ χαλκὸς ἔχει.* de homine divitiis & potentia tumido venuſte *Rhianus* apud *Stobæum* Tit IV, p. 54, 17. *Ἶσα Διῒ βρομέει, κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει, Καίπερ ἐὼν ὀλίγος· μνᾶται δ' εὔπηχυν Ἀθήνην, Ἠέ τιν' ἀτραπιτὸν τεκμαίρεται Οὔλυμπόνδε* (*viamque affectat Olympo,*) *Ὥσκε μετ' ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος εἰλαπινάζοι.* Sic recte *Grotius* p. 33. in eiusdem loci v. 3. poni debuerat *Ἀφραδίῃ κραδίης.* —— Plura poſſent proferri, niſi genuinum eſſe *τεκμαίρεται* ſatis iam conſtaret. Quid vero reliquis faciendum? Nomen *Καπανεὺς*, ſi ſic fuit antiquitus poſitum, *ὀνόματός ἐστιν ἑνὸς ἐπὶ τῷ ἑξαμέτρῳ προσθήκη*, quale reperit in arcæ latere *Pauſanias* epigrammа, verſum ſcilicet heroicum una voce longiorem L. V, p. 425. ſed ſenariis nomen proprium nunquam ſic interſerunt Tragici, ne alia quidem; niſi quod extra verſus collocandæ voculæ *φεῦ, ἔα, εἶεν*, &c. de quo more *Muretus* iam notavit Var. Lect. III, c. III. nonnunquam reperiantur. Nomen itaque *Καπανεὺς*, quod deerat in Mſ. Flor. vel eiiciendum eſt, ut *Barneſius* ſuſpicabatur; vel, quod credere malim, in ſequentem ſenarium ſic introducendum, ut, eiecta voce nullius uſus *ἔστα*, legatur: *Καπανεὺς*; Π. *Ἐκεῖνος προσβάσεις τεκμαίρεται* — Paulo ſuperius poſuerat librarius v. 162, *Ἐκεῖνος ἑπτὰ παρθένων τάφου πέλας·* quam facile mens oculusve huc potuit aberrare! vox ſemel recepta multis aptiſſima procul dubio videbatur; ſed ante notata ſpectanti videbitur inutilis & aliena.

Vs. 191. *Κεραύνιόν τε πῦρ*] Legitur in duobus minimum Codd. Leid. B & Florentino, *Κεραύνιόν τε φῶς αἰθαλόεν.* *Arſenii* quoque paraphraſis *φῶς* præbet *κεραύνιον.* Euripideis utitur Celeberr. *P. Burmannus* in Iove Fulgur. c. IV, p. 247. *Φῶς* primitus hic ab alio videtur adſcriptum: nec tamen apud recentiores duntaxat, ſed etiam veteres, quin apud *Xenophontem φῶς* pro *igne* poni *Leunclavius* oſtendit in Append. *Xenophontea* p. 1013. A. B. *Euripides* tamen quin dederit *Κεραύνιον — πῦρ*, dubium non eſt. — In Troad. v. 80, *Ἐμοὶ δὲ δώσειν φησὶ πῦρ κεραύνιον.* Alceſti v. 126, memorat *Διόβολον πλᾶκτρον πυρὸς κεραυνίου*· in Supplic. v. 934, — *Διὸς πληγέντα Καπανέα πυρί.* *Sophocles* in Antigone v. 133, Capanea *Παλτῷ ῥιπτεῖ πυρί.* —— Noſtrum *Euripidæ* locum in *Luciani* Timone p. 99, 9. reſpici monuit *Moyſ. Solanus.*

Vs. 192. *Σύ τοι μεγαλαυορίαν Ὑπεράνορα κοιμίζοις·*] Nihil hic novatum, niſi quod e duobus, ad ductum *Scholiaſtæ*, tres verſus fecerint *Battierius* & *Kingius*; hic præterea poſt *Grotium* & *Pierſium* poſuerit *κοιμίζοις* pro *κοιμίζεις*: invitus pæne viris doctis obſequutus ſum in hoc verbo; quod utro modo ſcribendum eſſet, iam olim dubios hæſiſſe monſtrat Scholion Mſ. Codicis Leid. B, cuius contextus præfert *κοιμίζεις·* (Cod. A *κομίζεις.* Flor. *κοιμίζων*) margo, hanc notam: *Τὸ Κοιμίζεις, εἰ μὲν ο καὶ ι γράφεται,* (nempe *κοιμίζοις*) *μερικόν ἐστι πρὸς μόνον τὸν Καπανέα. εἰ δὲ ε καὶ ι,* (*κοιμίζεις*)

μίζεις) καθόλου. οἷον σὺ τὴν ὑπερηφανίαν κοιμίζεις, καὶ οὗτος τοιοῦτος ὢν κατενεχθήσεται. Si κοιμίζεις legitur in plerisque Codd. hoc e vetustis Edd. revocandum censeo; locum autem in hunc præterea sensum capiendum: — *tu certe nimis superbam coërcere soles magniloquentiam*: σύ τοι μεγαληγορίαν Ὑπεράνορα κοιμίζεις· nam olim hic obtinuisse videtur duplex lectio, illa scilicet quam posui, præter vulgatam: ad duplicem istam lectionem Scholion vulgatum facile poterit accommodari, si legeris: Μεγαλανορίαν] Μεγαλοῤῥημοσύνην. — Videri posset *Eustathius* hic legisse ὑπερανορίαν Μεγαλάνορα· nam in Il. Δ, p. 351, 38, Τὸ δὲ Ὑπερηνορεόντων, ait, ἐξ οὗ Εὐριπίδης μεγαλάνορα ὑπερηνορίαν ἔφη· sed & hoc imputare malim festinanti: In *Theocriti* Παιδικοῖς, seu carm. XXIX, quod vulgatur Ἀνδρῶν τῶν ὑπερηνορέων — Latine convertunt: *hominum superborum more*: sed ὑπερηνορέων participium est; versum autem sic suspicor corrigendum: Χλιδώντων ὑπερηνορέων δοκέεις πνέεν, *superbus amare videris delicatulos. Hesychius*: Ἐμπνεῖ μου, ἐρᾷ μου, ποθεῖ με. *Amator* Aeolice dicebatur Ἐμπνήλης vel Εἰσπνήλης. Μεγαλανορίαν qui dixerit neminem novi præter *Pindar*. N XI, v. 57. neque hic ea vox displiceret, si sola legeretur; sed propter adiectum ὑπεράνορα videri potius posset μεγαληγορίαν posuisse Tragicus: μεγαληγορίαν dico; nam ne Dorice quidem μεγαλαγορία pronunciabatur. Non omnis vituperanda μεγαληγορία, non certe Poëtæ materiæ congrua; nec superbiam sumentis meritis quæsitam: sæpenumero Τοιόσδ' ὁ κόμπος τῆς ἀληθείας γέμων, ut ait *Aeschylus* Agam. v. 622. ὥσπερ, inquit, *Chrysippus* apud *Plutarch*. de Stoicor. repugn p. 1038. c. ὥσπερ τῷ Διῒ προσήκει — μεγαληγορεῖν, ἀξίως βιοῦντι μεγαληγορίας, οὕτω τοῖς ἀγαθοῖς πᾶσι — προσήκει. Imperatorem, milites ad pugnam inflammantem, minime dedecet εὐάνωρ μεγαληγορία. Cyrus ἐμεγαληγόρει μελλούσης τῆς μάχης γίγνεσθαι, ἄλλως δ' οὐ μάλα μεγαλήγορος ἦν, secundum *Xenophontem*. K. Π. VII, p. 175. A. sed ultrix arrogantiæ severissima Nemesis, quam una cum fulmine Iovis invocat Antigone, coërcere solebat μεγαληγορίαν ὑπεράνορα, *superbiloquentiam, quæ, modum omnem excedens*, atque in Deos iniuria, *hominem prorsus dedeceret*: E Tragicis & *Statio* notissima Capanei μεγαληγορία, sanequam ὑπεράνωρ, sive οὐ κατ' ἄνθρωπον, ut *Aeschylus* in Theb. v. 431. vid. *Soph*. Antig. v. 129. *Aeschyl* Persis v. 829, Ζεύς τοι κολαστὴς τῶν ὑπερκόμπων ἄγαν Φρονημάτων ἔπεστιν, εὔθυνος βαρύς· vulgatur ἔπεστιν· *Sequitur superbos ultor a tergo Deus*. Φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν, *Herodot*. VII, c. X. Sicuti Capanea, Typhonem olim fulmen ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων Κομπασμάτων — *Aeschyl*. Prom. V. v. 360. qui v. 318. meminerat τῆς ἄγαν ὑψηγόρου Γλώσσης· in Theb. v. 571 vocat μεγάλα μεγαληγόρων — ἀνδρῶν, nimis magnifice *magna loquentium*. *Euripides* Heraclid. v. 357, Μεγαληγορίαισι δέ γ' ἐμὰς Φρένας οὐ φοβήσεις.

Vs. 195. Δουλεία τε δώσειν τρίαινα] Nihil notassem, nisi locus videretur *Sam. Battierii* dandus observationi, quam suos in usus in schedas coniecit: *Notandum*, ait, „ δώσειν, *non videri mutandum in* δώσει, *ut Canterus existimabat in notis suis*: *sed ellipticam potius esse orationem*, „ & *subintelligi* ἐπαγγέλλεται, ἐπηγγείλατο, *vel aliam vocem*; *ut Scholiastes innuere videtur, quando sic habet*: Ὅδ' ἐστὶν) τὸ ἑξῆς, ὅδ' ἐστὶν „ ὃς ἐπαγγέλλεται, πολέμῳ δουλείαν περιβάλλων (*scribe* περιβαλὼν) αἰχμαλώτιδας γυναῖκας δώσειν Μυκήναισι."

Dd *Bar-*

Barnesius ἠπείλησε subaudiendum censebat; *Kingius* e Mſ. vulgavit in paraphraſi: οὗτός ἐστιν ὃς, ἀπειλεῖ δηλονότι, δώσειν. *Aeſchylus* Theb. v. 432, de Capaneo: Πύργοις δ' ἀπειλεῖ δείν' ἃ μὴ κραίνοι τύχη· in notis tamen *Kingius Canteri* δώσει non improbat; mihi cum *Battierio* δώσειν minime videtur ſollicitandum, quod Codd. etiam conſtanter præferunt: verborum *dicendi* frequens eſt ellipſis; inprimis illa convenit Antigonæ, propter magniloquum Capanei tumorem indignanti.

Vs. 196. Ποσειδανείοις Ἀμυμωνίοισιν] Alterum ad mentem *Battierii* ſcribi placuit, quia ſic ſcriptum præferebant Codd. Leid. pro Ἀμυμωνείοις vel Ἀμυμωνείοισιν, ut vulgabatur: pes enim ultimus coli dicitur a Metrico amphibrachys: mos autem eſt Atticis Tragicis, in talibus quoque, ne diphthongi corripiantur, vocalem elidere, ſcribentibus, verſu poſtulante, Βάκχιος, ἵππιος, δούλιος, Ἀγαμεμνόνιος. ultimum recte ſcriptum in Iphig. Taur. v. 1115. reſtituendum in Rheſi v. 258. & Troadum v. 139. — Pedem ſecundum, quem choriambum vocat Scholiaſta, rectius, me iudice, dixiſſet epitritum ſecundum: primum, antiſpaſtum, ſi ſcilicet Ποσειδανίοις vel Ποσειδανίοις legeretur, ut accurata ſcriptio requireret: *Etymologus* p. 226, 53.

Διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται — καὶ τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ων περισπωμένων — πλὴν τοῦ Ποσειδῶν, Ποσειδώνιος. — Ποσειδανείοις ex Editionibus revocavi, quæ *Barneſianam* proxime præceſſerant, etiam illa *Grotii*, pro Ποσειδωνίοις, quia Doricæ formæ locus inter plures non videbatur denegandus; dubitanter tamen; quia Ποσειδωνείοις primum dederat *Aldus*, & neſciebam ſane, qua tandem alterum illud auctoritate niteretur, a me non repertum in Codd. Leid. commodum tamen memineram, *Euripiden* in Iph. Aul v. 198 ſcripſiſſe: Παλαμήδεα θ', ὃν τέκε παῖς ὁ Ποσειδᾶνος, Nauplius ſcilicet, ex Amymones compreſſu Neptuno natus. Huius ſi viri docti meminiſſent Dorienſium moris in *Thucydidis* v. c. LXXIX, diſtracta, κοινᾶν ἐόντων, tantum coniunxiſſent ſcribendo: κοινανεόντων τᾶν σπονδᾶν· — *participes ſunto fœderis.* —— Ποσειδάνιον dixit *Pindarus* Ol. x, 32. apud quem frequentatur Dorica nominis forma Ποσειδάν, ᾶνος, ex Ποσειδάων contracta, ſeu Dorico more poſita pro Ποσειδῶν, ῶνος· *Euſtathius* in Il. Χ, p. 1379, 12. Παιάων, — Παιάν, ὡς Ἀλκμάων Ἀλκμάν, καὶ Ἀμυθάων Ἀμυθὰν παρὰ Πινδάρῳ. & in Il. Α, p. 104, 14. *Euſtathii*, qui ſua debet *Heraclidæ*, non nominati ſcienter uſus eſt obſervatione *Salmaſius* in Plinianis p. 825. quem ſequuntur *Ger. Voſſius* Fil. & *Nic. Heinſius* in *Valer. Flacc.* I, v. 629. Dorienſium nonnullis Ποτειδὰν dicebatur, vel Ποτιδάν. Iunguntur apud *Etymologum* p. 136, 38. Παιάν, Ποτιδαίαν. ubi Ποτιδάν, ſed forte quis ſuſpicetur ſcribendum, Παιάν, Ποτιδάν, Αἰγάν; *Aegan. Euſtathius* in Il. Θ, p. 593, 6. ὁ Ποσειδῶν, Ποτιδὰν παρὰ Δωριεῦσι λέγεται κατὰ τὸ Ἀλκμάν. Sicilienſe Neptuni nomen Ποτειδὰν reſtituendum videtur in *Epicharmeis* apud *Athenæum* VII, p. 320. c. αὐτὸς ὁ ποτιδανχαίων γαυλοῖς ἐν Φοινικικοῖς εἰ καὶ κάλλιστος † ἄδητα τηγανος ἀγεμῶν (ἁλιεύομεν legitur p. 319. F) σπάρους καὶ σκάρους. Quid vetat, audaciores periclitando coniecturas, ulcera pertentaſſe, quæ ſine Mſſ. ſubſidio *Caſaubono* videbantur inſanabilia? tres trochaici ſubnaſcentur ſcribenti: Αὐτὸς, ὦν Ποτειδὰν ἄγε, γαῦλος ἧς Φοινικικός· Ἧκε κάλλιστον, τηγανοῦν τηγανιζέμεν σπάρους, Καὶ σκάρους τῶν οὐδὲ τὸ σκῶρ θεμιτὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς. Aequi iudices hac meliora ſaltem fatebuntur *Sam. Petiti*

Petiti commentis, Miscell. VI, c. VI. Dubio certe vacat ἧκε, de cibis in mensam illatis, cum affinibus, frequentatum a Comicis apud *Athenaeum*: *Alexis* III, p. 95. A, Χοροκρίου τέμος ἧκε καὶ περίκομμά τι. *Epicharmi* locus, ex eodem dramate petitus, ibid. p. 91. c. sic leviter est reficiendus: Καρκῖνος θ' ἵκοντ', ἐχῖνος δ', οἳ καθ' ἁλμυρὰν ἅλα Νεῖν μὲν οὐκ ἴσαντι, πεζᾷ δ' ἐμπορεύονται μόνοι. ubi in ἵκοντ', pro ἵκοντο posito, σχῆμα potest Ἀλκμανικὸν observari: in *Diphili* versu, VI, p. 231, A. Ὀπτᾶν ἐπῆγε — legendum: Ὀπτᾶν ἐπῆει σωρὸς ἀπὸ τοῦ τηγάνου. —— *Crobylus* εἰσῆλθε posuit, IX, p. 384. D. & *Ephippus*, XIV, p. 642. E. ἦλθε Θηρίκλειον ἐγχυσιν, *Antiphanes*, XI, p. 471. C *Eubulo* restituerunt ἐπεισεπλει, VII. p [illegible] C *Gul. Canterus* Nov. Lect. IV, c. V. & *Adr. Heringa* Obs. c. XXXI, p. 287. Reliqua possent etiam adfirmari, nisi modum iam excessissem.

Vs. 198. Χρυσεοβόστρυχε] Ante *Kingium* vulgabatur χρυσεοβόστρυχον· substituit is alterum e Codd. nam dant illud duo Leid. & Flor. hi sequenti quoque co'o præferunt Ἄρτεμις· & infra v. 891, Σύ τ' ὦ τάλαινα [illegible] πόλει· quod vulgatæ πόλι, propter vocalem sequentis versus initialem, antetuli: hic Ἄρτεμις legatur, an Ἄρτεμι, tametsi perpaucum interfit, quod Mss. tamen præferunt, non sperno: Ὦ Διὸς ἔρνος Ἄρτεμι· posterius est minus Atticus, Tragicis familiaris. Si quid autem in huius strophes colis ad Metrici ductum [illegible] laude [illegible] *Kingius*, habet illud cum *Battierio* commune.

Vs. 204. Ὄχλος γὰρ, ὡς ταραγμὸς εἰσῆλθεν πόλιν, Χωρεῖ γυναικῶν] Adsumus [illegible] mendam hic sentiet antiquiorem Codicibus, qui talibus in locis hiantes ferme desit [illegible] Grammaticos [illegible] impediti quid persensisse manifestum est e Scholiaste, [illegible] atque [illegible] quandam memorante [illegible] interpretationem. Hi sic scribebant Euripidea: Ὄχλος γὰρ ὡς ταραγμὸς εἰσῆλθεν πόλιν· Χωρεῖ — prout Venetus primum vulgavit *Aldus*. isthæc autem in hunc sensum capiebant: ὅτι γὰρ ὄχλος καὶ ταραγμὸς εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, χωρεῖ πρὸς δόμους τυραννικοὺς, καὶ μένε ὅπου αἱ γυναῖκες. huc eos inprimis impulit vocabulum Ὄχλος, secundum decreta Grammaticorum, Attice significans τὴν ὄχλησιν, non autem ἐπὶ πλήθους ponendum: *Gloss.* Coislin. p. 483 Ὄχλος, ἐπὶ τῆς ὀχλήσεως Φασὶ θετέον εἶναι, οὐκ ἐπὶ πλήθους. *Molestiam* alteri *creare*, Attice dicitur Ὄχλον παρέχειν. sed quis quæso dixerit: ὄχλος, (id est ὄχλησις) καὶ ταραγμὸς εἰσῆλθε πόλιν; quis *gynæceum in regia*, γυναικῶν δόμους τυραννικοὺς? dubium nullum est, quin iungendi sint: Ὄχλος γὰρ γυναικῶν χωρεῖ πρὸς δόμους τυραννικοὺς, *turba namque mulierum — propero regiam gressu petit*, (*Seneca* Oed. v. 202.) *Aeschylus* Choëph v. 8. τίς ποθ' ἥδ' ὁμήγυρις Στείχει γυναικῶν. *Aristophanes* in Ranis v. 221 Χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος. apud eumdem legitur πρεσβυτῶν ὄχλος, in Vespis v. 538. πλεῖστος ἀνθρώπων ὄχλος in Ecclesiaz. v 383. στόλος γυναικῶν in Lysistr. v. 93. θῆλυς ἐνῆ στόλος dixit *Aeschylus* Suppl. v. 29. θηλυγενὴς ὄχλος est in Bacchis *Euripidæ* v. 117. Credat quis *Euripidem* alicubi dixisse ἑσμὸν γυναικῶν, deceptus *Etymologi* nota, quæ fraudi fuit *Hesychio*, in v. Θίασος. In *Etymologico* p. 453, 57. legitur veluti *Euripideum* θίασμος, ἑσμὸς γυναικῶν. e Bacchis v. 56. corrigi debet: Θίασος ἐμὸς, γυναῖκες — Sed si sic iunctim posuerimus, quæ sunt in *Euripidæ* loco iungenda, quid intermedia significabunt, ὡς ταραγμὸς εἰσῆλθεν

ἦλθεν πόλιν; *postquam tumultus urbem ingressus est* vel *invasit*, ut interpretes reddiderunt? Scholiasta: παραγενομένων τῶν Ἀργείων καὶ πολεμούντων τοῖς Θηβαίοις, ὄχλος γυναικῶν εἰς τὰ βασίλεια παραγέγονεν. Quæ chorum conficiunt, Phœnissæ paulo Thebas ante venerant, quam urbs cingeretur obsidione, missæque iam Delphos ab Eteocle fuissent, ni hostium intervenisset adventus: vide v. 289, & seqq. opera Iocastes pactæ fuerant induciæ, quibus fretus veniret in urbem Polynices: hic nondum venerat, quando Phœnissæ mulieres regiam petunt Reginæ matris conveniendæ gratia: hoc itaque temporis articulo nullus erat tumultui bellico locus. Hæc prima ratio est, propter quam isthæc ab *Euripide* non putem profecta: accedit ad illam altera, quam subministrat ipsa verborum structura. Græce dicitur: εἰς ταραγμὸν ἥκειν· ταραγμὸς dicitur ἐς φρένας πίπτειν· quin & urbem κινεῖν· sed valde dubito, num ταραγμὸς dici possit εἰσελθεῖν πόλιν. hoc tamen nonnullis levius videretur, ni ad alterum accederet. Audacior si Doctis hominibus non displicebit coniectura, interim, dum felicior meliora proferat coniector, dicam mihi veterem restituendam videri lectionem corrigendo: Ὄχλος γὰρ, ὥσπερ ἔναγχος εἰσῆλθεν πόλιν, Χωρεῖ γυναικῶν πρὸς δόμους τυραννικούς. *nam regiam petit turba mulierum, quæ quidem nuper in urbem venit*: nil forte poterat convenientius poni: *Scholiastes*, λέγει, ait, τὰς τοῦ χοροῦ γυναῖκας, αἵτινες νεωστὶ ἦσαν ἀπὸ Φοινίκης ἐλθοῦσαι. hæc veteris videntur Grammatici, qui lectionem a me revocatam similemve habuerit ob oculos: Ἔναγχος redditur ab *Hesychio* πρώην, προσφάτως, πρὸ μικροῦ, ἀρτίως, νῦν, (sic leg.) ἐγγύς, πρὸ βραχέος. Vocem ἔναγχος frequentarunt *Plato*, *Xenophon*, *Aristoteles*, veterum inprimis imitatores Atticistæ quivis, quorum loca doctis frustra designarentur: sed Poëtæ tamen Attici νεωστὶ ponere maluerunt, vel ἀρτίως, vel προσφάτως: quin apud Tragicos, quod fatendum est, ἔναγχος nusquam invenietur, præterquam in aliena sede, versu 501 *Euripidis* Rhesi: sic versus iste vulgabatur ante *Barnesium*: Ὅς εἰς Ἀθηνᾶς σηκὸν ἔναγχος μολὼν, — [*Qui nuper in templum Palladis profectus*] Ut metro consuleret, εἴναγχος posuit *Barnesius*, suæque lectionis suffragatorem citat (ἀλλ' οὐκ ἐγώ τις ταχυπειθής·) *Scaligerum*. Pristinam servarunt senarii lectionem MSS. Codd. Flor. &, quod monitus didici, Regius Paris. Ὅς, εἰς Ἀθάνας σηκὸν ἔννυχος μολὼν, Κλέψας ἄγαλμα ναῦς ἐπ' Ἀργείων φέρει, quæ cum de Ulysse dicantur, defensoris non indiga, suo se colore commendant. Hac ratione forte quis motus nostro loco maluerit: — ὥσπερ ἀρτίως ἦλθεν πόλιν. mihi, quia propius accedit vestigia vulgatæ lectionis alterum, ὥσπερ ἔναγχος, anteponendum videtur: neque Attici Poëtæ vocem ἔναγχος ut scopulum evitarunt; fortasse ne Tragici quidem; veterum enim Tragœdiarum de centenis quantilla tantum pars ad nostram usque memoriam eduravit! *Eupolis* in Marica:

A. Πόσου χρόνου γὰρ συγγεγένησαι Νικίᾳ;
B. Οὐδ' εἶδον εἰ μὴ 'ναγχος ἑστῶτ' ἐν ἀγορᾷ.

apud *Plutarch.* in Nicia p. 525. E. *Aristophanes* ἔναγχος adhibuit Nubibus v. 639. & Ecclesiaz. v. 818. *Longinum* π. ὕ. Sect. XLIII, § 1. προὔναγχος scripsisse suspicor, non προσέναγχος. *Menandro* tribuitur in *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* III, v. 291. Ἔγημεν ἔναγχος· quod nihil aliud significare poterat, quam, *nuper uxorem duxit*; sed e Grammatici nota perspicuum erit attendenti, *Menandrum*,

drum, atque adeo etiam scripsisse Scholiasten: Ἔγημεν ἄγχι. syllaba quum male fuerat repetita, notam vocem ignotæ supposuerunt.

Vs. 206. Φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ.] Versum dederat *Aldus* auctiorem una voce: φ. γ. χ. θ. γένος ἔφυ. quam, ut erat superflua versumque vitiabat, sustulerunt *Muretus* Var. Lect. VI, c. IX. & *G. Canter.* N. L. IV, c. I. Erant olim in Phœnissis, sæpius descriptis, huius generis interpolationes plurimæ. Hic quoque *Canterum* postea sequuti sunt *Euripidis* Editores, omissa voce γένος· hanc non agnoscunt Codd. Leid. minime tamen alienam ab *Euripideo* loquendi more; cui sunt in usu δούλων γένος, δεσποτῶν γένος, θηλειῶν γένος. Ubi vocem γένος e nostro versu decernit auferendam *Canterus*, per illam versum corrumpi scribit & elegantiam dictionis χρῆμα θηλειῶν tolli; deinde profert ex Andromacha locum minus considerate; præterea tum forte non memor, in illa quoque legi v. 727, Ἀνειμένον τι χρῆμα πρεσβυτῶν γένος, ut & apud *Stobæum* Tit. CXV, p 592, 18. sed isthic loci, Ms. codex Flor. præfert: Ἀνειμένον τι χρῆμα πρεσβυτῶν ἔφυ. quod e v. 181. male petitum, ubi vulgatur, Ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλειῶν ἔφυ. Hoc mihi ne Græcum quidem videtur: sensit vitium *Stobæus*, at nimis ejus violenta, quam adhibet, medicina. Legitur in eius Floril. Tit. LXXI, p. 432, 14. Ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλείας φρενός. *Grotius* p. 380 dum reddit, *Natum invidere est omne fœmineum genus*, videri queat legisse: Ἐπίφθονόν τι χρῆμα θηλειῶν γένος. quomodo sane legendum existimarem, ni lenior esset ad manum medela: scripserat, opinor, *Euripides*:

Ἐπίφθονον τὸ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ.

in altero loco, prout vulgatur,

Ἀνειμένον τι χρῆμα πρεσβυτῶν γένος.

hic vide, quantilla res (τὶ & τὸ) formis loquendi prima specie simillimis quantam tamen indat differentiam; sed hanc vereor ut omnes persensuri sint: nemo mihi *Io. Iens.* obiiciet, *Tan. Fabri* πάνσοφόν τι χρῆμα, non iniuria reiicientem, in *Luciani* Tim. §. 55. *Euripidae* τὸ χρῆμα θηλειῶν in altero loco sunt *mulieres*: in altero, πρεσβυτῶν γένος, *senes*, esse dicuntur Ἀνειμένον τι χρῆμα, *res quaedam remissa*. Graecismum expressit *Ovidius* Epist. e Ponto II, Ep. VII, 37. —— *res timida est omnis miser.* Vid. *Nic. Heinsius* in Heroid. VIII, v. 101. & *Io. Fred. Gronovius* Obs. IV. c. XV. p. 250. in his postremis utrum addatur χρῆμα, nec ne, nihil interest: *Theocritus* Eid. XV, 83 —— σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος· voce suppressa *Bion*: Μορφὰ θηλυτέρῃσι πέλει καλὸν, ἀνέρι δ' ἀλκά· apud *Stobaeum* p. 407, 5. plene *Euripides* Oreste v. 70. ἄπορον χρῆμα, δυστυχῶν δόμος· contra v. 232, Δυσάρεστον, οἱ νοσοῦντες. plene *Plato* in Ione p. 534. B. κοῦφον, ait, χρῆμα ποιητής ἐστι καὶ πτηνὸν καὶ ἱερόν. idem ille, voce χρῆμα suppressa, χαλεπὸν, inquit, τοῖς ἀνθρώποις ἡ μέθη ἐστί. Sed, ut illuc veniam, cuius causa priora protuli, diligenter est animadvertendum, ab his multum esse disparatam venustissimam illam loquendi formam & vere Graecam, qua *mulieres* dicuntur χρῆμα, sive τὸ χρῆμα θηλειῶν· hoc eo dico, quia discernenda, etiam *Euripidea*, confudere *Conr. Rittershusius* in *Oppiani* Hal. I, v. 105 citatus Celeberr. *Hemsterhusio* ad *Xenophonteum* μέγα δή τι χρῆμα κάλλους· Miscell. Obs. III p. 404. & *Ez. Spanhemius* in *Aristophanis* Nubes v. 2. & in *Callim.* h. in Dian. v. 100. Is, e quo primum alterius formulae repetitum est exemplum, *Theocritus* Eid. XVIII, v. 4. Δώδεκα ταὶ πρᾶται πόλιος, μέγα χρῆμα Λακαινᾶν. quod vel minus ceperunt interpretes, vel certe

te nescierunt quo modo Latine redderetur: *rem voluptatum* pro ipsis voluptatibus *Plautum* dixisse primus monuit *Muretus* Var. Lect. VI, c. IX. Q[illegible] *Lac*[illegible] [illegible] μέγα χρῆμα Ἀχαιϊκῶν, in altero loco ponere *Theocritus* non potuit σοφόν τι χρ[illegible] [illegible] verbis χρῆμα [illegible] [illegible]: sunt [illegible] *B*[illegible] *Martini* Var. Lect. III, XIX, me nimium detineret *Aristophaneum*, — τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον Ἀπέραντον. cl[illegible] *Muretus* [illegible]: — *quam immensa res est noctium!* Huius generis supersunt plurima. Sed illud potius hic adnotandum, rectius quam in Edd. *Euripidae* versum nostrum in *Stobaei* legi Flor. Tit. LXXI, p. 433, 15. Φιλόψογον δὲ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ. *Gesnerus* in margine posuit: Φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν γένος· hoc forte [illegible] ab aliorum iudicio, quod crediderit, neque illud absurde, non γένος, sed vocem ἔφυ hinc eliminandam. Praecesserat: Ὄχλος γὰρ — Commode sequetur: Φιλόψογον δὲ χρῆμα — neque offenderet v. seq. σμικρὰς δ' ἀφορμὰς — ubi male *Kingius* vulgavit Σμικράς τ' ἀφ saepenumero γὰρ locum occupat voculae δὲ, quam illius vice frequentari notissimum est

Vs. 207. *Σμικρὰς δ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν λόγων,*] — τῶν ψόγων habet *Stobaeus*, qui quatuor hos e Phoenissis senarios in capite posuit Floril. LXXI, cui titulus, ψόγος γυναικῶν· vulgatam [illegible] probarunt *Gesner.* & *Grotius:* mihi ψόγων non displicet, in veteri forte Codice repertum a *Stobaeo*, quem habuit ille nostris saepe meliorem. Alius quidem, non tamen *Euripides*, post φιλόψογον evitasset in eadem periodo vocis ψόγων repetitionem. Lectione recepta mulierum tantum notaretur garrulitas; acerbiora sunt in istum sexum acerrimi mulierum osoris dicta: Σμικρὰς δ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν λόγων, viri quoque eiserti [illegible] ἐπεισφέρουσιν. est in eam rem in *Euripidae* Bacchis sententia v. 266 Ὅταν λάβῃ τις τῶν λόγων ἀνὴρ σοφὸς Καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν. *Barnesius* inter [illegible] retulit p. 514, v. 401. *Grotium* sequutus in Excerpt. p. 433. iam notatum *Gatakero* A. M. P. C. X. p. 518 B. quinimo *hominibus* τὰ χρηστὰ πράγματα Χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ' ἀεὶ λόγων· ut dicitur in Hecuba v. 1241. si poneretur τὰ χρηστα, id est ἄχρηστα πράγματα, *improba* [illegible] *facinora*, quae bene copioseque [illegible] occasi[illegible] Agamemnoni [illegible] in publicum Hero *Musaei* v. 36, Μῶμον ἀλευομένη ζηλήμονα θηλυτεράων. vid. *Eurip* Androm. v. 877 ψόγον evitare voluit Antigonen Educator; nam, *mulieres*, ait, *si vel exiguam* [illegible] *ad vituperandum occasionem*, [illegible] ἐπεισφέρουσι. Quam facile vero ψόγων potuerit in λόγων transmutari, versus 697 Alcestidis esse poterit documento: vulgatur, εἶτ' ἐμὴν ἀψυχίαν Ψέγεις· in Flor. Cod. scribitur Λέγεις.

Vs. 208. Ἡδονὴ δέ τις Γ.] Forte quis, quia bis iam praecessit δὲ, maluerit: ἡδονή γέ τοι Γυναιξὶ, — est saneque [illegible] in gnomis, in fine [illegible]: me tamen δὲ sic repetitum in *Euripide* non offendit, atque adeo minime videtur δέ τις sollicitandum: praeterea sic invenit in suo Codice Grammaticus, in *Etymol. M* v. Ἡδονὴ, proferens haec & sequentia *Euripidae* non nominati verba: hoc denique dictum *Euripidae* servavit *Plutarchus* Sympos. II. Probl. I, p. 630. E. ἡδύ τι τὸν σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

No-

Nostro loco mulieres *μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν* in Melanippe dicebantur *οὐδὲν ὑγιὲς ἀνδράσι φρονεῖν*.

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ] Ante *Kingium* in Edd. haec dicebantur Ἐπῳδικὰ, in strophen autem, antistrophen & epodon sic distinguebantur, ut de 36 colis singulis darentur duodecim. *Battierius* in schedis adsentitur *Kingio* „*versus*, ait, *in ἀντιστροφῇ debent respondere versibus in στροφῇ, quod hic minime fit: dein Scholiastes hos omnes versus μονοστροφικὰ esse dicit & aliter versus disponit.*"

Vs. 210. Τύριον οἶδμα λιποῦσ᾽ ἔβαν Ἀ. Λ. Φοινίσσας ἀπὸ νάσου] Haec & quae sequuntur dici vix potest, quanto opere habuerint veteres Grammaticos & recentiores exercitatos, absurdissima quaevis commentos, ut iter illud notis Phoenissarum expedirent, quod sibi deprehendisse videbantur impeditissimum: nam quomodo Tyro Thebas profectae, per Ionium mare vectae Siciliam praeternavigassent: idque Zephyro, qui ventus erat e Phoenice Siciliam petentibus adversus, leniter spirante, sic ut navis remis esset agenda? Haec scilicet imputari solent *Euripidi*, quae Tragico nunquam in mentem venerant. Euripidea verbose sibi sumsit amplissimo loco tractanda *Samuel Petitus*, Comment. in Leges Att. p. 50, 51, 52. multa praefatus, Φοινίσσας νάσου nomine non *Tyrum*, sed insulam quamdam, (*Melitam*, vel *Gaulum*,) censet intelligendam, sitam inter Africam & Siciliam, Φοίνισσαν dictam, quia Phoenicibus habitaretur colonis. Hactenus non absurde: sed quae praeterea tradit *Petitus*, illius produnt ingenium, qui, si quis alius e Literatorum numero, doctrina saepe sua mirum fuit in modum abusus: *videntur*, inquit, *boni isti coloni Tyrios, quorum erant coloni, [illegible] litteribus, & [illegible]; itaque Tyrii [illegible] illis ad[illegible], primitiasque praedae Apollini Delphico consecrarunt.* quo tandem haec tibicine nitantur si quaeras, dabit *Petitus Euripidae* senarios e Phoenissis v. 287, 288, 289. neque hos tamen solos; nam eorum quae dixerat partem in huius monostrophes colo primo detexit: *Quod diximus, Insulanos illos misisse [illegible] Phoenices in portus suos, claret e primo Chori versu, quem, leviter corruptum, sed maximo tamen cum sententiae detrimento, ita emendandum putamus:*

Τύριον οἶδμα λιποῦσ᾽, ἔβαν.

Hoc demum est sapere! sed absonum illud & Graecis inauditum ἔβαν satis jam exagitavit, in his Euripideis pertractandis *Petito* quoque magis verbosus, *Thomas Stanlejus*, in argumentum Persarum *Aeschyli*, neque ipse tamen verum adsequutus: Ἀπλεῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Hariolationes *Stanleji* poterunt ad v. 216. explicari. Hic, ne, propter ultima, priora quoque *Petiti* videar nonnullis inconsiderate rejecisse, quis possit istiusmodi sententiae color & unde conciliari, dicam tamen. Si Siciliam fuissent Phoenissae praetervectae, quod plerique, ne *Grotio* quidem excepto, crediderunt, non absurde statueretur, vel ex insula quadam Africam inter & Siciliam sita; quod *Petito* placebat, vel ex ipsa potius profectas Africes ora maritima, quam dudum ante bellum Trojanum non tantum, sed & Thebanum, Phoenices insedisse traduntur, sive [illegible] sedibus avitis expulsi, seu [illegible] illuc a Cadmo deducti: vid. praeter alios, *Sam. Petitus* Miscell. II, c. II. & *Sam. Bochartus* Geogr. S. P. II. L. I. c. XXIV. *Straboni*, XVII, p. 1190. D.

ins-

memoratur insula parva *Cosyra*, Melitae vicina, sita *κατὰ μέσον τὸ στόμα τοῦ Καρχηδονίου κόλπου*, ex adverso promontorii Siculi Lilybaei; hanc miror *Petito* non in mentem venisse: potuerat enim & haec eodem iure *Φοίνισσα νᾶσος* adpellari, hinc autem profectae dici *Τύριον οἶδμα λιποῦσαι*, si sinus Carthaginiensis *Tyrium mare* diceretur, sicuti terra continens *Tyrio tellus obsessa colono*, *Tibullo* IV, 1, 139. Denique Siciliae oppositam Africam *Φοινίκην* ipse vocasse videtur *Euripides* in Troasin, v. 220 memorans *τὰν Αἰτναίαν Ἡφαίστου Φοινίκας ἀντήρη χώραν*. His in rem suam uti debuerat *Petitus*. Verumtamen omnia, partim forte verisimilia, hic frustra tamen dicerentur, quia Siciliam nuspiam dicuntur praeternavigasse Phoenissae, quod suo loco monstrabitur. —— Missis itaque verborum inaniis *Tyrum* intelligamus: haec *Euripidi* dicitur *Φοίνισσα νᾶσος*, quam in rem eruditissima protulit Vir Summus *T. Hemsterhusius* in *Lucian.* I, p. 87. *Mare Phoenicium*, *Τύριον οἶδμα*. *Dionys.* Periegesi v. 52, *τὸ Περσικὸν οἶδμα* dixit, & v. 37. *Ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης*, *Euripides*, *Αἰγαῖον οἶδμα*, Iphig. Aul. v. 1601. —— Phoenissa spectatoribus, unde venerint, narratura, *Τύριον*, inquit, *οἶδμα λιποῦσ' ἔβαν — Φοινίσσας ἀπὸ νάσου.* atque ita loqui saepe solere personas *Euripideas* dum recte docet *Th. Stanlejus*, *Petitum* non meminerat initio Troadum, *Ἥκω, λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος Πόντου, Ποσειδῶν·* ne dubitasse quidem Obs. I. c. III, quin corrigendum esset: *Ἥκω λιπών·* quod versum pessumdat, ipsum etiam *οἶδμα* superans absurditate: nimis isthaec apud *Euripidem* frequentia ridebant Comici; hoc quidem *Menander* in Nauclero apud *Athen.* XI, p. 474. B. *Ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος Θεόφιλος ἡμῖν·* sicut initium Hecubae tum alibi, tum apud eumdem III, p. 112. E. *Aristophanes* in *Γηρυτάδῃ*. fragmentum forte reparari poterit, si scribatur: *Ἥκω Θεαρίων ὁ ἀρτοπώλιον λιπὼν, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἑδώλια.* Nostrae Monostrophes priora verba, *Τύριον οἶδμα λιποῦσα*, dum profert Auctor argumenti Persarum *Aeschyli*, memorat *Phrynichi* Tragici Phoenissas, velut in *Aeschyli* Persis expressas: usum iisdem suspicor *Euripidem*: e *Phrynichi* Phoenissis legitur in Scholiis ad Vespas *Aristoph.* v. 220. *Σιδώνιον ἄστυ λιποῦσα* eodem recidit *Euripideum* *Τύριον οἶδμα λιποῦσα·* principium *Euripidis* Phryxi renovati servavit *Aristoph.* Ranis v. 1256. *Σιδώνιον ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπὼν Ἀγήνορος παῖς [ἵκετ' ἐς Θήβης πέδον.]* quae prostant etiam alibi: vid. *Solanus* in *Lucian.* III, p. 226, 19. Postquam egerat de Tyro & Sidone *Strabo* XVI, p. 1097. C. *οἱ μὲν οὖν ποιηταὶ*, scribit, *τὴν Σιδόνα τεθρυλλήκασι μᾶλλον· Ὅμηρος δὲ οὐδὲ μέμνηται τῆς Τύρου.* —— Ceterum Tyro profectae Thebas Phoenissae venerunt, ut Delphos ab Eteocle mitterentur, *Ἀκροθίνια Λοξίᾳ·* *primitiae spoliorum* Apollini sic sacrandae, ut tanquam *ἱερόδουλοι* inservirent templo: clarius etiam infra, cuiates Thebas venissent, interrogatae praeter alia respondent v. 288, *Agenoridae δορὸς Φοίβῳ μ' ἔπεμψαν ἐνθάδ' ἀκροθίνιον.* conf. v. 222. & seqq. *Πόλεως ἐκπροκριθεῖσ' ἐμᾶς Καλλιστεύματα Λοξίᾳ.* Sicut has Agenoridae, postea temporis Epigoni fatidicam Tiresiae filiam, Thebis expugnatis, *ἀνέθεσαν εἰς Δελφοὺς — ἀκροθίνιον τῷ θεῷ*, *Diodor. Sic.* IV, c. LVI. ubi notat Celeb. *Wesselingius* p. 310, 28 — Quae tandem urbs hac tempestate sit Phoenices expugnata, cuius velut eximia praeda puellae potuerint a Tragico considerari, dum silent veteres, frustra quaesitum est.

Vs. 213. *Φοίβου δοῦλα μελάθρων*] *Kingio* Codicibusque Mff. etiam Leidanis obfequutus, pro *Φοίβῳ* pofui *Φοίβου·* fequenti colo, pro *νιφοβόλοιο*, non dubitanter *νιφοβόλοις·* quod omnes habebant Britann. Codd. &, praeter Leidenfes, Florentinus: alterum tamen *Φοίβῳ* fedem potuerat tueri.

Vs. 215. *Κατενάσθην*] Quod amico *Kingii* venerat in mentem, mihi quoque non difplicet *κατενάσθη.* vulgata lectio Doctos tamen inveniet defenfores, Enarratorem veterem, & *Henr. Stephanum* fequuturos, qui, de aorifto agens pro futuro pofito Append. de D. A. p 145., noftrum quoque locum tractavit; in quo iuvenes nolim in errorem abducant Latina *Grotii: Ut Phoebo famulos dies agam.* *Ἵνα*, fignificans *ubi*, faepe viros Doctos decepit; quia rariffimum in Aefchyleis, latuit in Supplicibus *Aefchyli* v. 356. —— *ὡς δάμαλιν ἀμπέτραις / Ἠλιβάτοισιν· ἀλκᾷ / Πίσυνος μέμυκε φράζου / σα βοτῆρι μόχθους·* una vox *Ἠλιβάτοισιν* in duas tantum eft feparanda *Ἠλιβάτοις· ἵν' ἀλκᾷ πίσυνος μ.*, *ubi paftoris auxilio freta mugitu monftrat pericula:* idem illud in *Aefchyli* fragmento reftituit *Is. Voffius* ad *Melam* II, c. v. Qui quidem Tragicos legerit nec de correctionis veritate dubitabit, neque illud *ἵνα* fibi poftulabit exemplis adfirmari.

Vs. 216. *Ἰόνιον κατὰ πόντον* E. π.] Tantos fluctus hic excitavit *Ionium* mare, ut Phoeniffae viderentur *Siciliam* praetervectae, *Quam fluitans circum magnis amfractibus aequor Ionium glaucis adfpergit virus ab undis:* ut cecinit *Lucretius* I, 719. Solebant Euripidea fic converti: *Ionium per mare remo navigans, circumfluos fuper fteriles campos Siciliae, Zephyri flatibus fpirantis in coelo pulcberrimum ftridorem.* *Stanleji* coniecturam arripiens, *Barnefius* dederat: —— *maritimos iuxta fteriles campos Ciliciae:* Haec fi non refpondent Graecis, intelligi faltem poterant; quod & de *Grotianis* dictum puta, *Vondeliique* vernaculis: quae dederant priores, nullum fenfum admittebant; effecere tamen, ut homines Literatiffimi quidvis potius excogitarent, quam quod verum effet: his Critici quoque praeiverant Graeci, quorum non lubet excutere commenta: hinc derivatum quidquid habet *Stiblinus*. *Grotii* fententiam, in Prolegomenis mirificum curfum tempeftatibus tribuentis, *Petitus* merito reiecit in LL. Att. p. 51. *Petiti* fuperius ad Vs. 210. expofitam opinionem fibi fumfit *Stanlejus* in argum. Perfarum *Aefchyli* refutandam; qui tandem de alia ftatuit hic regione quam *Sicilia* cogitandum, legendumque *Κιλικίας*. *Iam Zephyrus*, inquit, *qui, cum Tyro folverent in caufa fuit ne Siciliam attingerent, ipfa ratio eft cur prope Ciliciam, quae Phoeniciae ab ortu eft, navigarent.* Cumque fteriles campos *praeternavigaffe fe ait*, *partem maritimam Ciliciae afperae procul dubio intelligit.* Reliqua, quibus ingenii filiolam exornare nititur, legi quam transfcribere malo. Vocabulum Euripideum *περιῤῥύτων* obeffe conjecturae fuae perfenfit Britannus; fed, ut erat eruditiffimus, multa depromit, quibus oftendere nititur, nunquam tamen efficiet, *terram, cuius unum latus aqua circumeat, licet ex altera parte neutiquam ambiatur, dici poffe περίῤῥυτον.* *Homero*, Creta; Cyprus, *Hefiodo*; *Sophocli* Lemnus dicitur *περίῤῥυτος* & Scyrus; nunquam hoc ornatur epitheto, nifi *Νῆσος*, *τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.* Sed fi vel conftaret, Ciliciae maritimos campos *πεδία* potuiffe dici *περίῤῥυτα*, quid haec, obfecro, pertinent ad *Euripiden*? Vbinam tandem vel *fteriles Ciliciae* vel *fertiles Siciliae*

campos se praeternavigasse narrat Phoenissa? an itaque πλεύσασα —— ὑπὲρ πεδίων, siquidem, ut crediderunt viri docti, haec iungenda sunt; an, inquam, πλεῦσαι ὑπὲρ πεδίων Graecum est? aut, si Graecum esset, significaret *campos* (*Ciliciae* vel *Siciliae*) *praeternavigare*, πεδία παραπλεῦσαι? Mirari subit *Euripidea* pensiculate tractantium incredibilem incogitantiam. Neminem eorum latuit, *Horatianum* illud ex his *Euripideis* expressum esse L. IV, Carm. IV, v. 44. *Eurus Per Siculas equitavit undas*; atque in uno tamen *equitandi* verbo quaesiverunt imitationem, haec coniungentes, Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος ἐν οὐρανῷ· ne *Muretus* quidem ceteris hic fuit perspicacior, qui primus *Horatiana* comparavit cum *Euripideis* Var. L. I, c. X. —— In his haesi paulo diutius, velut in errorum & commentorum fonte. Sicut apud *Horatium Eurus Per Siculas equitavit undas*, sic apud *Euripiden Zephyrus per Siculas equitavit undas*: nam nihil arbitror interesse, Zephyrus utrum *per Siculas undas*, an per *circumfluos Siciliae campos*, atque adeo *campos atque undas Siculas* equitasse dicatur. Postquam haec scripseram, laetus animadverti Praeceptoris mei *P. Wesselingi*, Summi Viri, consensu robur accessisse interpretationi meae. Is in Edit. renovata *Petiti* de LL. Att. p. 122. *Petiti Palmerii*que coniecturis refutatis, tandem „ Falluntur, inquit, qui „ Zephyro flante Siciliam legisse opinantur. Id Poëta non dicit; iungi artissime debent Ζεφύρου ἱππεύσαντος ὑπὲρ πεδίων Σικελίας, *Zephyro equitante per campos Siculos*." — Nunc Euripidea paulo retractemus consideratius: —— ἔβαν Φοινίσσας ἀπὸ νάσου —— Ἰόνιον κατὰ πόντον Ἐλάτᾳ πλεύσασα. hic omnino poni debuerat distinctio: Tyro veni *per Ionium mare navi vecta, quae remis propelleretur*: causam mox subiicit, cur remis essent usi, (necesse enim, Ἂν ἀποτύχῃ τις οὐρίου, κώπαισι πλεῖν, ut aiebat *Menander* in Thrasyleonte) ventum scilicet, qui, e Phoenice profectis adversus, vela minus ferret in Boeotiam: περιῤῥύτων ὑπὲρ —— πεδίων Σικελίας Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος· *Zephyro circumfluos per —— Siciliae campos flatibus equitante*. Zephyri, Phoenissis quidem adversi, quia tamen flamine nullum est iucundius, subiecerat, ut arbitror, *Euripides*: ἐν οὐρανῷ κάλλιστον κελάδημα. *qui sonus est in aëre iucundissimus* Lector eruditus *Catulli* cogitet inprimis, de Zephyro canentis Carm. LXIII, versus artificiosissimos, 270. & sequentes. Atque ita tandem motus hic excitatos facile componi posse censeo. Phoenissa navis, dum Tyro Thebas profectis ventus esset adversus, littora legebat atque oras maritimas; per *Ionium mare*, non proprie sic dictum, sed quod Ioniam allueret. *Aeschylum* hac parte sequi Nostrum qui tradidit in Scholiis, *Aeschyli* spectabat in Prom. V. v. 839. ubi notat *Stanlejus*: conf. *Is. Davisius* in *Max. Tyr.* XXXIX. §. 5. & Cl. *D'Orvillius* Animadv. in *Charitonem* p. 676, 677. —— Sed „ si semper a Sicilia remotissima fuerit Phoenissa navis, cur, obsecro, Poëta, ventum tantum adversum designaturus, *Zephyrum equitasse* canit *per Siculos campos*, vel *Siculas undas*? quia flabat ab Occidente Zephyrus, atque adeo a mari Siculo, quod mare ventum hunc veluti proprium sortitum dicitur in *Dionysii* Periegesi, v. 400. *Graecia*, δισσῇ ζωσθεῖσα θαλάσσῃ, Αἰγαίῃ, Σικελῇ τ'· ἄνεμον δέ τοι ἄλλαχ' ἑκάστη, Ἑσπέριον Σικελή, τόν τε Ζέφυρον καλέουσιν., Αἰγαίη δ' Εὖρον. —— Nihil nunc superest, quod in his desiderat illuminari, praeter epitheton Ἀκαρπίστων (πεδίων Σικελίας·) *Grata domus Cereri*, *Sicilia* nun-

nunquam adpellari potuit ἀκάρπιστος, *Aeschylo* καλλίκαρπος dicta Prom. v. 369. *Pindaro* πολύμαλος & πίειρα Ol. 1, v. 19. Nem. 1. v. 21. Vera mihi *Kingii* videtur suspicio, corrigentis Εὐκαρπίστων· neque aliter legisse *Schol.* recentior metricus: Recentiorem dico, quia vulgatam Ἀκαρπίστων suis in libris veteres invenere Grammatici, Ἀκάρπιστα πεδία, per τὰ θαλάσσια, ὅ ἐστι τὰ ἄκαρπα, vel τὴν θάλασσαν interpretati. Hanc interpretationem sequutus *Eustathius* in Il. ο, p. 1001, 49. Πόντος, inquit, Ἀτρύγετος, ὁμοίως δὲ καὶ θάλασσα, ὅθεν οὐδὲν τρυγῶμεν, ἢ ἄκαρπος, —— διὸ καὶ Εὐριπίδης ἀκάρπιστά που λέγει πεδία, τὴν θάλασσαν. Sed, qui hunc in modum accepere vocem περιῤῥύτων, utrum pro περιῤῥεόντων positam crediderint, aut quomodocunque ceperint, latet: haec si non adesset, suspicaretur quis, *Horatium* ἀκάρπιστα πεδία Σικελίας *Siculas undas* interpretatum; per quas ut *Eurum equitasse*, sic audacia quoque felicissima *ventos aequore fervido Deproeliantes* dixit 1 Carm. IX, v. 10. *Aequora ponti* sunt πόντου πεδία. *Scholiasta* nobis *Jonis* senarium servavit: Ὅταν δὲ πόντου πεδίον Αἰγαῖον δράμω· (*vada salsa cita decurrere puppi.*) & e Nereidibus *Aeschyli* duo, ni fallor, chorici cantus anapaesticos, sic Augustani Codicis subsidio restituendos: Δελφινοφόρον πόντου πεδίον Διαμειψάμεναι. Ceterum unus *Homerus*, πόντον vocans ἀτρύγετον, Grammaticis persuasit, ut hic ἀκάρπιστα πεδία, τὴν θάλασσαν interpretarentur. Ἀκύμων quidem de *sterili* ponitur: ἀκύμων etiam πόντος dicitur: sed in utroque usu proprius respicitur verbo Κύω *turgendi tumendique* significatus: E Glossariis ineditis quaedam humanissime mecum communicavit Elegantissimus *David Ruhnkenius*, hanc etiam notam ex Apparatu Sophistico *Phrynichi* MS. Ἀκύμων θάλασσα. Εὐριπίδης ἐπὶ τοῦ μὴ γεννᾷν τέθεικεν, ἀκανεῖ ἀγόνου· ὡσαύτως καὶ Ἀριστοφάνης. λέγει δὲ καὶ Ἀκύμαντος. Εὐριπίδης, Ἀκύμαντος δὲ πορθμὸς ἐν Θρίκῃ γελᾷ. Scripsisse *Phrynichum* arbitror, Εὐριπίδης καὶ ἐπὶ τοῦ μὴ γεννᾷν τέθεικε. ex Androm. versum respicit 158, ubi Νηδὺς δ' ἀκύμων de mari quoque posuit *Euripides*; in Iphig. Taur. v. 1444, *Neptunus* —— ἀκύμονα Πόντου τίθησι νῶτα —— *fluctus sternit tumentes*; in Europa *Moschi* v. 117. Κῦμα κατιθύναι.

Vs. 221. Ἐν οὐρανῷ κάλλιστον κελάδημα] Ego quidem scribi malim: Ὅυν οὐρανῷ κ. κ. tum pes huius antispastici primus erit epitritus tertius; coli septimi pes primus choriambus est, non paeon quartus, ut in Scholiis vocatur. —— Octavum & nonum sic secabat *Battierius*: Ἐλάτα πλεύσασα περιῤῥύτων ὑ – / πὲρ ἀκαρπίστων πεδίων Σικελίας / *Kingium* sequi praestat, Scholion recte corrigentem, quod e MS. primus evulgavit. —— Tirones, ne forsan offendat Θὐν ex ὃ ἐν contractum, e Phoenissis versum inspiciant 592, ubi χρόνος Οὐν μέσῳ· sic solebant, ab Atticis praesertim, ista contrahi. Tantilla res non observata fragmentum *Euripidis* egregium e Bellerophonte corrupit, obscuravit certe: *Grotius* in *Stobaeo* suo vulgavit p. 45. —— ὁ τυγχάνων, Τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἢν τιθῇ, πράσσει καλῶς. In his ὁ τυγχάνων *Grotio* debetur, cui sic legi [illegible] apud *Plutarch.* de Tranquill. p. 467. A. & in *Homeri* vita; sed in Opusc Mythol. *Galei* renovata Ed. legitur ἀλλ' ὁ λαγχάνων Τὰ πράγματ' —— in Electra *Sophoclis* memineram v. 752, pro οἷα λαγχάνει κακὰ, in Scholiis diversam commemorari lectionem minime spernendam, οἷα τυγχάνει κακά. postea deprehendi versum *Euripidis* a *Marco* fuisse *Meibomio* sic depravatum:

tum: is enim in fine libri p. 752., λλ; ... ait *fubftitui, cum omnes editiones legerent* τυγχάνων. *quod barbarum eft eo ufu:* fatis pro imperio! *Barnefius* tres fenarios, prout apud *Plutarchum* leguntur, ultimum pofuit fragmentorum e Bellerophonte; horum loco quinque verfus ponere debuerat, quos ad Erechtheum *Euripidae* v. 45. more folito retulit, quia repererat apud *Stobaeum* duobus ex ifto dramate fragmentis fubiectos: iftthic loci ridicule dixiffem vulgaffe *Barnefium* —— ἀλλ' ἐπὶ τυγχάνον nisi *Grotii* peccatum effet in Florileg. p. 207. repererat in *Stobaeo Gesneri Grotius* p. 360, 21. ἀλλ' οὖν τυγχάνον· in altero loco p. 568, 42. dederat *Gesnerus* ἀλλ' οὖν τυγχάνων. ne litera quidem erat mutanda: fcripferat *Euripides* in Bellerophonte:

Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών.
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν· ἀλλ' οὑντυγχάνων,
Τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἢν τιθῇ, πράξει καλῶς.

Veram fcripturam non vidit *Gatakerus*, optime tamen & folus mentem Tragici cepit ad *M. Antonin.* VII, 38. —— *bene huic erit Qui rebus obtingentibus recte utitur:* οὑντυγχάνων eft ὁ ἐντυγχάνων τοῖς πράγμασιν. Hoc tamen genuinum effe fatebitur, fi quis forte noftro loco maluerit vulgatam retinere.

Vs. 221. Καδμείων δ' ἔμολον γᾶν,] Sic e Mff. vulgaffe *Kingium*, indicant Codd. Leid. & Flor. qui δ' quoque praeferunt: litera admiffa debuerant haec a praecedentibus, diftinctione pofita, feparari, ut a me factum: hoc pacto, Πόλεως ἐκπροκριθεῖσ' ἐμᾶς Καλλιστεύματα Λοξίᾳ, referendum erit ad priora ἔβαν 'Ακροθίνια Λοξίᾳ Φοινίσσας ἀπὸ νάσου. —— Nifi noftro colo Codices fibi conftarent, novam fic periodum ordiri maluiffem: Πόλεως δ' ἐκπροκριθεῖσ' ἐμᾶς, / Καλλιστεύματα Λοξίᾳ, / Καδμείων ἔμολον γᾶν, / Κλεινῶν 'Αγηνοριδᾶν / — perperam Editiones quaedam habebant 'Αγηνωριδᾶν· Mff Leid. 'Αγηνωριδῶν — Mox Vs. 227. Πεμφθεῖσ' ἐνθάδε π. erat in Codd. Leid. & Flor. —— Vs. 228. Ἶσα δ' ἀγάλμασι χρυσεοτεύκτοις, pro χρυσοτεύκτοις, dedit e Mff. *Kingius*; fine Codicibus *Battierius*; qui praeterea „ Ἶσα δ' (inquit) „*pro* Ἶσα *fcribendum*, „ *alias verfus non dici poffet* ἀκέφαλος „ *eique fimilis* v. 35. Idem mox γενόμαν pofuit, pro ἐγενόμαν· Libri quoque Leidenfes γενόμαν exhibent & *Kingius*.

Vs. 230. Ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ 'Επιμένει με]. Quod Codex praebet Flor. Περιμένει με vulgato non poftponerem: hic quidem *Grotiana* minus cepit *Vondelius*, qui Belgicis numeris Phoeniffas expreffit *Euripidae*. Quae fequuntur proxima, ftructuram efficiunt impeditam, κόμας ἐμὰς Δεῦσαι παρθένιον χλιδάν. Literula mutata faciliorem reftituet: Ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ / Περιμένει μ', ὃ κόμας ἐμᾶς / Δεύσει παρθένιον χλιδὰν / Φοιβείαισι λατρείαις. *fontis adhuc aqua me manet Caftalii, quae comae meae puellarem fic ornatum irrigabit*, ut apta *Phoebeo* fim *minifterio*, με tantum in μ', ὃ fuit mutatum: κόμας ἐμὰς, παρθένιον χλιδὰν *Scholiafta* reddiderat τὰς κόμας αἷ κάλλος καὶ τρυφή ἐστι τῶν παρθένων· quanto rectius accentu mutato iungemus κόμας ἐμᾶς παρθένιον χλιδάν. —— Legitur infra v. 1497. Κράδεμνα διακοῦσα κόμας ἀπ' ἐμᾶς· *Non flavo retinens fubtilem vertice mitram*, Ariadne *Catulli* LXIII, 63. capitis ornatus dicebatur κόμης χλιδή. Hermione memorat in *Euripidis* Androm. v. 147. Κόσμον μὲν ἀμφὶ κρατὶ χρυσέας χλιδῆς· capillos capite defectos καρατόμους χλιδὰς dixit *Sophocles* Elec. v. 52.

Αs-

Aeschylus, *Phylarcho* citatus, apud *Athen.* XII, p. 528. c. Χλιδῶν τε πλόκαμος ὥστε παρθένοις ἁβραῖς. *Euripides* Danaë apud *Stobaeum* Tit. LXII, p. 399, 1. Φιλεῖ κάτοπτρα, καὶ κόμης ξάνθισματα.

Vs. 236. Διονύσου Οἴνα θ'] In Scholiis ad *Aristoph.* Aves v. 589. legitur: Οἰνάνθη, ἡ πρώτη ἔκφυσις τῆς σταφυλῆς, καὶ Εὐριπίδης· Οἰνάνθ' ἃ καθαμέριον στάζει. καὶ, τὸν πολύκαρπον οἰνάνθας ἱεῖσα βότρυν. quae Vir Doctus hinc derivata vidit & corrigit in Miscell. Observ. Vol. III, p. 109. Conferri poterit Scholion in Ranas v. 1355. & *Ez. Spanhemius*. Hunc *Euripidae* locum designabat *Triclinius* in *Sophoclis* Antig. v. 1146. —— Haec & vicina *Vondelius* egregie convertit:

O dubble berghtop, klaer beschenen
Van 't licht der Zonne! ô vruchtbre kruin,
Begroeit met wyngaert rondom beenen
En ranken, eedle druiventuin!
Gy schaft hier nektar alle dagen,
Die 't hart verheugbt, ô drakenest!
O toppen, daer de goön uitzagen,
Diana's berg en jaghtgewest.
Och of ik stil in Febus kooren,
Daer Dirces bron niet ruischt nog stroomt,
Verquikt met zang en spel te hooren,
Myn tyt moghi slyten onbeschroomt.

Haec speciminis gratia nostratibus adposuisse non poenitet.

Vs. 242. Ἑλίσσων ἀθανάτας θεοῦ Χ. γ. α.] Sic aliquoties in Scholiis legebatur pro Εἱλίσσων, quod erat in contextu vulgatum: Ἑλίσσων praeferebat optimus Leidensium A, alter B. ἑλίσσων. *Battierius* in Schedis: „ Ἑλίσσων scri- „ bendum pro εἱλίσσων, ibi enim alias „ ἐπίτριτος α esse non posset" Grammatici dubitarunt, utrum ante vel post vocem Ἑλίσσων esset ponenda distinctio; ut scilicet invocaretur Apollo, περιέπων τὸν Παρνασσόν. Νιφόβολον τ' ὄρος ἱερὸν Ἑλίσσων· Unus eorum, neque illud inepte, omnia censuit iungenda, ut sensus esset: γενοίμην χορὸς τῆς θεοῦ, ἑλίσσων ἐν ταῖς χορείαις τὸ ὄρος. hic vero sensus ut efficiatur, scribendum: Νιφοβόλον γ' ὄρος ἱερὸν / Ἑλίσσων ἀθανάτας θεοῦ, / Χορὸς γενοίμαν ἄφοβος. Novi, quem hic offenderit ἀθανάτας θεοῦ adpellatio. *Deam* vocat *immortalem*, quacum ipsa mortalis puella choreas ageret: Homereum Achillem ἀθανάτη τέκε μήτηρ· vulgo quidem diceretur ἀθάνατος θεὰ, sed in chorico versu recte vocatur ἀθανάτα· in *Euripidis* Medea v. 826. legitur χώρας ἀπορθήτου· quod habet Ms. Flor. ἀπορθήτας sincerum arbitror. Voluit autem sine dubio Dianam hic designare Phoenissa, cui cum fratre templum erat in altero Parnassi colle sacrum. *Scholiastes* εἴθε χορεύσαιμί σοι (*Apollini*) καὶ τῇ Ἀρτέμιδι. Hymno in Dianam, inter *Homericos* XXV, Diana venando satiata venire dicitur in aedes fraternas v. 14. Δελφῶν ἐς πίονα δῆμον, Μουσῶν καὶ Χαρίτων καλὸν χορὸν ἀρτυνέουσα, &, postquam arcum & sagittas suspendit, Ἡγεῖται χαρίεντα περὶ χροῒ κόσμον ἔχουσα Ἐξάρχουσα χορούς. —— Talis chori pars desiderat esse Phoenissa: ὄρος ἱερὸν Ἑλίσσων ἀθανάτας θεοῦ Χορὸς γενοίμαν ἄφοβος. In *Euripidis* Hercule Fur. v. 690. Deliades dicuntur Εἱλίσσουσαι καλλίχορον.

Vs. 246. Νῦν δέ μοι πρὸ τειχέων] *Hephaestion* p. 18., agens de metro trochaico, ἔστιν, ait, ἐπίσημα ἐν αὐτῷ καταληκτικά· δίμετρον μὲν καταληκτικὸν τὸ καλούμενον Εὐριπίδειον ἢ ληκύθιον· οἷον τὸ, Νῦν δέ μοι πρὸ τειχέων / Θούριος μολὼν Ἄρης. Plus semel haec etiam in Scholiis ad *Hephaest.* citantur. In Cod. Leid. B interpretatio γὰρ male locum occupat in hoc ver-

 su

ſu *τοῦ δὲ* —— Recte Schol. *ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ γὰρ* —— Hic ſcilicet rationem reddit, cur paulo ante deſiderabat *χορὸς γενέσθαι ἄφοβος·* —— *νῦν γὰρ ἡμᾶς ὁ παρὼν πόλεμος ἐκφοβεῖ.*

Vs. 248. *Αἷμα δάϊον φλέγει*] *Mars* egregie dicitur *nil niſi ſanguinem ſpirare:* ſed *Euripideis* iſta *Grotii* minime reſpondent: quod olim dederant, *Mars ſanguinem hoſtilem incendit Huic* —— *urbi*, corrigens *Kingius* vertit, *Mars bellum hoſtile incendit.* Δάϊος eſt *πολέμιος· δήϊα τεύχεα* & *πολεμήϊα τεύχεα* permutantur ab *Apollonio Rhod.* I, v. 625. IV, 206. & IV, v. 1180. Sed *bellum hoſtile* nuſpiam, opinor, *αἷμα δάϊον* vocatur — *Αἷμα caedem* quidem deſignat; vid. *D'Orvillius* in *Chariton.* p. 374, 375. quin imo *Δάϊοι φόνοι* memorantur in *Euripidis* Herc. Fur. v. 914. ut dubium nullum ſit, quin *αἷμα δάϊον* ſignificare potuerit *caedem bellicam* vel *hoſtilem.* Verum illud quaero, conveniatne huic loco talis ſignificatus, & an Mars dici poſſit hoc ſenſu *Αἷμα δάϊον φλέγειν* —— *πόλει.* Vetus eſt in hunc verſum Scholion: *πόλεμον* —— (*ἀκμαῖον* reſpicit initium Strophes *Νῦν*) *διεγείρει τῇδε τῇ πόλει.* optime primum *φλέγει* interpretatur Grammaticus *διεγείρει*, vel *ἀνεγείρει*, *excitat.* vid. Cl. *Ahreſch.* Anim. ad *Aeſch.* p. 108. cui noſter forte locus obverſabatur: nam infra v. 258, *φλέγει* neutra virtute poſitum tantumdem valet atque *ἀστράπτει·* conf. *Io. Daviſius* ad *Ciceron.* Tuſc. Diſp. III, 31. p, 228 Dein de *bellum* mea ſententia dici non potuit *Αἷμα δάϊον*, verum elegantiſſime *Χεῖμα δάϊον.* atque ita ſuſpicor *Euripidem* dediſſe: *Ἄρης Χεῖμα δάϊον φλέγει Τᾷδ', ὃ μὴ τύχοι, πόλει. Mars bellicam, quod abominor, adverſus hanc urbem excitat tempeſtatem;* Scholiaſten autem, *Χεῖμα δάϊον φλέγει*, docte reddidiſſe, *πόλεμον ἀνεγείρει.* Quod hic *Χεῖμα δάϊον*, infra dixit *κλύδωνα δορὸς Δαναϊδῶν* v. 866, & in Supplic. v. 474. Magnifice *Sophocles* Antig. v. 681. *Δορὸς τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον Μένειν·* hinc expreſſum illud *Platonis* in Apol. Socrat. p. 28. D. *οὗ ἄν τις* — *ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ μένοντα κινδυνεύειν. Aeſchylus* in eadem re Theb. v. 116. *Κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν* —— *Καχλάζει, πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον.* conf. *Bern. Martini* Var. Lect. III, c. III. *Quintus Smyrnaeus* II, v. 216. *Σὺν δ' ἔπεσον καναχηδὸν ὁμῶς, ἅτε κύματα πόντου, Πάντοθεν ἐγρομένων ἀνέμων, ὑπὸ χείματος ὥρῃ. Alcmanis* ſervavit nobis iambicum dimetrum *Priſcianus* p. 547, F. *Καὶ χεῖμα πῦρ τε δάϝιον.* Iſtam autem vocis formam *χεῖμα* Tragicus uſurpat & alibi, & in deperditi dramatis apud *Strabonem* fragmento VIII, p. 563. quo *καλλίκαρπον* dixit Meſſeniacam regionem: *Καταῤῥυτόν τε μυρίοισι νάμασι, Καὶ βουσὶ καὶ ποίμναισιν εὐβοτωτάτην, Οὔτ' ἐν πνοαῖσι χείματος δυσχείμερον, Οὔτ' αὖ τεθρίπποις ἡλίου θερμὴν ἄγαν.* Sic locum iſtum non dubitanter corrigo; verſu ſecundo vulgabatur, ne leviora memorem, *Καὶ βουσὶ καὶ ποιμέσιν.* *Caſauboni ποιμέσσιν*, ſi Graecum eſt, Attici certe non admittebat Tragici ſenarius.

Vs 251. *Κοινὰ δ', εἴ τι πείσεται*] Ante *Barneſium* vulgabatur *πείσεθ' Ἑπτάπυργος ἅδε γαῖα· Barneſius πείσεται* reſtituit; in ora libri *γᾶ* legendum esſe monens ob metrum. Utrumque recepit *Kingius:* prius viderat & *Battierius.* *Γᾶ* legitur in MSſ Leidenſibus: vid. Scholion in v. 632, vulgatum e MS. Baroc. —— Ceterum haec aliter, ac vulgo fit, cepiſſe nonnullos, indicat Scholion, quod ſuppeditat Auguſt. Cod. *Γράφεται, Φοίνισσα χώρα· κατ' εὐθεῖαν· ἵν' ᾖ*, (ſic ſcribendum) *ἀπὸ κοινοῦ τὸ πείσεται. εἴ τι πείσεται ἅδε γᾶ, πείσεται καὶ Φοίνισσα χώρα.* mihi vulgata ſcriptio melior videtur.

Vs.

Vs. 257. Ἀμφὶ δὲ πόλιν νέφος] *Battierius* in schedis: ,, *Versus debet es-* ,, *se trochaicus dimeter catal. scribe* ,, *igitur* Ἀμφὶ δὴ π. ν." —— In Vs. 260. Ἂν Ἄρης τάχ' εἴσεται —— olim quoque lectum fuisse liquet e Scholiis, —— τάχ' εἴσεται. quam lectionem sic interpretatur Grammaticus: ἣν μάχην ταχέως γνώσεται ὁ πόλεμος· neutri lectioni poterit accommodari, quod legitur praeterea: ἣν μάχην φέρων τοῖς παισὶν Οἰδίπου ταχέως προσελεύσεται. huius adnotationis auctor scriptum forte repererat in suo Codice: Ἂν Ἄρης τάχ' ἵξεται. Παισὶν Οἰδίπου φέρων· Ex his duabus postremis alterutra videtur eligenda lectio: neutram temere spreverim: ἵξεται φέρων tantumdem significaret, ac εἴσεται, vel ἄξει· hoc usu participium φέρων *veniendi* verbis solet adiungi: Ἥκω φέρων legitur in *Aeschyli* Theb. v. 40. *Eurip.* Oreste v. 855, 1630. Ἥκει φέρων *Damoxenus* dixit apud *Athen.* XI, p. 468. F. & XV, p. 676 A. *Polychermus* Naucratita: ἥκει φέρων. *Callimachus* hymno Cereris v. 123. Λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος καὶ χεῖμα φέροισα Ἥξει καὶ φθινόπωρον· —— In Euripideis tamen mihi quidem altera lectio perplacet: Ἂν Ἄρης τάχ' εἴσεται, Παισὶν Οἰδίπου φέρων Πημονὰν Ἐριννύων· in hunc sensum, ab illo, quem Scholiasta dedit, diversum accipienda: *quod* (bellum) *protinus inferre se Mars intelliget velut exitium Oedipi liberis a Furiis allatum.* Εἴσεται Atticum est; communis dialecti Γνώσεται, notante *Moeride*; hic, ut plerumque, respicit *Aristophanis* e Nubibus v. 525. in cuius v. 1142., legitur Τάχα δ' εἴσομαι· hoc, & *Aeschyleum* e Choeph. v. 303. Τάχ' εἴσεται, firmat eam, quam dicebam, nostri loci lectionem; ubi τάχ' εἴσεται —— φέρων venustus est, & ne Latinis quidem Poëtis inusitatus, Atticismus, quo verbis, inprimis *cognoscendi* pollentibus aut huic adfini significatu, participiorum, interdum & adiectivorum, sic recti casus subiiciuntur: prae ceteris frequentat hunc idiotismum *Sophocles*; docti non requirent istius usus exempla; quae poterunt aliunde repeti, & ex *Henr. Stephani* Append. de Dial. Att. p. 162, 163. *Balthas. Stolbergio* ad Ajacem *Soph.* p. 239, 240. aptissima dabunt Eruditiss. *Abreschii* Lectiones Aristaen. p. 18. Ne quis tamen dubitet, apud *Euripidem* etiam ista talia sunt frequentissima. vid. Hecuba, v. 396. Orest. v. 575, 626. Med. v. 350. Hipp. 56, 304, 406, 892. Alc. v. 148, 443. Androm. 726, 815. Heraclid. v. 206. Rhes. v. 442, ubi recte legitur in Flor. MS. Ξὺν τοῖσδ' ἄϋπνος οἶδα τλὰς πορπάσμασιν.

Vs. 265. Οὐ γὰρ ἄδικον] Incertum, an Codicis auctoritate *Kingius* dederit ἄδικος· alterum, MSS. Leid. & Flor. firmatum, & sine controversia genuinum, revocavi. —— Vs. 267. *Kingium* sequutus pro, Παῖς, ὃς μετέρχεται δόμους, omissa voce Παῖς (quam agnoscunt MSS. Leid. & Flor.) scribendum duxi: Ὃς μετέρχεται δόμους. *Grotius*, qui, more Criticorum istius aevi, nonnullis tantum in locis Codices videtur inspexisse Parisinos, in illis praetermissam eamdem vocem versui noxiam eiecerat: Hic *Battierium* mirabar, qui ,, *versu*, ait, ,, 266. ὁρμᾷ *non est verbum*, *sed no-* ,, *men; itaque versu sequenti* ὃς *spurium* ,, *est & eliminandum: eo enim servato* ,, *metrum neutiquam subsistit:*" ista scribens animum ad vicina non advertebat vir optimus, cuius potuerat omitti nota, nisi jam prostaret in Museo Helvet. publicata.

Vs. 268. Τὰ μὲν πυλωρῶν κλεῖθρα] Codices hic κλεῖθρα repraesentant: κλῇθρα tamen passim Attico more scriptum

tum apud *Euripiden*, in Hippol. v. 577, 808. Iphig. Taur. v. 99, 1304. Herc. Fur. v. 332. Helena v. 1196. apud *Ariſtoph.* in Veſpis v. 1475. Lyſiſtr. v. 264. Atticum morem dum dico, Atticos intelligo recentiores *Euripide*, cuius aevo ſi nondum fuit Ionicum Η Athenis receptum, dubium non eſt, quin κλεῖθρα ſcripſerit, & κλεῖδας· Iones κλήϊθρα pronunciarunt & κλήϊδας. Attici contraxerunt iſta talia poſt Euclidis certe Magiſtratum in κλῇθρα, κλῇδας· in uſum autem receptis Ionicis literis, vetus *Aeſchyli*, *Sophoclis*, & *Euripidae* ſcribendi ratio fuit in illam paulo recentiorem a Grammaticis transmutata: videatur Scholion in Phœn. v. 688, quantivis pretii. κλῇδας itaque reperias in Eumen. *Aeſchyli*, v. 830. & in *Euripidis* Troaſin, v. 493. ubi paulo ante proſtat inſignis in Cod. Florentino lectio: Δούλη γυνὴ γραῦς Ἑλλάδ' εἰσαφίξομαι· pro εἰς δόμους ἀφίξομαι. Praeterea leguntur in Euripideis ἔκλῃε· κλῄσατε· ἄκλῃστα· in *Thucydidis* II, c. XVII, κλῃστὸν vulgatæ κληϊστὸν anteponit *H. Stephanus*; κλειστὸν procul dubio dederat *Thucydides*; recte *Waſſius* in L. VII. C. LXX, κλείσεις genuinam eſſe credidit ſcripturam. Paulo ſunt rariora, quae memorantur apud *Etymologum* p. 604, 55, contracta, Νηρῆδες, Βρισῆδες, Χρυσῆδες, καὶ Καδμῆδες· prima forma proſtat aliquoties apud *Euripiden*; Θησῆδος in Eumen. *Aeſchyli* v. 1029. ad iſtam normam fuerat a Grammaticis poſitum, ubi ſcribere debuit *Aeſchylus* Θεσεΐδος.

Vs. 270. Ὁ καὶ δέδοικα.] Cur hic legi malim: Ὢι καὶ δέδοικα· ſupra fuit indicatum ad verſum 157. —— Verſu ſequenti, pro μεθῶσιν, (quod tamen legitur in MSſ. Leid.) recte *Barneſius* & *Kingius* vulgarunt μεθῶσ' ἀναίμακτον χρόα. commode ſic anapæſtus evitatur ſede quarta. Quid ſibi velit adnotatio veteris Enarratoris, expendetur alibi. Hic ſatis erit dixiſſe, antiquam forte lectionem οὐ προῶσ' ab hiſtrionibus in faciliorem pronunciatu fuiſſe demutatam.

Vs. 272. Ὄμμα πανταχῇ διοιστέον Κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο.] Nihil erat cauſæ, cur πανταχοῦ ſubſtitueret *Kingius* in locum vulgatæ πανταχῇ· niſi quod illud in nonnullis reperiretur Codd. ut certe proſtat in Leid. A, & Cantabrig. cuius lectiones adnotarunt *Barneſius* & *Pierſius*: ὄμμα πανταχοῦ στρέφων legitur in *Euripidis* Iphig. Taur. v. 68. bis tamen apud *Ariſtophanem* in ſimillimis locis πανταχῇ, quae ſine controverſia ſunt ex Euripideis expreſſa. conf. *Jo. Taylor* ad *Lyſiam* p. 28. In Comici Theſmophor. v. 966. legitur: Ἐπισκοπεῖν δὲ πανταχῇ / Κυκλοῦσαν ὄμμα χρὴ χοροῦ κατάστασιν· *Euripidis* eſt in Phœniſſis v. 366. —— δι' ἄστεος Κυκλῶν πρόσωπον ἦλθον· hunc locum noſtrumque ſimul reſpicit *Ariſtophanes*; cuius eſt in eadem Fabula v. 672. Πανταχῇ διάῤῥιψον ὄμμα / Καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς. haec ſcribenti locus obverſabatur *Euripidis* ex Oreſte v. 1263. Δόχμια νῦν κόρας / Διάφερ' ὀμμάτων / Ἐκεῖθεν ἐνθάδ' (contra Phœn. v. 98. Ἐνθένδ' ἐκεῖσε) εἶτ' ἐπ' / Ἄλλην σκοπιάν. Propemodum interpretatur *Seneca* Hercule in Oeta v. 482. *Circumſpice*, —— *Partemque in omnem vultus inquirens eat.* *Virgilius* Aen. XII, v. 558. *Huc atque huc acies circumtulit.* —— Dubium nullum eſt quin depravata ſint haec in *Ariſtophanis* Theſmophor. v. 485. Καὶ περισκοπουμένη κἀκεῖσε, καὶ τάχ' ἐκ δεξιᾶς, / Μὴ ξυμφορὰ γενήσεται τὸ πρᾶγμα· Sed illud poterit in dubitationem cadere, rectene reſtituerim duo tetrametros catalecticos, legendo: Κύκλῳ περισκοπουμένη, κἀκεῖσε, καὶ τὰ τῇδε / Ἐκ δεξιᾶς, μὴ ξυμφορὰ γενήσεται τὸ πρᾶγμα·

μα· videantur ad v. 93. notata. Si Κύκλῳ paulo remotius a vulgato Καὶ, certe τὰ τῇδε quo fuerit modo corruptum, Criticum latere non poterit: aptum autem huic esse feci, paulo superius prolata demonstrant; quibus succedat ex Avibus Comici v. 423. Σὰ ταῦτα γὰρ δὴ πάντα, καὶ / Τὸ τῇδε, καὶ τὸ κεῖσε, καὶ / Τὸ δεῦρο —— Euripidea nostra perstringi veteres animadvertere Grammatici; legitur enim in Scholiis: Τοῦτο ἐκ τῶν μηδέπω διδαχθεισῶν Φοινισσῶν φησὶ, καὶ τὸ κεῖσε καὶ τὸ δεῦρο. καὶ ὅλως πολὺ παρὰ πᾶσι τοιοῦτος· quae postrema sensu vacant, facile tamen, e Scholio ad v. 347, sic poterunt corrigi: καὶ ὅλως πολὺ παραπλήσιον τὸ τοιοῦτον. ubi praeter alia hæc quoque prostant velut e Phœnissis *Euripidae*: Καὶ ἐκεῖσε καὶ δεῦρο μηδόλως τίσσῃ. nostrum senarium, Κἀκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο, μὴ δόλος τις ᾖ, in istis mendose scriptis detexit vir Eruditus in Miscell. Obs. V. III, p. 108. frequentat illud *Euripides*: est tamen & τὸ κεῖσε δεῦρό τ', in *Sophoclis* Trachiniis v. 946.

Vs. 277. Ἅπαντα γὰρ τολμῶσι δεινὰ φαίνεται,] *Omnia enim audentibus periculosa videntur.* Quanto rectius *Euripidae* mentem cepit *Grotius*! *Nam cuncta, quamvis fortibus, faciunt metum, Hostile quoties per solum carpunt viam.* Sed ut is sensus, si vocula *Nam* omittatur, verus efficeretur, corrigi debuerat: Ἅπαντα καὶ τολμῶσι δεινὰ φαίνεται. In Mſ. Leid. A legitur: ἅπαντα γὰρ τοῖς τολμῶσι· vereor ne quis, aliud nomen substituendo, nobis illinc extundat: Ἅπαντα γὰρ τοι . . . . *Sophoclis* dictum in *Stobaei* Floril. Tit. VIII, p. 96, 46. Ἅπαντα γὰρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ· neque illam nec sane receptam in senario nostro lectionem firmabit: οἱ δειλοὶ καὶ τὰ σώζοντα φοβοῦνται, inquit *Plutarch.* v. Sympos. VII, p. 682. C. de Pompejo fugiente *Lucanus* VIII, v. 5. — *pavet ille fragorem Motorum ventis nemorum*: talis dicebatur [illegible] *Gataker.* ad *M. Antonin.* p. 191. Tyranni, quos omnes terrent [illegible], semper incedant armati: *Xenophon* in Hierone p. 906. D. οἱ τύραννοι πάντες πανταχῇ ὡς διὰ πολεμίας πορεύονται. Sed inter hostes versantibus Ἅπαντα καὶ τολμῶσι δεινὰ φαίνεται, *Cuncta quamvis fortibus faciunt metum.* Sic ab *Euripide* scriptum fuisse, Doctis facile constabit; ut intelligant haec nostra tractaturi, nonnulla [illegible] mam, quae ne Graece quidem intelligentes, quamvis minuta sint, universa fastidiant: Καὶ pro καίπερ quum aliquoties posuerat *Homerus*, velut in Il. E, v. 651. Ἕκτορα, καὶ μεμαῶτα (μάλα περ μεμαῶτα dixit alibi:) μάχης, σχήσεσθαι ὀΐω· & in Il. O, v. 298. Poëtae praesertim hoc usu, pro *quamvis*, *tametsi*, voculam καὶ frequentarunt; sed quivis etiam scriptores Attici: scriptoribus N. F. mea quidem sententia ista talia non deberent obtrudi: quantum satis est exemplorum istius usus collegit Clariss. *Jo. Jacob. Wetstenius*, pauca quoque dederat *Jacob Elsnerus*, uterque locis alienis; hic in Observ. S. T. I, p. 344. ille notis in N. F. T. I, p. 780. A. Dum laudat *Hesiodi* versum *Elsnerus*, prouti fuit a *Graevio* mutatus, manifestat se quoque parum veram istius usus vim habuisse perspectam: vulgatam in *Hesiodi* v. 357. Ἐργ. non sollicitasset *Graevius*, si meminisset, καὶ, pro καίπερ positum, participiis praefigi. Quum autem satis frequentetur, eo tamen sensu rarius illud καὶ reperietur apud Tragicos, atque eam forsan ob causam in hoc loco Phœniss. a sciolo fuerat in γὰρ mutatum; in *Euripidae* quidem, quae supersunt, fabulis, forte nuspiam alibi, praeterquam in Rhesi v. 73, ubi non animadversum decepit interpretes: Ὡς

ἄν τις αὐτῶν, *καὶ νεὼς* (Mſ. Flor. *νεῶν*· vide v. 100.) *θρώσκων ἔπι*, *Νῶτον χα-* [illegible] *ut ſaltem* [illegible] *aliquis*, *etſi navem iam inſiliens*, (fuerunt nempe, non hoſtium) *in tergo tamen vulneratus*, *ſcalas ſangui-ne conſpergat*: in iſto quoque loco diſputari poteſt: non item in hoc ex *Euripidis* Andromeda apud *Stobaeum* Tit. LXXXIX. p. 502, 49. *Καὶ δοῦλος ἂν γὰρ τίμιος πλουτῶν ἀνήρ*. *Sophocles* Trachin. v. 1218. *μενῶ σ' ἐγὼ Καὶ νέρθεν ὢν*, *ἀραῖος εἰσαεὶ βαρύς*. Idem in *Stobaei* Floril. Tit. CXIII. p. 584, 50. *Τὰ πολλὰ φροῦδα*, *καὶ καλῶς εἰρημένα*. *tum illa multa*, *quamvis pulcre dicta*, *excidunt animo*: locum ex Aiace Locro petitum liquet e *Ciceron*. Tuſcul. III. c. 29. ubi poſtrema ſic Latine converſa: *Ut illa ad alios dicta & praecepta excidant*: mallem neque haec nec *Sophoclea* tentaſſet Ill. *Bouhierius*, notis in *Ciceron*. Tuſcul. p. 243. legendum ratus *πάγκάλως εἰρημένα*. Semel alicui forte videri poſſet hoc ſenſu *καὶ* apud *Aeſchylum* poni in Choëph. v. 107. *Μέμνησ' Ὀρέστου*, *καὶ θυραῖός ἐσθ' ὅμως*. ſed ob eam, quam ſupra dixi, rationem, ſine dubitatione debuerat in eum verſum recipi *Canteri* correctio, *κ'εἰ* ſcribentis, vel *κεἰ* in Theb. v. 453. legitur, *κεἰ στόμαργός ἐστ' ἄγαν*. *ſi vel*, aut, *etſi ſit*: *Καὶ*, nominibus praefixum, ſaepe notat *etiam*: exemplo ſit *Pindari* dictum, ad noſtrum Euripideum diligenter comparandum, e Nem. Od IX, 64. *ἐν* — *Δαιμονίοισι φόβοις* / *Φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν*· *Bacchylides* apud *Stobaeum* Tit. X. p. 127, 9. *Φρένα καὶ πυκινὰν Κέρδος ἀνθρώπω βιᾶται*· Doricum *ἀνθρώπω* non debuerat ſollicitari. Exſtat apud eundem *Pempeli* fragmentum inſigne, [illegible], Tit. LXXVII. in illo *Parentes* dicuntur *liberis φλαύροις καὶ ἀσυνέτοις* (p. 461, 6.) *εὖ μάλα φοβοειδέες καὶ ζοφεροί*, corrige, *ſo-des*: *εὖ μάλα*, *καὶ ζοφοειδέες*, *φοβεροί* — *etiam mortui*, *valde terribiles*. *Platoni*, qui *Pempeli* paene verba tranſcripſit, dicuntur, *τοῖς κακοῖς* (*ἀπιόντες*): *εὖ μάλα φοβεροί*, LL. XI. p. 932. A. Nonnunquam, ubi *Κἂν* reperitur, ex *καὶ ἐν* contractum, *κἀν* reſtituendum, velut apud *Oppianum* Κυν. I. 328. *Πῶλον ἐπιγράψαι*, *κἀν νηδύϊ μητρὸς ἐόντα*. In *Euripidis* Andromache, v. 777., legitur: *ἀδ' ἀρετὰ Καὶ θανοῦσι λάμπει*· quod *Grotium*, *Gatakerum*, alios, non offendit: cum ſcribi debuerit *κἀν θανοῦσι* recte ſcriptum in eiusdem apud *Suidam* in v. *Φήμη*: fragmento: *Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἀν μυχοῖς δείκνυσι γῆς*· quod *Aeſchines* adhibuit Orat. contra Timarch. p. 18. v. 15. vid. *Barneſ*. II, p. 511. v. 269. In eiusdem ſententiae dictis nonnunquam *καὶ*, pro *quamvis*, recte ponitur, ſed iunctum participiis; in *Scymni Chii* Periegeſi v. 17. — *ἂν ἡ δόξα καὶ τεθνηκότων* — *μένει*. *Oppiani* Ἀλ. II, v. 610. *Ἀρετὴ δὲ καὶ ὀλλυμένοισιν ὀπηδεῖ*. Pro *κε κ'εἰν* in *Theocrito* Eid. XVI, 30., malim: *Ὄφρα*, *καὶ εἰν Ἀΐδαο κεκρυμμένος*, *ἐσθλὸς ἀκούσῃς*.

Vs. 285. *Ξέναι γυναῖκες*] Neſcio cur *Pierſius Kingius*que dederint *Ξεῖναι γ*. niſi quod in nonnullis forte reperiretur Codd. ut in A Leid. In *Sophoclis* Elec. v. 662. *Ξέναι γυναῖκες*, *πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς*, *Εἰ τοῦ τυράννου δώματ' Αἰγίσθου τάδε*; *Eurip*. Androm. v. 881. In his variant Codices: cum ſupra recte legatur in Phœn. v. 40, *Ὦ ξένε*, duo Leid. praeferunt *Ὦ ξεῖνε*· quod admiſſum ſecunda ſede ſenarii daret anapæſtum, Tragicis in locis paribus evitatum certe. *Ὦ ξεῖνε Sophocles* aliquoties poſuit Oed. in Col. v. 1115, 1092, & alibi: legitur in *Eurip*. Iphig. Taur. v. 798. *Ξεῖν'*, *οὐ δικαίως* — vid. *D'Orvill*. Animadv. in *Charit*. p. 133. Eadem eſt

in

in aliis quibusdam ſimilibus inconſtantia. —— In verſibus, qui noſtrum præcedunt & ſequuntur, alibi quoque, recte *Kingius* vocibus adiecit ν, quod vocant ἐφελκυστικὸν, cuius defectus ſenarios labefecerat, facillimo remedio ſaepenumero ſic ſanatos a *Kuſtero*, *Hemſterhuſio*, *D'Orvillio* & *Arnaldo*: ſemel illud monuiſſe ſatis erit.

Vs. 292. Ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.] Prorſus reiicienda Codicis Florentini lectio, Ἐν τ. ἐπεστράτευσεν Ἀργεῖαν πόλιν, ſciolo forte debetur, ad ſincera ſic corrumpenda propter inſolentiam ſtructurae permoto. Sed conſiderari lectio mereretur *Euſtathiana*: Ἐν τ. ἐ. Ἀργεῖοι πόλει quae reperitur in eius commentario ad *Hom.* Il. Β, p. 179, 16. Si Codicibus Mſſ. illa firmaretur, poterat alicui genuina videri: *Euripides* Medea v. 1185. Διπλοῦν γὰρ αὐτῇ πῆμ' ἐπεστρατεύετο. *Ariſtophanes* Veſpis, v. 11, Κἀμοὶ γὰρ ἀρτίως τις ἐπεστρατεύσατο. Avibus v. 1521, Ἐπιστρατεύσειν φάσ' ἄνωθεν τῷ Διί. Sed quartus caſus huic verbo frequentius iungitur & apud *Euripiden*; atque adeo non eſt, cur illam vulgatae lectioni præponamus: de duplici verbi huius ſtructura diligenter egit Clariſſ. *Abreſch* in Animadvers. ad Anim. in *Aeſch.* p. 646, 647. ubi in exemplum quarti caſus advocari potuerat e Phœn. v. 608. æque ac ille e Troaſin v. 22., Οἵ τήν δ' ἐπεστράτευσαν Ἕλληνες πόλιν. —— *Euſtathius* autem l. c. in exemplum [illegible] hæc Euripidea profert: Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος Ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλει quibus hæc ſubdit ex Hippol. v. 22. petita: πολλὰ δὲ Πάλαι προκόψασ', οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ, quae propius conveniunt cum *Euripidis* e Palamede loco, cuius indicium debemus *Hemſte-ri* Codici Leid. Mſ. in Scholiis iſtis ineditis ad Il. Β, v. 350, legitur: Εὐριπίδης ἐν Παλαμήδει, Λάϊε π. libenter legerim: Αἶαν, vel Αἴας, πάλαι δὴ σ' ἐξερευτῆσαι θέλων Σχολή μ' ἀπεῖργε. quae, quoniam non reperientur alibi, minime ſpernenda, cum his tamen e Phœn. comparanda non ſunt; ubi nominativi Μέλλων &c. poſſunt in genitivos abſolutos, quos vocant, reſolvi, atque adeo *Lesbonactis* illud obtinet Ἀττικὸν σχῆμα, συνηθὲς Ξενοφῶντι καὶ Πλάτωνι, p. 183. ex utroque quæ ſunt ad manum fruſtra deſcriberentur: ſed nollem cum iſthac Attica loquendi forma confudiſſet *Lesbonax nominativum* in partitione Græcis & Latinis ſolemnem; quacum multo minus confundi debuerat Homerica rarior figura, quam attigit p. 188. omnium autem minime nominativus prorſus ſolutus, & Latine per *quod attinet* explicandus, *Athenaeo*, *Philoſtrato*, *Aeliano*, cum plebeiis ſcriptoribus quibusdam uſitatiſſimus: ſimilis uſus, ſed ex Orientali fonte ductus, cum aliquoties in Sacris etiam Libris obtineret, fieri non poterat quin probe diſcernenda ſæpius permiſcerent, qui Græcos legunt Scriptores, ut hinc inde quidpiam decerpant alibi referendum. Homines Græce docti, poſtquam eſſent a *Stephano* moniti Anim. in Lib. de Dial. p. 27, 28. cogitatius hæc tractare potuiſſent: mitto reliquos: ne *Iac.* quidem *Perizonius*, noſtrum e Phœniſſis locum excitans, hac culpa vacat in *Aeliani* V. H. II, c. XI. Atticam, quæ hic obtinet, formam, alienis non intermixtis, optime, meo iudicio, tractarunt *Lud. Kuſterus* in *Ariſtoph.* Plutum v. 2 7 *Io. Daviſius* ad *Clementis Rom.* Epiſt. I, c. XI. ad *Ciceron.* Tuſcul. Diſp. III. 8. p 179. & ad *Max. Tyr* XXIV. § 3. ubi noſtrum etiam locum produxit. Quia verſentur in *Euripide*, his unum talem

tem ex *Aeſchylo* ſuccedat exemplum & e *Sophocle*: huius eſt in Oedip. in Col. v. 1116. Τέκν' ἐμφανέντ' ἀέλπτα, μηκύνω λόγον. quæ *Scholiaſtes* interpretatur: ἀέλπτως φανέντων ἐμοὶ τῶν τέκνων μηκύνω τὸν λόγον. *Aeſchylus* Suppl. v. 455. Καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια, Γένοιτο μύθου μῦθος ἂν θελκτήριος. his quinque ſimillima Tragici non ſuppeditabunt.

Vs. 300 Γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ / Σ' ἄναξ] Scribendum cenſeo: Γονυπετεῖ σ' ἕδρᾳ προσπιτνῶ, / Ὦ 'ναξ, τὸν οἴκοθεν νόμον σέβουσα. Peregrinus is oris hiatus in ῶ Ὦ Phœniſſam non dedecet, cui Φοίνισσαν βοὰν tribuit Iocaſte v. 308. Phryx ſervulus in *Euripidis* Oreſte v. 1519. Προσκυνῶ σ', ἄναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπεσών. ubi legendum e Mſſ. Leid. προσπιτνῶν· Erant aliunde nota, quæ *Barneſius* collegit ad Troad. v. 1021. Præfixum Σ fecit, ut antiquitus hic lectum fuiſſe credam Ὦ 'ναξ quod legitur in Hippol. 834. Alc. 220, 539. Bacch. 1030. Cycl. 289 & alibi. Neſcio, hercle, quomodo Γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ Græce dici poſſit, & ſignificare, *Procumbo ad genua: inflexo genu regnantem adorare*, ut *Seneca* loquitur in Herc. Fur. v. 410., optime dixeris, τύραννον ἕδρᾳ προσπίπτειν γονυπετεῖ. Poſtquam ſemel σ' affixum fuerat voci præcedenti, facile fuit ad corruptum illud accommodare ſequentia. Γονυπετεῖ σ' ἕδρᾳ προσπιτνῶ, idem ac γονυπετὴς vel γονυκλινὴς σὲ προσπίπτω· quod ad ſenſum parum differt a *Sophocleo* προσπιτνῶ σε γόνασι· in Philoct. v. 486. quamvis hoc proprie Græci ſit ſupplicis, alterius genua manu (ſæpe *ramo felicis olivæ*) tangentis & *accidentis*; noſtrum illud mulieris Phœniſſæ, quæ ἕδρᾳ γονυπετεῖ, *genu nixa*, barbaro more Regium juvenem adorabat. In *Euripidæ* Supplic. v. 10. Ἱκτῆρι θαλλῷ προσπιτνοῦσ' ἐμὸν γόνυ. v. 43., Ἱκετεύω σε — Πρὸς γόνυ πίπτουσα τὸ σόν. —— hoc ſenſu προσπίπτειν, vel προσπιτνεῖν τινὰ, ſæpius occurrunt

Vs. 302 Ἔβας ἔβας ὦ χρόνῳ γᾶν πατρῴαν] Notat hic quædam *Battierius*, mutilo Scholio deceptus, quod plenius edidit e Mſ. *Kingius*. Quæ homines Eruditi ſuos in uſus ſæpe non meditati conſcribillant, publicæ non omnia debent exponi cenſuræ: plerique fœtus poſtumi Magnorum virorum ſatius forſan eſſet ſi nunquam fuiſſent in lucem editi. —— Mox, ubi bis Ἰὼ legebatur, alterum ut verſui noxium ſine Mſ. Codicis ope *Battierius* optime ſuſtulit ante *Kingium*, qui Mſſ auctoritatem advocat. —— Sicut hic, etiam infra v. 1026. Ἔβας ἔβας ὦ πτεροῦσσα· & in Elec. v. 585. Ἔμολες ἔμολες ὦ χρόνιος ἁμέρα· Semel iſta talia multis in locis ſcripſere librarii, quæ bis fuerant a Poëtis poſita. —— Infra legitur v. 1050. Χρόνῳ δ' ἔβα — Θηβαίαν τάνδε γᾶν.

Vs. 303. Μόλε πρόδρομος] Non ſane de nihilo Mſſ. eſt conſtantia, tam Britan. quam Batav. in quibus legitur: μόλε πρόδρομος· &, ne dubitaremus, in Leidenſi quoque voci πρόδρομος ſuperſcriptum ἔξω δραμοῦσα. *Barneſius*, vulgatam πρόδομος interpretatus *exi foras*, *ante fores*, πρὸ δόμων, e Mſ. tamen Scholion profert ad πρόδρομος referendum: Ἐλθὲ, ἔξω δραμοῦσα, προαπαντῶσα: His accedat ex *Aeſch*. Theb. v. 217. ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον ἀρχαῖα βρέτη. In *Sophoclis* Antig. v. 109, Φυγάδα πρόδρομον interpretantur, ὑπὲρ τὸ δέον δραμόντα διὰ τὴν φυγήν. Grammaticorum vero veterum, quibus πρόδομος, *antica pars ædium* erat ex *Homero* notiſſima, quis uſpiam adjectivum πρόδομος commemoravit? His rationibus inductus πρόδρομος *Euripidi* reddere non dubitavi.

ΣΤΡΟΦΗ

ΣΤΡΟΦΗ β.] Erant ante *Kingium*, quem sequor, quinquaginta tantum in Edd. huius Strophes, e quibus is secundum Codices scriptos octo & quinquaginta versus efformavit, qui designatis a Scholiaste Metrico responderent: huius solius ductu totidem cola restituerat in schedis suis *Samuel Battierius*, mendosa quædam corrigens.

Vs. 308. Βοᾷν ἔσω / Δόμων κλύουσα τῶνδε] Ex *Accii* Phœnissis petito loco, hæc velut ex eiusdem Meleagro subiicit *Nonius* p. 292, 21. *Timide eliminor clamore, simul ac nota vox ad auris accidit.* videbuntur ista vel nostro loco vel simili derivata, sic forsan olim scripta: *timida eliminor Clamore, nota ut vox ad aures accidit.* vocis *ut* interpretatio, *simulac*, a me fuit eiecta. *Vossius* Pater corrigebat Castig. in *Attii* Fragm. p. 162. —— *Tum inde eliminor Clamore, simulac vox nota aures accidit.* Ut suum cuique, mihi priora placent.

Vs. 310. Γήρᾳ τρομερὰν / Ἕλκω ποδὸς βάσιν.] Diversis modis ab Editoribus recentioribus interpolatam, veterem, quæ ante *Grotium* obtinuit, lectionem ex Edd. revocavi; non quod illa Codicum, nuper collatorum, fide nitatur, aut genuina videatur, sed quia nesciebam, quam e variis lectionibus repræsentarem; dum earum nulla talis esset, in qua prorsus acquiescerem. In illa vulgata primum nihil est quod offendat: *senio tremulum pedem traho*: *Apulejo* Met. VIII, p. 166, 26. *Senex* memoratur *lassum trahens vestigium*: *Pricæus* p. 446. advocat *Euripidea*, Γήρᾳ τρομερὰν Ἕλκω ποδὸς βάσιν· quæ minime quoque de menda fuerunt suspecta *Jano Gebhardo* Crepund. II, c. XV. vel *Fred. Lud. Abreschio* Addendis in Animadv. ad *Aesch.* p. 667. *Apollonius Rhod.* II. v. 200. — τρέμε δ' ἅψεα νισσομένοιο Γήρᾳ· *Euripides* Herc. Fur. v. 231., Γήρᾳ δὲ τρομερὰ γυῖα κἀμαυρὸν σθένος. *Lucianus* Tragodopod. v. 56. Βάσιν τρέμουσαν· De his itaque sollicitandis nemo cogitasset absque Scholiaste Metrico: huius nota *Battierio* persuasit, mutilum esse colon hoc tertium, atque ita supplendum: Τὰν ἐμὰν, vel, Χαλεπῷ γήρᾳ τρομερὰν / Ἕλκω ποδὸς βάσιν· Sed neutra lectio pedem primum repræsentabat a Scholiaste designatum ἐπίτριτον Δ, altera tamen dabat anapæstum: Primus ab Editionibus discedens *Grotius* vulgari curavit: Γηραιῷ τρομερὰν / Ἕλκω ποδὶ βάσιν. *Grotium* sequutus est *Wilh. Piersius*: uterque sic scriptum invenerat in Codicibus antiquis, hic in Cant. in Paris. *Grotius*; conspirant Mss. Leid. at in his recte positum Γηραιῷ· ne hoc quidem, si Scholiastes abesset, reprehenderetur: tandem ab his diversam lectionem *Kingius* invexit, hanc videlicet: Γηραιῷ ποδὶ τρομερὰν / Ἕλκω ποδὸς βάσιν. si tempora numeres, hæc ad amussim metro designato congruit; si verba respicias, Græce scienti non poterit non absona vocis ποδὸς displicere repetitio. *Langium* tamen, nec miror, illa lectio Kingiana nacta fuit suffragatorem in specimine Lect. in Phœn. p. 403. *Kingius* vellem ad istiusmodi saltem lectiones firmandas Codices curatius designasset Mss. nam in uno certe vel pluribus Mss. quam dedit inventam fuisse lectionem eo minus dubito, quod Florentiæ scriptum *Is. Vossius* invenerat: Γήρᾳ τῷ παιδὶ τρομερὰν — in quibus manifesta vestigia comparent antiquioris lectionis Γηραιῷ πεδὶ vel ποδὶ τρομερὰν / Ἕλκω ποδὸς βάσιν. Facile fuisset non dico tolerabilem, sed quam optimam nonnulli iudicabunt, illinc lectionem hanc effinxisse: Γηραιῷ ποδὶ τρομερὰν Ἕλκω πάρος βάσιν· *senio tremulum pe-*

 dem.

dem ædibus his *extrabo*: ἕλκω πάρος, nempe δόμων τῶνδε, quod proxime præceſſit: *ante bas ædes.* *Sophocles* Ajace v. 73. —— στεῖχε δωμάτων πάρος. δόμων πάρος eſt in *Eurip.* Bacch. v. 1215. Phœn. v. 1270. Meliora forſan olim Codices ſcripti ſubminiſtrabunt.

Vs. 313. Χρόνῳ σὺν ἔμμα μυρίαις ἐν ἁμέραις / Προσεῖδον. —] Ante *Kingium* vulgabatur: μυρίαις τ' ἐν ἁμέραις· recte deerat etiam τ' illud in B Leid. Euripidea ſic in Phœniſſis expreſſit *Senecæ* Iocaſta, v. 501. —— *teneo longo tempore Petita votis ora.* v. 515. —— *nate, poſt multos mihi Remiſſe ſoles*, hoc reſpicit iſta μυρίαις ἐν ἁμέραις· Χρόνῳ ſignificat *tandem*, *poſt longum tempus*: *longo tempore petitum*, *Senecæ*: quod ſæpius dicitur διὰ χρόνου· iſto ſenſu χρόνῳ *Sophocli* præſertim frequentatur: vid. *Euripidis* Phœn. v. 302, 1050. Hippol. v. 1181. *Theocritus* Eid. xv, v. 1, Γοργοῖ (ſic Mſſ. teſte Nobiliſſ. *Rövero* in Epigr. *Muſæo* præmiſſum) Φίλα, ὡς χρόνῳ; *quam diu deſiderata tandem venis.* plene *Menander* in Miſogyne, πολλῷ τῷ χρόνῳ Ὁρῶ σε. prouti reſtituit *Bentlejus.*

Vs. 314. Ἀμφίβαλε ματρὸν / Ὠλέναισι ματέρος,] Velut unum colon ediderant Ἀμφίβαλλε μ. ὠ. ματρός· in duo diſtincta *Kingius* & *Buttierius* ſcripſerunt emendatius: Ἀμφίβαλε μ. / Ὠ. ματέρος· prouti legitur & in duobus Mſſ. Leidenſibus.

Vs. 318. Καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι] Καὶ χερσὶ καὶ λόγοισι hic ante legebatur, quam *Grotius* e Cod. Pariſino κόμαισι ſubſtituiſſet: hoc, quod e Mſ notatum repererat Cant. orig. [illegible], λόγοισι *Barneſius* exhibuit. *Pierſius* & *Kingius Grotium* ſequuntur. κόμαισι Codices præbent Leidenſes, & Græca paraphraſis; præterea firmari videtur oratione huic ſimillima Hecubæ in *Euripidis* dramate cognomine v. 836. Εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι, Καὶ χερσὶ, καὶ κόμαισι, καὶ ποδῶν βάσει. quae ſine Scriptoris nomine leguntur in *Etymologico M.* p. 26, 53 Sed fieri quoque potuit, ut huius loci memor locorumque ſimilitudine permotus, illud κόμαισι noſtrum in locum invexerit pro λόγοισι, quod adeo primus non mutaſſem, ut propemodum cenſeam in hunc locum eſſe revocandum: *Langius*, hic ducem ſuum deſerens, ad illud λόγοισι reſtituendum μάλα κυρίως βάζει. Iocaſten ſcilicet comam ſuam abſcidiſſe didicerat e Scholiis & e v. 326, 327. Præterea λόγοισι non quidem *Arſenius*, ſed antiquior invenit & probabiliter explicat Scholiaſta: πῶς καὶ διὰ λόγων καὶ δι' ἔργων —— λάβω ἡδονὴν πολύτροπον. In re non diſſimillima *Lucretius* IV, 1070. —— *potiundi tempore in ipſo Fluctuat incertis erroribus ardor amantum; Nec conſtat quid primum oculis manibusque fruantur.* —— Quod mox in Euripideis ſequitur, Πολυέλικτον ἁδοναν, *Heſychius* in Lexicon ſuum recepit: Πολυέλικτον (πολύκυκλον) ἁδονάν· quod vulgatur ἁδὸν, quodque fraudi fuit *Phavorino Camerti*, hinc reſtituendum monuit Celeberr. *Weſſelingius*, Prob. c. v. p. 45.

Vs. 321. Τέρψιν Παλαιᾶν λάβω χαρμονᾶν;] Ex uno Codice Cant. primus reſtituit *Pierſius* pro τ. Παλαιᾶς λ. χαρμονᾶς. prius illud in pluribus Mſſ. inveniſſe *Kingium* credibile eſt, atque e ſcholiis erui potuiſſet, in quibus legebatur: Παλαιὰν λάβω παλαιῶν ἡδονῶν χαρμονήν. In Cod. Flor. proſtat Παλαιὰν λ. χαρμονὰν, & in utroque Leidenſi: ſed in eorum optimo poſtremæ vocis χαρμονὰν ſyllabæ, genuinæ lectionis χαρμονᾶν index, ῶ ſuperſcriptum. Doricus iſte flexus ſæ-

ſæpe ſic in Choris Tragicorum latet: *ſocios navales* alicui fortaſſe venuſte dixiſſe videbitur *Euripides* ναύταν — ὅμιλον in Hecuba v. 921. quod *Solano* tragicum dicitur ad *Luciani* T. II, p. 604. Quamvis non ignorem, quæ proſtant ad eum modulum plurima, ſcribendum arbitror: Ναυτᾶν οὐκ ἔθ' ὁρῶν ὅμιλον· hoc qui ſpreverit, non tamen in proxima ſede v. 918, ubi præceſſerat ναυτᾶν, adſpernabitur Doricum ἀστᾶν, in Leidanis Codd. ſincere ſcriptum: Θηβαιᾶν — παρθένων eſt in Phœn. v. 1709. *puellam Thebanam Callimachus* forte νύμφαν dixerat ἐκ Θηβᾶν· h. in Lav. Pall. v. 57., ubi vulgatur ἐν ποκα Θήβαις, & paulo poſt τᾶν ἑτέραν· *Angelus Politianus* ex antiqua membrana ſcriptum exhibuit Miſcell. c. LXXX, ταν εταραν, & εκ ποκα θηβαις· corrigebam: νύμφαν μίαν ἐκ ποκα Θηβᾶν (ſive Θηβᾶς) Πουλύ τι καὶ πέρι δὴ φίλατο τᾶν ἑταρᾶν· neque enim Minerva Thebis illam præ reliquis dilexit comitibus, ſed his antepoſuit omnibus Thebanam virginem. —— Palamedem venuſte dixerat Euripides ἀηδόνα Μουσᾶν. ſicut Poëtæ vocantur Μοισᾶν ὄρνιχες *Theocrito* Ed. VII, v. 47. Ex hoc verſu, & Eid. XII, v. 7., ubi ἀηδὼν vocatur ἀοιδοτάτη πετεηνῶν, conflatus eſt verſus 252. in hymno Deli *Callimacheo*, ſpurius in iſta ſede. Hoc ſi alienum, nihil tamen vetat *Euripidem* tractaſſe locum inſignem, qui cantatus in Palamede lacrymas Atticis expreſſit: crudeliter lacerata ſic iſta, veluti duo ſenarios, vulgavit in Exc. *Grotius* p. 397. Ἐκτάνετε, Δαναοὶ, ἐκτάνετε τὰν πάνσοφον / Μουσᾶν, καὶ οὐδέν' ἀλγύνουσαν ἀηδόνα. his ſubdit *Barneſius*: Ἐκάνετε, ἐκάνετε τὸν ἄριστον Ἀχαιῶν. Quantos ad hæc cachinnos ſuſtuliſſent Attici! iſthæc efformavit *Grotius* ex hac veteri ſcriptura: Ἐκάνετ', ἐκάνετε τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ / Τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα μοῦσαν. / Sic iſta leguntur in Heroicis *Philoſtrati* cap. X, §. 12., apud *Diogenem Laërt.* II, § 44. & in *Tzetzis* ad *Lycophrona* Comment. v. 384. niſi quod apud *Diogenem Laërt.* iſthæc ὦ Δαναοὶ non inveniantur, & μοῦσαν (cuius loco Μουσᾶν fuerat ſcribendum:) in Μουσῶν commutarint ex MSſ. *Menagius* & *Olearius*: *Menagius* præterea citat argumentum in Buſiridis Encomium *Iſocrateum*, ubi p. 220. dixiſſe fertur *Euripides* in Palamede: Ἐκάνετε ἐκάνετε τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον. quibus ſubdit auctor: καὶ νοῆσαν τὸ θέατρον ἅπαν ἐδάκρυσε, διότι περὶ Σωκράτους ᾐνίττετο. conf. *Sam Petiti* Miſcell. I, c. XIII. Ea res difficultate non carens hic tractari nequit. Ne voce quidem tranſpoſita quinque legitima Staſimi cantus cola poterunt illinc reſtitui:

> Ἐκάνετ', ἐκάνετε
> Τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ,
> Τὰν οὐδέν' ἀλγύνουσαν
> Ἀηδόνα Μουσᾶν,
> Τῶν Ἑλλάνων τὸν ἄριστον.

Poſſent etiam ante ultima prima repeti: Ἐκάνετ', ἐκάνετε / Τῶν Ἑλλάνων τὸν ἄριστον. Alieno forte loco, Docti tamen iſta non inviti legent hic repræſentata.

Vs. 326. Ὅθεν ἐμάν τε λευκόχροα κείρομαι,] Alios legere κέκαρμαι, quod monet *Barneſius*, ſolius, ut puto, nititur auctoritate ſcholii vulgati in v. 375., ἐκέκαρτο ὡς ἀνωτέρω εἶπεν· Ὅθεν ἐμάν τε λευκόχροα κέκαρμαι χαίταν· οὐ ξυρῷ δὲ ἀλλ' ὡς ἐν πένθει. Sed ibi quoque κείρομαι habet Aug. Cod. quod *Euripidem* dediſſe præter verſus modulum evincit vicinum ἀμείβομαι v. 329. Locus autem *Euripidis*, ad quem iſta ſcribit *Scholiaſtes*, optime noſtrum interpretatur: tonſam ibi vidit Polynices: Κάρα ξυρηκὲς, καὶ πέπλους μελαγχίμους Ἔχουσαν· Hic Iocaſta, ἐμὰν,

in-

inquit, *λευκόχροα κείρομαι Δακρυόεσσαν ἱεῖσα πενθήρη κόμαν, Ἄπεπλος φαρέων λευκῶν·* *Arsenii*, post *ἱεῖσα*, *φωνὴν* subaudientis, interpretationem arripiens *Barnesius* convertit: *Unde rasi canos meos (Lacrymosam emittens vocem) capillos.* Qui ridet ista, *Kingius* dedit: *Lacrymosam abjiciens funestam comam*: *Barnesium* sequitur, certe *φωνὴν* hoc in loco supplet *Marklandus* ad *Max. Tyr.* XXXII. § 4. Est in his aliquid impediti, quod, quomodocunque verses vulgata, non omne tamen expedias. Ne litera quidem mutata scribendum censeo: *Δακρυόεσσ' ἀνεῖσα πενθήρη κόμαν·* ut hic sit verborum ordo naturalis: *Ὅθεν δακρυόεσσ' ἐμάν γε* (hoc malim, quam *τε*) *λευκόχροα κόμαν, ἀνεῖσα πενθήρη, κείρομαι.* —— *a quo tempore lacrymosa, meum certe canum crinem, lugentis more solutum, tonsu lugubri deformandum præbui.* Iam ante, ni fallor, Iocasta *κόμαν ἀνεῖσα πενθήρη*, *lugentis more capillos relaxans*, sive, quos olim nodo coërcuerat, passos habens & negligenter circum caput reiectos, post abitum Polynicis cœpit *κείρεσθαι*, more Græcis mulieribus inprimis usitato, de quo præter alios & *Kirchmannum* de Fun. Rom. II, c. XIII, plura dedit *Bochartus* Hieroz. P. I. L. II. c. XLV. In funebri luctu tam viros quam mulieres vertice detonsos crines amicorum imposuisse tumulo *Stanlejus* ostendit in *Aeschyli* Choëph. v. 166, & 178. Idem in versum 6 istius dramatis *πενθήρη κόμαν* ex hoc Phœnissarum loco comparat ad *Aeschyli πλόκαμον πενθητήριον.*

Vs. 328. &c. *Ἄπεπλος φαρέων λευκῶν, τέκνον· / Δυσόρφναια δ' ἀμφὶ τρύχη / Τάδε σκότι' ἀμείβομαι.*] In coiis separandis, in voce quoque *Δυσόρφναια*, (sic legitur in Leid. Mſ B) *Kingio* convenit cum *Barnesio*, *Hesychii* notam in subsidiis advocante: *Δυσόρφναια, μέλαινα, ἀφανῆ.* Sed, quod apud *Hesych. Is. Voss.* & *Abreschius* censuere restituendum, *Δυσόρφναια* tamdiu retinuerim in *Euripide*, dum alteram formam Græcis in uso fuisse constiterit: in talibus *Hesychii* nulla est auctoritas, nulla scriptorum Codicum: —— *Ἀμφὶ τρύχη* posui cum *Kingio*, pro *ἀμφιτρύχη·* Editio *Grotii* Parisina præfert *ἀμφὶ τρίχη·* Cod. A Leid. *ἀμφιτρίχη·* Cantabrig. Cod. notante *Barnesio*, *ἀμφιτρυχῆ·* diversam ab his lectionem subministrat *Hesychius*, cuius notam: *Ἀμφιτρυχῆ, κατεῤῥωγότα·* contulit ad hæc Euripidea Clariss. *Abreschius*, dubitans in Miscell. Obs. Vol. v, p. 91, utram hic lectionem præferat. Scholiasta *τρύχινα* scripserit *ἐνδύματα* vel *τρίχινα*, decerni nequit: *e pilis confecta* pauperculorum *vestimenta τρίχινα* quidem dicuntur; sed *usu trita*, *τρύχινα·* Gabaonitarum *ἱμάτια* quæ dicuntur Alexandrinis *πεπαλαιωμένα* Iud. IX, 5. *ἐσθῆτας τρυχίνας* dixit *Iosephus* Ἀρχαιολ. V, c. 1, § 16. ubi notat *Ez. Spanhemius*; plura dedit *Io. Davisius ad Max. Tyr.* XIII, § 5. Non e molli lana confecta, sed undique pilosa dici forte potuerunt *ἀμφιτριχῆ·* non *ἀμφίτριχος*, sed formari potuit *ἀμφιτρυχής*. Videtur tamen *Euripides* tritas vestes atras, quibus candidas mutarat Iocasta, *Δυσόρφναια* dixisse *τρύχη·* Quod si codex faveret antiquus, libenter *ἀμφὶ* commutarem in *ἀντί*, id verbo iunctum *ἀμείβομαι* sensum dabit aptissimum: *vestibus candidis lugubres hos atros pannos mutavi*: Helena v. 1094, *Βοστρύχους τεμῶ, Πέπλων τε λευκῶν μέλανας ἀνταλλάξομαι.* Τρύχη & *ῥάκη* permutantur in Acharnens. Comici v. 414. & 417. ubi Scholiasta: Τρύχη, *τὰ ῥάκη, τραγικῶς.* Appositus ad nostrum locus est in Troasin v. 496., ubi se dicit Hecuba, *Τρυχηρὰ περὶ τρυχηρὸν εἱμένην χρόα Πέπλων λακίσματ'·* ostentat *Euripidis* Electra

v.

v. 185, τρύχη — πέπλων· vid. v. 501. *Sophoclis* verſus eſt apud *Euſtathium* in Ἀπληγίς. Τρύχει καλυφ... Θεσσα-λικῆς ἀπληγίδος· ubi Tragicus poſuiſſe videtur Θεσσαλίδος: ut in Oed. Col. v. 306., Κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει. Ceterum Euripideum illud, Ἄπεπλος φαρέων λευκῶν, Atticus eſt idiotiſmus, quem Latine ſimili forma loquendi non exprimas: redditur in ſcholiis μελανοφόρος· notat *candidis ve ſtibus viduata n.* *Liberis maſculis de-ſtitutus* ſæpe dicitur ἄπαις ἀῤῥένων παί-δων· vid. ad *Diodor. Weſſelingius* T. 1, p. 279. ἄπαις γνησίων παίδων eſt in initio Orat. *Iſæi* de Pyrrhi hæredit. p. 38, 2. ἄπαιδας τέκνων *Euripides* in Androm. dixit v. 714., & ἄπαιδα γέν-νας in Rheſo v. 908. Huius generis alia nonnulla ſunt apud *Euripiden*; ſed apud *Sophoclem* longe plura; cuius eſt in Aj. v. 321. — ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων, *ſine lamentis*; commo-dum advocat Schol. ex Elec. v. 36. Ἄσκευον —— ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ. in quibus, adiectivis ἀψόφητος & ἄσ-κευον voculam ἄνευ ſi ſubſtituas, ſen-ſus evadet ſimillimus: in Oed. Tyr. 200., ἄχαλκος ἀσπίδων idem eſt ac ἄνευ ἀσπίδων, ſive ἄοπλος, uti reddi-tur illud ſcholio Codicis Regii Pariſi-ni interlineari: Φιλοσοφόκλειοι iſtius moduli repererunt plurima: pauca no-bis iſta ſatis ſunt.

Vs. 331. Ἀπήνας ὁμοπτέρου Τᾶς ἀπο-ζυγείσας δόμων] Qui ſimilia quædam collegerunt, viri Docti hunc tamen *Euripideæ* locum, quo forma latebat orationis abſtruſior, prætermiſerunt intactum. Hæc antequam deſignetur, verbo monendum in præcedenti ver-ſu 330. δόμοισι vulgatum, quia ſena-rius illud poſtulabat, pro δώμασι repo-ſitum a *Battierio*, & e Mſſ a *Kingio*; cum his conſpirant Leidenſes Codices & Florentinus; qui Codd. in ſequen-tibus huic adnotationi præfixis non variant. *Par fratrum*, ætate prope-modum æqualium, audaci profecto tranſlatione Tragicus dixit ἀπήναν ὁμόπτερον, vel ὁμοπτέρων. rationem tranſlationis in ὁμόπτερος aperuit Scho-liaſtes; uſum vocis illuſtravit *Abreſch.* ad *Aeſch.* p. 418. Euripidei quoque memor ἀπήνας ὁμοπτέρου· quod *Scho-liaſtes* explicat optime ζεύγους συγγε-νικοῦ. nam Ζεῦγος, *iugum*, de iumen-tis proprie poſitum, (vid. Cl. *Weſſe-ling* ad *Diod. Sic.* II, XI, 8.) apud elegantiores non tantum, ſed in ple-beio quoque ſermone, de quovis eiuſdem generis *pari* poſitum. τὰ δυά-δα notabat: κυλίκων ζεῦγος *Iſter* dixit apud *Athen.* XI, p. 471. B. & in te-ſtamento *Lycon* apud *Diogen Laërt.* V, 72 vid. *Chariton.* VIII, p. 127, 7. & *D'Orvillius* Anim. p. 649. Ταῶν (atque adeo proprie dictorum ὁμοπτέ-ρων) ζεῦγος *Antiphanis* eſt apud *Athen.* IX, p. 397. A. & L. XII, p. 554. D. de duabus ſororibus *Cercidis*: Ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις. A-tridas *Aeſchylus* vocat in Agam. v. 44., ὀχυρὸν ζεῦγος Ἀτρειδᾶν· ubi no-tat *Stanlejus*. Proprie ἅρμα ἐκ δύο ἵππων ἐζευγμένων Græcis ξυνωρὶς dice-batur: ut ζεῦγος, ſic *par filiorum* Oe-dipodis vocatur ξυνωρὶς in Phœn v. 1612. Plura dabit *Weſſelingius* Obſerv. I, c. XXVII. ad ultimum, quem is profert, locum comparari poterit *Eu-ripides* Troad. v. 924 Nummum, cui equi impreſſa erat figura, πῶλον vo-cabant Corinthii; duo tales nummos, puellæ Corinthiæ dandos, ξυνωρίδα venuſtiſſimo loco dixit *Euripides*, quem ex eius ſatyra Scironis ſerva-vit *Pollux* IX, 75. Eadem eſt ratio vocis Ἀπήνας· quia plauſtro *duo* tan-tum *boves* vel alia iumenta, in Græ-cia certe, iungebantur: vid. *Io Schef-ferus* de Re Vehic. II, c. XIX, p. 251. Noſtro iam *fratrum iugo*, quia facies erat & ætas non admodum di-verſa, dedit *Euripides* adpellationem

Ἀπήνας ὁμοπτέρου, vel ὁμοπτέρων· Cur ita legi malim *Strattidis* usus effecit: *Pollux* VI, 156. Ὁμοπτέρους τοὺς ὁμοτρίχους εἰπόντος Εὐριπίδου, Στράττις τοὺς ὁμήλικας εἴρηκεν ὁμοπτέρους. hariolor conversa *Strattidi* & *Polluci* diversa prorsus Tragici loca: *Pollux* respicit versum ex Electra 530, Πολλοῖς δ' ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέρους· hic ὁμόπτεροι sunt ὁμότριχοι, ὁμόχροοι· hoc apud *Hesychium* malim quam ὁμόχροοι: nisi forte posuerit utramque Grammaticus antiquior. Mea sententia verius scripsisset *Pollux*: Ὁμοπτέρους τοὺς ἀδελφοὺς εἰπόντος Εὐριπίδου, Στράττις τοὺς ὁμήλικας εἴρηκεν Ὁμοπτέρους. Comicum acerrimum, cui adeo displicere non potuit præ ceteris (vid. *Abreschius* l. c.) illud ex Electra, locus Phœnissarum sic offendit, ut hoc etiam, suis forsan in Phœnissis, iocose [illegible], ad *Euripidis* imitationem [illegible], [illegible] vocans Ὁμοπτέρους· Alia Phœnissarum *Strattidis* fragmenta, hunc in finem a Comico scripta, suis locis memorabuntur. —— Erunt, quibus scripsisse videbitur *Euripides*: Ἀπήνας ὁμοπτέρων / Τᾶς δ' ἀποζυγείσας δόμων / Πόδον [illegible] —— *[illegible] librorum [illegible], [illegible], lacrymis semper [illegible]*: plerique vulgatis adhærebunt ut scopulo. Forsan ingenium audacius novi quid nobis eruet; huic observata [illegible], & versus e Phœn. 995., Μητρὸς στερηθεὶς, ὀρφανός τ' ἀποζυγείς. legitur in Troasin v. 664., Ἀλλ' οὐδὲ πῶλος, ἥτις ἂν διαζυγῇ Τῆς συντραφείσης, ῥᾳδίως ἕλκει ζυγόν. Ingeniosos nihil movebunt minus acute cogitantium imperiosa censorum [illegible].

Vs. 335. Ὑπὲρ τέρεμνά τ' ἀγχόνας,] Separarunt *Canterus* & *Kingius*, quod in [illegible] & MSS. iunctim legebatur Ὑπερτέρεμνα. *Barnesius*, & *Piersius* ponere maluerunt [illegible] bit adnotatiunculam *Langius* in Specim. p. 405., qua nos docet, placere sibi lectionem Barnesianam: si solam legisset quem tractabat Tragicum, loca saltem advocasset, ut istam nobis scriptionem communiret: hæc diligenter collegit, & de duplici vocis scriptura *Georg.* egit *Arnaldus* Observ. in hunc locum *Euripidis* in Miscell. Obs. VI, p. 595. Ab his diversum sentit *Buttierius*; ,, *scribendum*, ait, *videtur* [illegible] ,, τ' ἀγχόνας· *una voce, quod & Scholiastes insinuare videtur*: Ὑπὲρ τέ- ,, ρεμνα] καὶ εἰς τὰ μετέωρα τῆς ἀγχόνης· ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀνῇξεν. *itaque* ὑπερτέρεμνα *sunt* τὰ μετέωρα, *&* ἀπὸ ,, κοινοῦ *hic intelligendum* ἐφ' ὑπερτέ- ,, ρεμνα [illegible]" Sensum saltem huius loci nititur indagare vir optimus, qui num uni priorum, quos nominabam, consuluerit, in obscuro latet: sed τὰ μετέωρα τῆς ἀγχόνης Græci Grammatici, hæc minus intelligentis, commentum videtur; ad quod ornandum [illegible] poterunt advocari ex Euripidis Helena v. 306. & ex Alcest. v. 229., βρόχῳ δέρην οὐρανίῳ [illegible], quod interpretantur [illegible]. Sed [illegible] vel [illegible] semper apud *Euripiden* & alios vel *tecta* sunt domorum, vel *ædes* ipsæ, *tecta* quæque Latinis dicta; tamen in *Lycophronis* v. 350., Ἄνις τεράμνων, redditur *carens cœnaculis*: sed ἄνις meo iudicio Græcum non est: corrigo, Εὖνις, τεράμνων εἰς ἀνώροφον στέγην Εἱρκτῆς. Primum εὖνις ad præcedentia pertinet: deinde τὸ ἄστεγον οἴκημα solemni luxuria dixit τεράμνων ἀνώροφον στέγην· *Scaliger*: *Tecto carentis & lacunari domus*. *tecta* vocat & alibi τέρεμνα *Lycophron*. *Euripidis* Oedipus ἀνῇξε μὲν ξίφους / Ἐπ' αὐτόχειρά τε σφαγὰν, / Ὑπὲρ τέρεμνα τ' ἀγχόνας, *tum [illegible] arriperet, quo [illegible] traiiceret*, Ὑπὲρ τέρεμνα τ' [ἀνῇξεν ἐπ'] ἀγχόνας, vel ἀγχόνας, *tum superadscen-*

ſcendens tecta (ubi ſemotus eſſet ab arbitris) *ruit in laqueos.* In *Maximi Tyr.* XXVI, 9. *ἦξαν —— ἐπὶ βρόχον* reponenti *Perizonio* ad *Ael.* V. H. III, XLII. p. 313. obtemperare debuerant *Daviſius* & *Marklandus.* Noſtri loci ſenſum cepit Paraphraſtes, qui forte ſcripſit *ἀγχονὰς* non *ἀγχόνας·* differunt enim [illegible] & [illegible] ſecundum Scholiaſten etiam *Euripidis* ad Androm. v. 816, ubi *ξίφη* memorantur & [illegible], quorum hoc multo cenſebatur ignominioſius; in Helen. v. 306, & 308, ſic opponuntur *ἀγχόναι* vel *ἀγχοναὶ* & *σφαγαί.* Scholiaſtes in *Pind.* Olymp. I, v. 97. *τρία λέγονται κοινῶς, καὶ τὰ πρὸς θάνατον συνεργοῦντα· ξίφος, ἀγχόνη, κρημνός. Σοφοκλῆς, Λύσω γὰρ, εἰ καὶ τῶν τριῶν ἓν οἴσομαι.* Inprimis ærumnoſis *ἀγχόνη* credebatur *τὸ φάρμακον·* ſapientior *Euripides* apud *Stobæum* Tit. XCVII, p. 538, 7.

Ὅστις δὲ λύπας φησὶ πημαίνειν βροτοὺς,
Δεῖν δ' ἀγχονᾶσθαι, καὶ πετρῶν ῥιπτεῖν
Οὐκ ἐν σοφοῖσίν ἐστιν. (*ἄπο*,

Emendationem verſus ſecundi *Io.* noſtrum *Pierſonum* Veriſim. p. 140. præcepiſſe lætor.

Vs. 337, 38. *Σὺν ἀλαλαγαῖς δ' αἰχμάτων / Αἰὲν σκοτίᾳ κρύπτεται.*] *Kingianam* lectionem, *Langio* quoque probatam, repræſentavi, quod veram omnium accederet proxime: quibus illa ſit in Codd. reperta, latet: in Leidenſium optimo legitur, *Σὺν ἀλλαλαγαῖσι δ' αἰὲν αἰχμάτων σ. κ.* in altero, *Σὺν ἀλαλλαγαῖσιν· αἰὲν δ' αἰχμάτων σ. κ. Barneſius* e Mſ. vulgavit *Σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰὲν αἰχμάτων / Σκοτίᾳ κρύπτεται.* atque ita legitur in Mſ. Flor. *Grotius*, e Codd. opinor, dederat; *Σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰχμάτων / Αἰὲν σκοτίᾳ κρύπτεται.* hoc *Pierſius* expreſſit. ante *Grotium* hæc fuit [illegible] ſcriptura: *Σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰχμάτων / Σκοτίᾳ κρύπτεται·* una tantum inſtructum *Samuelem* ſane miror [illegible] lectiones eruere potuiſſe Kingianus, ſolius Scholiaſtæ [illegible]: corrigebat ille: *Σὺν ἀλαλαγαῖς δ' αἰχμάτων / (Αἰεὶ) σκοτίᾳ κρύπτεται.* ad hoc colon ſequentia notans: „ *Primus verſus 39 pes eſſe debet ἰωνικὸς ἀπὸ μείζονος· itaque quædam vox hic deſideratur: forte αἰεὶ vel alia quædam:*" hæc autem, ad præcedens colon: „ *ſi prior pes debet eſſe* [illegible] *locum habere non poteſt; forte ἀλαλαγαῖς legendum: verbum* [illegible] *de triſti & læta re uſurpatur; itaque etiam* [illegible] *videtur ita uſurpari poſſe.*" Hanc lectionem vix dubito quin ſequutus ſit Schol. metricus; præterea Grammaticus, cuius e Cantabrig. Cod. Scholion edidit *Kingius*: eadem enim eſt interpretatio *Scholiaſtæ* in *Sophoclis* Trachin. v. 209. *Ἀνολόλυξον —— Ἐφεστίοις ἀλαλαγαῖς· lætis acclamationibus*: hanc formam alibi me legere non memini: frequentius eſt, eo quoque ſenſu, quo hic capiendum eſſet *ἀλαλαγαῖς*, *ὀλολυγὴ ululatus*: ſed ſæpe tamen, ut notum, *ἀλαλάζειν* & *ὀλολύζειν* inter ſe permutantur, tam in re læta, quam in mœrore triſta: hoc præter ceteros oſtendit Celeberr. [illegible] in *Job* p. 278. noſtri quoque loci memor: *Euſtathius* hic invenerat *ἀλαλαῖς·* nam ad *Hom.* Il. Δ, p. 377, 1. *ὁ ἀλαλητὸς*, ait, *προσεταιρίζεται καὶ τὴν τραγῳδικὴν ἀλαλήν. οἷον Ἀλαλαῖς αἰχμάτων' ἴσως* [illegible] *ἀλαλάζειν.* noverat & alibi legi: *Τὸν ἀλαλαγμὸν*, inquit in Il. Ξ, p. 990, 2. *Ἀλαλὰν λέγουσιν οἱ Δωριεῖς, βοὴν οὖσαν πρὸ μάχης, χρῆσις δὲ αὐτῆς ἐν τῷ, Κλῦθ' ἀλαλὰ πολέμου θύγατερ, ἐγχέων προοίμιον·* quem locum, a *Plutarcho* partim quoque prolatum T. II, p. 483. D. deſcripſit ex Epitome (non enim legerat integrum opus) *Athenæi* I, p. 19, A. apud quem X, p. 421. D. in *Phœnicis*

cis

cis Colophonii choliambo *κάλλαλὴ* ponendum. *Pindarus* Nem. III, v. 94. *δοσίκτυπον* dixit *ἀλαλὰν Λυκίων τε καὶ Φρυγῶν. barbaricum ululatum*, *Quinctil.* Declam. III, p. 65. *Eurip.* Helena v. 1360. *Λύπαν ἐξαλλάξατ' ἀλαλᾷ*, *læto clamore luctum mutate*: *Ariſtoph.* Avibus v. 954, 1761. Lyſiſtr. v. 1293. Sed nihil horum, ut equidem arbitror, ſic adfirmare poterit vel *ἀλαγχαῖς* vel *ἀλαλαγχαῖς*, ut non conſideratius Euripidea ſpectanti leviter hoc colon videatur in meliorem ſenſum ſic commutandum: *Ἐναλλαγχαῖς δ' αἰαγμάτων*· hoc ſane proximum ad illam *Kingii*, ſive Codicum ſcripturam: at verſus tum non erit choriambicus dimeter acatalectus, qualem Scholiaſta deſignabat, verum, quales proximi huius Strophes, iambicus dimeter acatalecticus: ſic autem ab huius placitis reſilire mihi quidem religio non eſt, qui noverim veteres cola ſæpius alio modo ſeparaſſe, quam fecere recentiores: exemplo ſit colon, ſecundum Scholiaſten, huius Strophes 47, quod in duo ſeparatunt omn: *Etymologici* M. Auctor p. 285, 26. *Δοχμιακός, εἶδος μέτρου ἀντισπαστικοῦ' ἔστι δὲ μονόμετρον ὑπερκατάληκτον. οἷον· Ἐγὼ δ' οὔτέ σοι· ἔστι δ' Εὐριπίδου Φοινισσῶν.* conf. *Hephæſtion* p. 33, 4. & Schol. in *Aeſch.* Theb. v. 129. & 103. Hoc impedimento remoto, nonnullis forſan illud noſtrum, *Ἐναλλαγχαῖς δ' αἰαγμάτων Αἰὲν σκοτίᾳ κρύπτεται*, tragicum & hac in ſede convenientiſſimum videbitur: *lamentis autem variatis, ſemper tenebris occultatur.* In eodem ſemper carcere clauſus, lamenta tamen variabat Oedipus; ut in Iphig. Aul. v. 1101, Iphigenia dicitur *Πολλὰς ἱεῖσα μεταβολὰς ὀδυρμάτων.*

Vs. 339. *Σὲ δ', ὦ τέκνον, καὶ —— γάμοισι δὴ κλύω*] Senario ſyllaba deerat in Editis & Mſſ. certe Batavis; niſi quod *Kingius*, incertum qua auctoritate, dederit, *Σὲ δ', ὦ τέκνον, τὲ καὶ γάμοισι δὴ κλύω*· illud *τὲ*, ſi vel decem niteretur Codicibus antiquiſſimis, eo non minus eſſet a genio ſermonis Græci prorſus alienum hac ſede. Multo melius ſcriberetur: *Σὲ δ', ὦ τέκνον, τί καὶ γάμοισι δὴ κλύω* — ſæpius enim iunguntur *τί δή*; — ſed *Euripiden* ſcripſiſſe cenſeo: *Σὲ δ', ὦ τέκνον, καινοῖς γάμοισι δὴ κλύω Ζυγέντα, παιδοποιὸν ἁδονὰν Ξένοισιν ἐν δόμοις ἔχειν, Ξένον τε κῆδος ἀμφέπειν.* hæc eſt *Joannis* noſtri *Pierſoni* conjectura feliciſſima, *καὶ* mutantis in *καινοῖς*. Quæ lectionis iſtius veritatem adfirment, ponam *Sophoclis* & *Statii* verba, de eodem Polynice loquentium: *Sophocles* Oed. in Colono v. 370. *Τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγὰς, προσλαμβάνει Καινόν τε κῆδος* (Adraſtum) *καὶ ξυνασπιστὰς φίλους*· *Statius* II Theb. v. 108. —— *iamque ille novis (ſcit fama) ſuperbit Connubiis, viresque parat, quis regna capeſſat*: pro *ſuperbus*, e Codd. alterum recte fuit repoſitum in Miſcell. Obſerv. Vol. I, p. 186.

Vs. 343, 44. (*Ἄλαστα ματρὶ τάδε, / Λαΐῳ τε τῷ παλαιγενεῖ*)] Quæ poſtea ſequuntur, *Γάμων ἄταν ἀτεν*, ad ea pertinent quæ præceſſerant, *Ξένον τε κῆδος ἀμφέπειν.* eo ſignis poſitis, quæ Iocaſta mater indignabunda his interiecerat, a ſequentibus ſeparavi: viderant hoc Grammatici, locumque recte ceperunt. In colis ſeparandis *Canterum* ſequutus ſum; at in eorum alterum pro *σῷ* recepi *τῷ*· hoc in Mſſ. eſt Leid. & Flor. atque in ſuis invenerant *Grotius*, & *Kingius*, qui cola ſeparavit: *Ἄλαστα ματρὶ τάδε Λα- / Ἰῳ τε τῷ παλαιγενεῖ.* / Ne ſic quidem colon 44 par erit vicinis dimetris iambicis; niſi *τάδε* commutetur in *τᾶδε*· *huicce matri*, id eſt *mihi*: *Battierius* legebat: *Ἄλαστα ματρὶ*

τρὶ σᾶ τάδε] Λαΐῳ τε σῷ παλαιγενεῖ. Vulgata designatis a Metrico minus congruere malo, quam sine Codicibus Euripidea temerari. Λάϊος non solet in duas syllabas contrahi: Sed cur obsecro *Laïus* eximie diceretur ὁ παλαιγενής? erat avus Polynicis, atque eo quis forte suspicaretur corrigendum σῷ πάλαι γονεῖ. Mihi prorsus hic *Laïi* videtur incommoda mentio: is scilicet! nuptias iuvenis curaret, quem illic etiam detestabatur. Suspicor *veteris Cadmi* (sic *Statius* Theb. III, 183) nomen hic antiquitus positum, atque ita locum restituendum: Ἄλαστα ματρὶ σᾶ τάδε Κάδμῳ τε τῷ παλαιγενεῖ. Thebani vocantur initio *Sophoclis* Oed. Tyr. τέκνα Κάδμου τοῦ πάλαι.

Vs. 346, 47. Ἐγὼ δ' οὔτέ σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς / Νόμιμον ἐν γάμοις] Qui de tædis egere iugalibus, antiquitus a matre filiæ nubenti prælatis, recentiorum nonnulli hæc attulerunt *Euripidea*, quæ veteres etiam transscripsere Grammatici, *Scholiastæ* scilicet in *Apollon. Rhod.* IV, V, 808. & in *Aeschyli* septem adversus Thebas v. 103. ille quidem ad eumdem ritum illustrandum. Non viderant, opinor, viri Docti, nostrum *Euripidæ* locum sic in Phœnissas suas transtulisse *Senecam*, v. 505. —— *non te duxit in thalamos parens Comitata primos, nec sua festas manu Ornavit ædes, nec sua lætas faces Vitta revinxit.* —— In duobus legitur MSS. Batavis, Ἐγὼ δ' οὔτι σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς· (in Scholiis ad *Aesch.* Ἐγὼ δ' οὔτε σοι π. α. Φ.) quia non sequitur οὔτε, poterit οὔ τι præferendum videri; præeunt certe *Feithius* A. H. II, c. XIV. quocum conf. *Jan. Gebhardi* Crepund. III, c. XII. *Io.* *Elsnerus*, Obs. S. I, p. 114. mihi melior videtur vulgata: post primum illud οὔτε sequi debuerat οὔτε Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη· sed nativa venustate structuram variavit perturbata Iocaste. Hoc si leve videbitur, ut est, quam tamen *Plutarchus* hic subministrat lectionem, digna sanequam est attentius spectari: bis legitur in Phœnissis νόμιμον· bina loca protulit *Plutarchus*; sed, quod mireris, in neutro νόμιμον, in altero μόνιμον comparet, in hoc autem γόνιμον. utraque lectio talis est, ut ab ipso *Plutarcho*, si non a scenico Philosopho, profecta videatur: Ut alia scilicet e Phœnissis, hanc quoque Iocastæ querelam libro de Exilio ridet *Plutarchus* p. 606. F. τὰ τῆς μητρὸς ὀλοφυρομένης, (Ἐγὼ δέ σοι οὔτε πῦρ ἀνῆψα γόνιμον ἐν γάμοις, ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη λουτροφόρου χλιδᾶς) Ταύτην ἔδει χαίρειν καὶ ἀγαπᾶν, πυνθανομένην ναίοντα βασίλεια τηλικαῦτα τὸν υἱόν· ἡ δὲ, θρηνοῦσα τὴν οὐκ ἀναφθεῖσαν λαμπάδα, καὶ τὸν οὐ παρασχόντα λουτρὸν Ἰσμηνὸν, ὡς ἐν Ἄργει μήτε ὕδωρ τῶν γαμούντων, μήτε πῦρ ἐχόντων, τὰ τοῦ τύφου κακὰ καὶ τῆς ἀβελτερίας τῇ φυγῇ περιτίθησι. *Plutarchi* verba *Gasparus Stiblinus* attulit Annot. in Phœn. & diversam a vulgata lectionem γόνιμον commemoravit, procul omni dubio monitus a præceptore suo *Ioanne Hartungo*, quem alicubi scribit Phœnissas interpretatum: observatum autem illud ab *Hartungo*, liquet ex huius Decuria prima locorum memorab. cap. I. Thes. Crit. T. II, p. 634. Confer. p. 654. *Acute Plutarchum de hoc Poeta* [illegible] *ferere*, non erat cur [illegible] *fius*: mihi quidem [illegible] videtur crimen [illegible]; [illegible] infamis Euripidea Iocaste, ut *Plutarcho* dici meruerit θρηνοῦσα [illegible] φθεῖσαν λαμπα[illegible]: [illegible] iugalem [illegible]; [illegible] d [illegible] [illegible] legitimum munus, [illegible] tamen in [illegible] præceptum: [illegible] Philosophi [illegible] tredia, quæ [illegible] te-

teriam: ὡς πρέπει ματρὶ μακαρίᾳ. Hæc tamen ipsa me movent ad eius lectionem γόνιμον non temere reiiciendam; quam damnasse videntur *Barnes.* & *L. Bos* Exerc. S. p. 185. Vulgatæ primum favere videtur ad hunc morem sæpius excitatus locus ex *Eurip.* Iph. Aul. v. 732, ubi, quis facem filiæ iugalem tolleret, interroganti Clytæmnestræ respondet Agamemnon: Ἐγὼ παρέξω φῶς, ὃ νυμφίοις πρέπει. tum illa: Οὐχ ὁ νόμος οὗτος, καὶ σὺ φαῦλ' ἡγεῖ τάδε. voculam incommodam versui sustuli: tantumdem enim hoc valet ac si dixisset, Οὐ τοῦτο νόμιμον. Sed, si nostro loco νόμιμον posuit *Euripides*, quid ista præterea significabunt, Ὡς πρέπει ματρὶ μακαρίᾳ; nihil enim interest, utrum hic ὡς πρέπει dicatur, an ὡς νόμιμόν ἐστι, vel ὡς νενόμισται, quod postremum est *Theocriti*, XXIV, 95. Hanc ob causam placet in hac sede γόνιμον· In Erotico *Plutarchi* p. 764. B. sole dicitur deferri, sicut & Amore, θερμότης γλυκεῖα καὶ γόνιμος, *dulcis calor & genitalis*, qui vel corpus vel animum fœcundat. Fax nubentibus prælata semper erat ominosa: *Propertius* IV. El. III, 13. *Quæ mihi deductæ fax omen prætulit*: si minus essent nuptiæ fortunatæ, faces maritales gestasse credebantur Eumenides; si fortunatæ, Pronuba Iuno vel Venus: si facem Venus ipsa ventilasset, amor non tantum durabilis portendebatur, sed inprimis censebatur πυρὸς φῶς γόνιμον, *genitale lumen iugalis ignis*, & lætum omen fœcunditatis, calore potissimum adumbratæ. vid. *Barthius* ad *Nemesian.* Cyneg. v. 16. & *Weitzius* ad *Valer. Flacc.* VIII, v. 245. Aqua, de patrio flumine sumta, se adspergebant, συμβολικῶς παιδοποιΐαν εὐχόμενοι, ἐπεὶ ζωοποιὸν τὸ ὕδωρ καὶ γόνιμον, ut scribit Scholiastes ad v. 349, in Aug. Cod.

Vs. 352. Ἐσιγάθη σᾶς εἴσοδος νύμφας.] Duplex olim librorum fuit lectio: Scholiastes, γράφεται, inquit, καὶ Ἐσιγάθησαν. Quod apud *Hesychium* legitur, Ἐσιγάθη, hinc derivatum putat *Abreschius*, variam quoque lectionem e Scholiis commemorans: bis Doctissimo viro tributum fuit Ἐσιγάθησαν εἴσοδον· scripserat is, ni fallor, εἰσόδοι· hæc saltem veterum quorumdam Codicum fuisse videtur lectio: Ἐσιγάθησαν εἴσοδοι νύμφας· qua recepta, versus marcebit antispasticus; sed pes secundus erit diiambus: εἴσοδον, quod habet Ms Flor. antiquæ præfert lectionis vestigium.

Vs. 353. Ὄλοιτο τάδ'] Corrigendum arbitror: Ὄλοιθ' ὁ τάδ'· εἴτε σίδαρος Εἴτ' ἔρις, εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος. *Pereat, qui haec*: vel, *Male sit illi, qui haec*: nempe mala primus invexit: dicere potuisset: Ὄλοιθ' ὁ τάδε μησάμενος. *Soph.* Electra v. 126. Ὡς ὁ τάδε πορὼν Ὄλοιτ', εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾶν. *Eurip.* Rhes. 875. Ὄλοιθ' ὁ δράσας. istiusmodi significatus participium si subaudias, iratæ congruit inprimis indignantique Iocastæ hæc ἀποσιώπησις, ni simplex dicenda sit potius ellipsis; quales in quotidiano sermone plurimas obtinuisse credibile est. Non dissimilis locum habet ellipsis in blandientium formula, μὴ σύ γ', apud *Aristophanem*, Tragicos, sed in communi sermone quoque satis usitata, significante: *noli, quæso te, hoc facere*. vel, *ne hoc, obsecro te, facias*. Iratis autem ellipticam orationem sæpius *Homerum* tribuisse, plus semel animadvertit *Eustathius*; in Od. II, p. 610, 14. & in Il. x, p. 1340, 2. σημείωσαι, inquit, ὅτι αὐτὸς ὁ ποιητὴς ἐνταῦθα, συσχηματισθεὶς οἷον τῷ πράγματι, ὑπεσημήνατο τὴν τοῦ λόγου ἔλλειψιν προσφυῶς γενέσθαι τῷ χόλῳ τῆς Ἥρας, οὐ ἴσον μὴ κρατεῖν ὀρθῆς φράσεως —— Vulgata lectio, Ὄλοιτο τάδ', *ista pereant*, defensorem forte non inveniet, præ-

præter veteres Grammaticos; his qui Linguam tamen patriam fuisse, quam tractabant, contenderit, haud malum errat opinione sua. Cui religio non erit a Metrico dissentire, forsan hic eo præferat "Ὄλοιθ' ὃς τάδ', verbo, non participio, subaudito, quia sic [illegible] Tragici: *Aeschylus* Theb. v. 458. "Ὄλοιθ' ὃς πόλει μεγάλ' ἐπεύχεται. *Sophocles* Oed. Tyr. v. 1353. "Ὄλοιθ' ὅστις ἦν ὃς ἀπ' ἀγρίας πέδας / Νομάδος ἐπιποδίας / Μ' ἔλυσεν, ἀπό τε φόνου / Ἔῤῥυτο κἀνέσωσεν. sic locus [illegible] plenior, quam in editis, legitur in optimo sane Codice Regio, quem Parisiis nactum Cel. [illegible] *Hemsterhusius* adhibuit. conf. *Eurip.* Rheso v. 906, 908. Hippol. v. 407. Quod verbum supplendum nostro loco relinquatur, [illegible] drama plura [illegible], e quibus eligat, vel ἐμήσατο, vel ἔπραξε, vel ἐτελεύτησε. Legitur in Phœn. v. 805. Ἦ δεινά τις ἔρις θεὸς, ἃ τάδε Μήσατο πήματα γᾶς βασιλεῦσι. Vs. 1038. φόνιος ἐκ θεῶν, Ὃς τάδ' ἦν ὁ πράξας. Vs. 1073. Πάντα δ' ἐν ἄμματι τῷδε συνάγαγεν [illegible]. Ὦ πάτερ, ὅς γε τάδε τελευτᾷ. In his cum Deus ut auctor malorum consideretur, manifestum est, cur hic, postquam dixerat, "Ὄλοιθ' ὁ τάδ', aut ὃς τάδ', ne impia videretur in Deum, sese reprehendat, & corrigat: εἴτε σίδαρος, / Εἴτ' ἔρις, εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος. —— Cum ultimo Strophes colo, lucis adhuc indigo, comparari poterit e *Senecæ* Troasin v. 1061, [illegible]

Vs. 358. Δεινὸν γυναιξὶν αἱ δι' ὠδίνων γοναὶ, Καὶ —] *Eustathius* de Ismenia & Ismenes Amor. VI, p. 226. ὡς δὲ καὶ γυναιξὶ δεινὸν, κατὰ τὴν παροιμίαν, αἱ δι' ὠδίνων γοναὶ, ἄλλαι μητέρες συμμαρτυρήσουσιν. alius scripsisset ἄσαι μητ[illegible], *Eustathium* tamen dedisse suspicor κατὰ τὴν τραγῳδίαν, sicuti scribit p. 221, 314, 361. Huius dicti varia leguntur in Scholiis interpretamenta; quorum unum aptissimum: καὶ τοι τῶν γονῶν ἐπωδύνων οὐσῶν, ὅμως φιλότεκνοί εἰσιν αἱ γυναῖκες. duo loca hanc in rem prolata lectori satisfecissent, *Sophocles* in Electra v. 772. Δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστίν· οὐδὲ γὰρ κακῶς Πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ [illegible] tror: οὐδὲ καὶ κακῶς Π. *tamen neque iniuriam* [illegible] *mater*, *quos peperit*, [illegible] vis in simillimo loco *Euripidis* Iphig. Aul. v. 917. Δεινὸν τὸ τίκτειν· καὶ φέρει φίλτρον μέγα, Πᾶσίν τε κοινὸν, ὥσθ' ὑπερκάμνειν τέκνων. hunc locum, ni fallor, attulerat Scholiastes antiquus; eius enim in Scholio, quod vulgavit *Kingius*, recentioris, observari poterunt vestigia.

Vs. 360, — 363. Λόγοισι χαίρει, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖσ' ἔχει.] Hos quatuor senarios ad Titulum XXXIX, περὶ πατρίδος, retulit *Stobaeus*, ubi p. 227, 8. genuina vocum forma legebatur, quæ ante *Kingium* in Doricas, Ματερ & ἀφικόμαν, corrupta prostabat in Edd. Euripideis. quid de talibus esset sentiendum alibi fuit disputatum. Versum 363 *Thomas M.* profert in v. [illegible] vir Doctus in Miscell. Obs. Vol. III, p. 108. Qui peregrinam regionem anteponit patriæ, Λόγοισι χαίρει, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖσ' ἔχει, *verba profundit*, *a quibus diversum sentit.* *Eupolidis* Adulator apud *Athen.* VI, p. 236. F. Κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ, / Καὶ καταπλήττομαι, δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν. *Neque probare prafero*, *quin velut obstupesco* sic [illegible] p. 57, Καὶ ξυνεγενόμην ἀεὶ τοῖς [illegible] [illegible] in isto versu [illegible]

χαίρειν non debuerat repræsentari. Eupolidea Casaubonus ad Theophrasti Char. p. 24. contulit; in quo propterea prætulerim alteram Summi viri coniecturam, ἐπαινέσαι δὲ ἄκοντα, quasi vero δοκοῦντα τοῖς λόγοις χαίρειν. *verbis hominem laudans, eius corde premit contemtum.* *Theognis* v. 87. Μή μ' ἔπεσιν μὲν στέργε, νόον δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλῃ, vid. *Euripidis* Androm. v. 451, 452, cuius dicti vim *Iac. Nic. Loensis* enervavit: quod hic λόγοισι χαίρειν, alibi dixit γλώσσῃ χαρίζεσθαι, Orestis v. 1514, Δειλία γλώσσῃ χαρίζῃ, τἄνδον οὐχ οὕτω φρονῶν. quod legitur in Scholiis, χαριτογλωττίζειν, alias χαριτογλωσσεῖν & γλωσσοχαριτοῦν dicebatur. —— Notatu non est indignum, in Mſ. Flor. deesse versus 362 & 363. Quam ob rem male fuerint hi duo versus omissi, Doctis obscurum esse nequit: minus etiam periti, quid sibi sæpius evenerit cogitantes, idem olim accidisse non mirabuntur: quum librarius in fine versus 361 posuisset ἔχει, in eadem autem voce versus desineret 363, huc oculo aberrante, omisit intermedia: in *Euripidis* Florentino Codice sæpius, ob eamdem semper rationem, aliquot fuere versus omissi; in Phœn. qui versum sequuntur 1007 sex continui; in Medea versus 718 & tres sequentes, ob γονὰς repetitum: ob verbum ἀντιλήψεται bis ab *Euripide* positum omisit librarius in Androm. v. 742. & 743. ob vocabulum δόμοις, ibidem versum 933 & 934. propter duas tantum syllabas similes vocum ὀμμάτων & δωμάτων in eodem dramate sex versus omiserat librarius 1068 —— 1073. Pronomen αὐτὸν medio versu 1084. Hippolyti collocatum, nec non versu 1087 fecit, ut intermedia, alias minime negligentissimus scriptor, transiliret, coniungens ista hæc: Οὐχ ἕλξετ' αὐτόν, εἶπον. — Hoc errorum fonte derivata clades plurima procul dubio, quin integras nobis interdum columnas intercepit, atque ea veterum locis intulit vulnera, quæ sine Codicum fideliorum subsidio resarciri non possint: illinc ortas lacunas, præter *D'Orvillium* in *Charit.* p. 552, 553, e Codd. Mſſ. passim Librorum Editores suppleverunt. In Euripideis istiusmodi defectus plures esse, quam in aliis Poëtis, eo credibile videtur, quia, quod hi plerique saltem evitarunt, versus in eadem voce desinentes sæpenumero vicinos collocare non dubitavit, nimis quoque frequens in universum in iisdem repetendis. Locus in quo versamur esse poterit exemplo: verbum ἀφικόμην claudit versus 360, 364, 369. Centum exempla, quæ sunt ad manum, proferri possent; nisi propter eam ipsam rationem rectius videretur, doctis notissima non adposuisse.

Vs. 364. Οὕτω δὲ τάρβους εἰς φόβον τ' ἀφικόμην,] Incertum, utrum e scripto Codice *Grotius*, an ex ingenio vulgarit: Οὕτω δὲ τάρβος εἰς φόβον τ' ἀφ. nam casu factum aut operarum vitio non opinor; quoniam sic quoque legisse videtur Scholiasta recentior, non tantum explicans, εἰς τοῦτο ἤγουν εἰς τοσοῦτο τάρβος ἀφικόμην, sed, postquam τάρβος & φόβον diversa designare monuerat, addens: τάρβος οὖν χρὴ γράφειν καὶ ἐνταῦθα. Vetus Grammaticus sinceram sine dubio scripturam vulgatam, Οὕτω δὲ τάρβους, εἰς φόβον τ' optime explicat: εἰς τοσοῦτο τοῦ τάρβους καὶ εἰς φόβον τοσοῦτον ἀφικόμην. In multis loquendi formulis, in quibus legitur εἰς τοῦτο vel εἰς τοσοῦτον, — ὥστε, — paululum tantum variata structura, locum reperit οὕτω· nihil interest, utrum dicatur: Οὕτως εἰσὶν ἀμαθεῖς, ὥστ' — an εἰς τοσοῦτον ἥκουν ἀμαθίας, ὥστε — *in tantum processerunt amentiæ;* *Plato* Lyside p. 218. A. memorat τοὺς οὕτως ἀγνοίας ἔχον-

ἔχοντας, ὥστε κακοὺς εἶναι. vulgatur ἀγ[illegible]. Nihil [illegible] refert, utrum dicas ἐς τόδε ἡλικίας ἥκοντα. cum *Herodoto* VII, [illegible] XVIII. [illegible] οὕτως ἔχοντα. *Gregor. Nazianzen.* Epist. LXIII, p. 820. A. καὶ ἡλικίας οὕτως ἔχεις, ὡς ἤδη τὰ πάθη κλίνεσθαι. Hujus est in Orat. XX, p. 319. C. παρασκευῆς — οὕτως εἶχον καὶ γνώμης. aliorum etiam. οὕτως ἔχω δόξης. conf. Celeb. *Hemsterhusius* ad *Luciani* Nigrin. p. 38, 8, Rarius, quod legitur in Eurip. Heraclid. v. 214, Γένους μὲν ἥκεις ὧδε (id est οὕτω) τοῖσδε, Δημοφῶν. Frustra vetus interpres copulam τε censebat in hoc versu supervacuam. Ut origine, sic significatu differunt τάρβος *terror*, & φόβος *metus*. *Aeschylus* Supplic. v. 744. Περίφοβον μ' ἔχει τάρβος. *Sophocles* Trachin. v 179, *metu*, *futuri* nempe *mali*, *territam*, Φόβῳ dixit ταρβοῦσαν. *Euripides* Herc. Fur. v. 971. ταρβοῦντες φόβῳ.

Vs. 368. Σπονδαί τε καὶ σὴ πίστις, ἥ μ' εἰσήγαγε] Legitur in Flor. Mf. εἰσήγαγες, quod adeo non spernendum, ut mihi quidem genuinum videatur; si minus [illegible], vetustum tamen apparebit. Est in eodem Codice similis huic egregia sanequam lectio: Hecubæ versus 501 vulgatur: Ἔα, τίς οὗτος, σῶμα τοὐμὸν οὐκ ἐᾷ Κεῖσθαι; scribi debet e Flor οὐκ ἐᾷς· præterea poni malim: Ἔα, τίς; οὗτος σῶμα τοὐμὸν οὐκ ἐᾷς Κεῖσθαι· nam οὗτος hic est, ὦ οὗτος, vel οὗτος σύ.

Vs. 373. Ναίω, δι' ὄσσων ὄμμ' ἔχων δακρυῤῥοοῦν.] His vetus insidet ni fallor menda, quæ lectoribus attentis sæpe fuit offendiculo: Græce minus periti procul dubio mirabantur *aspectum per oculos lacrymantem*; ridebunt *vultum oculis madentem*, *Kingii*: Hæccine castigatissimis ingeniis imputari! Quis, obsecro, dixit uspiam ὄμμα δι' ὄσσων δακρυῤῥοοῦν; quis, quod ullam habeat cum istis similitudinem? ὄσσων ὄμμα, quamvis a me nuspiam lectum, si [illegible]c [illegible] in grandissimo collocaretur chorico cantu, non adeo quidem offenderet; sed hæc nostra qui sic, ut sunt vulgata, recte poni contend[illegible] [illegible] in haud desiderem. Graviter *Aeschylus* [illegible]. Δακρυσίσταχτον δ' ἀπ' [illegible] Hippol. [illegible] verbum inde formatum etiam innotuit. Illud [illegible] versus [illegible] ritas: præter Scholiasten, *[illegible]* ita legit in *Hom.* Il. Γ, p. 328. v. 21. ubi formam vocis ὄσσος masculinam & aliunde firmat, ἀπό τε τῆς πληθυντικῆς γενικῆς, ἣ παρ' Εὐριπίδῃ κεῖται ἐν τῷ, —— δι' ὄσσων ὄμμ' ἔχω [illegible] ἔνθα, ait, ζήτει διαφορὰν ὄσσων καὶ ὄμματος. Hinc saltem variam lectionem lucremur ἔχω nihil e Codicibus enotatur diversitatis: in optimo Leidensi scribitur Ναίω, δ' ἴσσων ὄμμ' ne hoc quidem de nihilo; vitii namque sedes esse videtur in istis Ναίω δι' ὄσσων. Corrigo:

—— —— ξένην πόλιν

Ναίων, ἀειδὲς ὄμμ' ἔχω δακρυῤῥοοῦν.

hujus lectionis vestigia Cr[illegible] in depravatis illis ΔΙ. occ animadvertet. Fundus emendationis est in Hesychiana nota, nisi fallor, ad hunc ipsum locum *Euripidis* conformata: Ἀει[illegible], ἀφανὲς, [illegible] cui certe congruunt interpretamenta, si capiatur ἀφανὲς eo sensu, quo recentiores ἀφανίζειν adhibuere: vid. *T. H.* in

 Mi-

Miscell. Obs. v. III, p. 411. *Eustathius* in Od. Z, p. 261, 12. αὐχμοῦ πινκρότης, inquit, καὶ κακὰ σπεῖρα, τὸ λαμπρὸν εἶδος ἀφανίζουσιν. Idem in *Homeri* Od. T, v. 203. Μηκέτι νῦν χρόα καλὸν ἐναίρεο —— observat p. 695, 33, verbum ἐναίρειν significare τὸ ἀφανίζειν ἢ αἰσχύνειν. ὄντως γὰρ (sic scribendum) ἐναίρεται χροῦς καλὸς δακρύσιν, αἰσχρὸς δηλαδὴ ἀντὶ καλοῦ ἤγουν εὐειδοῦς γινόμενος. quæ possunt in nostrum locum apte transferri: mœrore conciderat vultus Polynicis, & lacrymis inprimis fuerat deformatus: olim αὐχμηρὸς, exsul, patriæque sibi debitum regnum usque cogitans, contraxerat ἀειδὲς δέμας. Alcestis tamen in Euripidea v. 171, in malis erat ἀστένακτος, οὐδὲ τοὐπιὸν Κακὸν μεθίστη χρωτὸς εὐειδῆ φύσιν. Proprie quidem erat 'Αειδὴς, ὁ μὴ ἔχων δέμας· uti legitur in *Cyrilli* Lexico MS. ubi, quod eadem exhibet pagina cum eadem expositione, 'Αδὴς deleri poterit in libro Leidensi. Ut δύσμορφος & ἄμορφος, ita δυσειδὴς & ἀειδὴς idem prorsus valent, δυσπρόσωπος & ἀπρόσωπος· quorum illud in *Sophoclis* est Oed. posteriori v. 278. hoc eodem sensu legitur in Charmide *Platonis* p. 154. D. οὗτος, εἰ ἐθέλει ἀποδῦναι, δόξει σοὶ ἀπρόσωπος εἶναι· οὕτως τὸ εἶδος πάγκαλός ἐστιν. Sophistica recentiorum elegantia diceretur ἐπ' αὐτῆς δὲ ὅλος πρόσωπον φαίνεται. *Statii* Theb. VI, 573 cum Parthenopaeus, cursu certaturus, vestes posuisset, *Effulsere artus, —— lucentesque humeri, nec pectora nudis Deteriora genis; latuitque in corpore vultus.* *Sophocles* apud *Stobaeum* p. 503, 37. de opum vi: Καὶ γὰρ δυσειδὲς σῶμα, καὶ δυσώνυμον Γλώσσῃ, σοφὸν τίθησιν, εὔμορφόν τ' ἰδεῖν. ubi figura potest observari, quam vocant Χιασμὸν, quam quoque sic etiam dixerat cum ceteris *Moschopul.* in Il. B, v. 212. nam pro χιλιασμὸν corrigendum ibi χιασμὸν, olim me monuit Clar. *Jo. Jac. Schultensius*, in hoc etiam literarum genere iam tum peritissimus. Hæc si nihil ad *Euripiden* faciunt, ne illud quidem omittam, male viros Doctos ad *Hesychianum* 'Απηδέσθη, p. 448, v. 21. Græcis ignotum confinxisse vocabulum, eiusdem cum nostro ἀειδεῖ virtutis, 'Αειδὴς, illis omissis, utilius *Eustathium* contulissent in Od. A. p. 37, 10, e *Pausaniae* Lexico nobis proferentem Comici *Platonis* loca, in quibus, ab illis alienissima, reperiuntur 'Απηδέσθη & Κατηδέσθημεν. —— Aliis fortasse vulgata vetus nostri lectio sic potius videbitur corrigenda:

—— —— ξένην πόλιν
Ναίω, κατηφὲς ὄμμ' ἔχων δακρυρροοῦν.

usitatius illud altero; præterea Tragico quoque nostro frequentatur: *Eurip.* Heraclid. v. 633. Τί χρῆμα; κεῖσαι, καὶ κατηφὲς ὄμμ' ἔχεις; conf. Orest. v. 882. In Medea v. 1012. legitur: Τί δὴ κατηφεῖς ὄμμα, καὶ δακρυρροεῖς; qui versus est in *Gregorii Nazianz.* sub nomine vulgato dramate 730.

Vs. 374. Ἀλλ', ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος αὖ, σε δέρκομαι] Potuerant etiam ista sic separari: 'Αλλ' (ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος αὖ·) σε δέρκομαι Κάρα ξυρηκὲς, καὶ πέπλους μελαγχίμους Ἔχουσαν. *Sed (luctum enim nova lugendi sequitur iterum materies) Te conspicor capite raso, vestibusque lugubribus indutam.* Sensum perverterant interpretes; horum, sui etiam ipsius, errorem corrigens in notis, prope veritatem accesserat *Kingius*: sed αὖ pertinet ad ea quæ præcedunt: neque, si quis curatius hæc exputet, ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος notat, *dolor enim additur dolori*, sed *dolor excipit*, vel *novus alium mox sequitur dolorem*: illud *Kingii* congrueret *Euripidis* Alc. v. 1039. 'Αλλ' ἄλγος ἄλγει τοῦτ' ἂν ἦν προσκείμενον. & Troadum v. 591, ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται, vel κέονται, e Ms.

Polynicis luctus nonnihil erat hoc temporis articulo levatus; sed, simul ac matrem moerore videt confectam, nova mox luctus iterum materia prioris in locum succedit: hoc est ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος αὖ *Eurip.* Troad. v. 701, Ἀλλ' ἐκ λόγου γὰρ ἄλλος ἐκβαίνει λόγος. *Homerus* Il. Τ, v. 290. — ὥς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί. Sic loquitur cui vix ulla malorum est intermissio, cuique συνεχῆ καὶ ἀλλεπάλληλα τὰ κακά, ut ait *Eustathius*. *Euripides* Iph. Taur. v. 191. μόχθος δ' ἐκ μόχθων ἀΐσσει. v. 865. Ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων κυρεῖ. Hecuba v. 688. Ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων Κακὰ κακῶν κυρεῖ. sic codices etiam scripti: perperam edidit ἐφ' ἑτέρων *Kingius*. ἕτερα ἐξ ἑτέρων ἀεὶ παρεισφέρων, *Athenaeo Casaubonus* felicissime restituit VIII, p. 346. c. *alias semper quaestiones post alias nectens*. Ita suo saepe more variavit *Euripides*: in Oreste legitur v. 979. Ἕτερα δ' ἑτέροις ἀμείβεται Πήματ' ἐν χρόνῳ μακρῷ. Scholiastes, ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις κατὰ διαδοχὴν ἐπέρχεται. Hippol. v. 866. Τόδ' αὖ νεοχμὸν ἐκδοχαῖς Ἐπεισφέρει θεὸς κακόν. In Androm. v. 801, pro κακῶς, e Mſ. Flor. legendum, ὡς κακὸν κακῷ Διάδοχον. ex eodem Codice reponi poterit in Troasin v. 617. Κακῶν κακὸν γὰρ εἰς ἅμιλλαν ἔρχεται. In Supplicibus v. 71, Ἀγὼν ὅδ' ἄλλος ἔρχεται γόων, γόων Διάδοχος· legendum censeo: γόοις Διάδοχος. quia sic struere solet illam dictionem *Euripides*.

Vs. 375. Κάρα ξυρηκὲς, καὶ πέπλους μελαγχίμους Ἔχουσαν.] Hic, & ubicunque vox occurrit apud Tragicos, secundum *Ezech. Spanhemium* in *Callim.* h. in Cer. v. 11. scribendum esset μελαγχύμους, Atque ita, si dicto essemus audientes, iambos aliquot in Tragicis haberemus scazontes: sed hoc, opinor, incommodum vir Illustris non animadverterat; *Aeschylo* dicti μελάγχιμοι *Aegyptii* hanc obiecerant *Spanhemio* caliginem. Locis a Clariss. *F. L. Abreschio* p. 405. & *Stanlejo* citatis in *Aeschyli* Choeph. v. 9. addi poterunt ex *Euripidis* Rheso v. 962. & e Codice Flor. Mſ. versus Alcestidis 427. integrum locum adponam e Mſ. Πᾶσιν δὲ Θεσσαλοῖσιν, ὧν ἐγὼ κρατῶ, Πένθους (pro Πένθος) γυναικὸς τῆσδε κοινοῦσθαι λέγω, (male θέλω Mſ.) Κουρᾷ ξυρηκεῖ καὶ μελαγχίμοις πέπλοις· vulgatur: Κουρᾷ ξυρηκεῖ καὶ μελαμπέπλῳ στολῇ. conf. Troades v. 141. Ut hic, sic in Electra v. 335. Κάρα ξυρηκές· —— Πέπλους μελαγχίμους ἔχειν, *Scymno Chio* dicitur v. 400, Μελανειμονεῖν τε πενθικάς τ' ἔχειν στολάς.

Vs. 377. Ὡς δεινὸν ἔχθρα, μῆτερ, οἰκείων φίλων,] Qui hunc sequitur, versus olim in exemplaribus forte quibusdam deerat: *Scholiastes*, ὁ στίχος, inquit, οὗτος (378) ἔν τισιν οὐ φέρεται. Si nostris abesset, a nemine requireretur: verissimum quidem, quod illo versu dicitur, sed nihil adeo facit ad sermonem institutum: hic satis erat dixisse: Ὡς δεινὸν ἔχθρα, μῆτερ, οἰκείων φίλων. *Euripides*, Iphig. Aul. v. 376. Δεινὸν, κασιγνήτοισι γίγνεσθαι λόγους, Μάχας θ', ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν. —— Quae *Grotius* ut incerti Tragici posuerat in Excerptis p. 467. ex *Aristotelis* Polit. VII, c. VII. p. 195, 8. *Euripidis* esse docuit e *Plutarchi* T. II, p. 480. D. *Gatakerus* A. M. P. C. XII. p. 513. sunt autem haec, versumque conficiunt Paroemiacum: Χαλεποὶ πόλεμοι γὰρ ἀδελφῶν. —— Postquam haec scripseram, in Edd. Scholiorum, antiquioribus illa *Kingii*, sequentia reperio continua: Καὶ δυσλύτους ἔχουσα τὰς διαλλαγάς.] ὁ στίχος οὗτος ἔν τισιν οὐ φέρεται. Ὡς δεινὸν] Λίαν χαλεπὸν πρᾶγμ' ἐστὶ, μῆτερ, ἔχθρα συγγενῶν. Hinc mihi nata suspicio, num forte scripsis-

fiffet Grammaticus ad verfum 377, Ὁ στίχος οὗτος ἔν τισιν οὐ φέρεται, Ὡς δεινὸν —— ἄλλος δέ, Πρᾶγμ' ἐστὶ χαλεπὸν, μῆτερ, ἔχθρα συγγενῶν. fenarius effet, neque *Euripiden* dedeceret.

Vs. 380. Σκότον δεδορκώς;] Adfert ifta *Thomas M.* in v. Σκότος. Diffentit a *Thoma*, quin prorfus a *Moeride*, *Aelius Dionyfius* in Attico Lexico apud *Euftath.* in Od. A. p. 19, 39. cui placet, ἀρσενικῶς præter ceteras fecundum Atticos efferendam vocem σκότος. *Euftath.* in Od. A p. 452, 50. γίνεται Σκότιος ἐκ τοῦ Σκότος, πλὴν οὐκ ἐκ τοῦ οὐδετέρου ἀλλὰ τοῦ Ἀττικωτέρου ἀρσενικοῦ. cum *Aelio* convenit Scholiaftæ in verfum primum Hecubæ. Talia quædam collegit *Henr. Stephanus* App. de Dial. Att. p. 152, 153, 156, 157. ut vocis Σκύφος, οἱ Ἀττικοὶ τὴν εὐθεῖαν καὶ ἀρσενικῶς καὶ οὐδετέρως λέγουσιν, quod obfervat *Athenaeus* XI, p. 498. A. fic noftræ quoque Σκότος. Utramque formam etiam adhibuere Tragici. — Hoc autem, Σκότον δεδορκὼς, non primus, opinor, periclitari voluiffet *Euripides*; veluti *Sophoclis* ufu jam notum ex Oed. Tyr. recepit, ubi Tirefias obfcurius Oedipum v. 427. dicit Βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ', ἔπειτα δὲ, σκότον· Scholiafta: καινότερον εἶπε βλέποντα σκότον· merito fane; quidquid enim ejusmodi formularum, etiam apud Comicos, ab ifta *Sophoclis* & *Euripidea* difcrepat.

Vs. 383. Οὔπω γὰρ ἤρξατ',] Mihi quidem ifta non placent; quo fint modo redintegranda, videant lectores; commodum præberent fenfum fic fcripta: Οὔπω γὰρ ἤρκεσ', ἄνομα μὲν τεκεῖν ἐμὲ, Κακῶς δὲ (τε Mf. B) γῆμαι πατέρα σὸν, φῦναί τε σέ. *Nondum enim fatis erat*, vel *fufficiebat*, illi nempe, quisquis fit Deorum, qui perdit Oedipi five Laii genus: aliud quid fequi debuerat, quo referri poffent ifta, Οὔπω γὰρ ἤρκεσ' at orationem, ne dicenda Polynicen offenderent, interrumpit inftitutam locafte, Ἀτὰρ τί ταῦτα; δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν. Verbum ἀρκεῖν, hoc etiam fenfu pofitum, iungitur infinitivo: *Sophocles* Aj. v. 80, Ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον εἰς δόμους μένειν. *Euripides* Heraclid v. 953, Οὐκ ἤρκεσέν σοι ταῦτα τολμῆσαι μόνον. vid. Rhef. v. 483. Meliori forte coniectori lectio Florentina proderit: Οὗτος γὰρ ἤρξατ' ἄνομα μὲν τεκεῖν ἐμὲ. ἐμοὶ præbet Leid. B.

Vs. 386, 387. — διὰ πόθου δ' ἐλήλυθα.] Una litera cafu forfan adiecta verfum obfcuraverat: *Kingius* paucisfimas Editiones adhibuit; quod in hi invenerat, ἐλήλυθας omnibus Editoribus imputans: ἐλήλυθα recte Venetiis vulgarant *Aldus*, & *Hervagius* primum Bafileæ; fed in alteram Ed. Bafil. anni 1551, five cafu, feu a *Joanne Oporino*, receptum fuit ἐλήλυθας· quod deinceps retinuerunt, præter *Grotium*, Codices fequutum; quibus addi poterunt Leidenfes. —— Quæ hæc antecedunt recte veteres cepere Grammatici; partim protulit *Euftatius* ex Homerico in Il. E, v. 493. —— δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος, derivatum obfervans p. 437, 2, παρ' Εὐριπίδῃ τὸ, μήτι σὴν δάκω φρένα, plurima potuerat protuliffe fimilia; requirentibus dabunt *Gataker*, in *M. Antonin.* XI, XVIII, 9. *Spanhem.* in *Ariftoph.* Nubes v. 12. *Abrefch.* Animadv. ad *Aefch.* II, c. XXXIV. *Albertius* in *Hefychium* ad Δακέθυμον· Hinc petitum, quod apud *Hefychium* legitur: Δάκω φρένα, λυπήσω τὴν διάνοιαν. Pro μή τι, legitur in Leid. A. μή τε σὴν δάκω φρένα, non anteponerem vulgato: Auctor Aïtis, inter *Theocritea* XII, v. 25. Ἦν γάρ καί τι δάκῃς· defignat *amoris morfum*, ἔρωτος δῆγμα. *Plutar-*

tarchus de profectu virtutis p. 77. B. ὅτῳ δὲ ἔρωτος δῆγμα παιδικὸν πρόσεστιν· esse *Sophoclea* iam ante senseram, & perspicuum fuit ex I Sympos. p. 619. A. scripserat *Sophocles*:

Ὅτῳ δ' ἔρωτος δῆγμα παιδικοῦ προσῇ.

illud hic adfirmari posset; nisi satius videretur, Euripideis nostris, Ὅπως δ' ἐρῶμαι —— Δέδοιχ' ἃ χρῄζω, simillimum excitasse *Pacuvii* locum ex Atalanta: *Dubito viam quam insistam; aut quod primordium Capissam stirpi exquirendae.* *Virgilius* Aen. IV, v. 284. —— *quae prima exordia sumat?*

Vs. 391. Τί τὸ στέρεσθαι πατρίδος;] Sic placuit interpungi. Hunc versum & sequentes aliquot, quod viderat *Stiblinus*, hinc excitatos examini subjicit, eorumque sententiam refutat *Plutarchus* in libello de Exilio p. 599. D. 605. F. 606. A. D. E. Quatuor sequentes protulit & *Stobaeus* Tit. XXXIX. p. 226, 50. Plutarcheis multa similia sunt in *Dionis Chrysost.* Orat. XIII. περὶ φυγῆς & in diatribis *Teletis* & *Musonii*, a *Stobaeo* conservatis Tit. XL. περὶ ξένης. Uterque meminit Euripideorum etiam e Phoenissis.

Vs. 393. Τίς δ' ὁ τρόπος αὐτοῦ; τί φυγάσιν τὸ δυσχερές;] Initio senarii deerat δ', hoc e *Stobaeo* recepi: sed, Lectore ne monito quidem, in fine *Kingius* vulgavit τὸ δυστυχές; quia Codex hoc etiam Leidensis B praefert, credibile *Kingium* in Anglicis invenisse δυστυχές, quod *Plutarchus* agnoscit p. [illegible] F. mihi melior altera videtur lectio δυσχερές, quam hic invenisse videntur *Teles* & *Musonius*; nam quae leguntur in *Stobaeo Gesneri* p. 233, 53. & 236, 14. scribentibus hic *Euripidis* conversabatur de exilii incommodis excursus. Memini vocis δυσχερὴς & δυστυχὴς bis minimum in *Euripide* Florentino fuisse permutatas; recte vulgatur in Hippol. v. 484, Ὁ δ' αἶνος οὗτος δυσχερέστερος λέγων Τῶν τῆσδε· ubi Ms. Flor. δυστυχέστερος. contra Cod. iste praefert in Troas. v. 357, δυσχερέστερον γάμον, ubi vulgata scriptio δυστυχέστερον praeferenda videtur: quamvis enim finitima sit harum vocum in usu significatio, cantur tamen loca, quibus alterutra tantum congruit: velut incerti Tragici, quod procul dubio nostro tribuendum, legitur in Excerptis *Grotii* p. 465. fragmentum, e *Plutarcho* de Superstit. p. 166. E. derivatum: Δεινή τις ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμφορὰ, Δούλους γενέσθαι, δεσπότας τε δυστυχεῖς Λαβεῖν. ubi corrigendum fortasse: δεσπότας τε δυσχερεῖς Λαβεῖν; *dominos intractabiles & morosos accipere* multo major est servo calamitas, quam *infortunatos*. *Faciles & commodi* Graecis εὐχερεῖς dicuntur; *difficiles & morosi*, quique manu veluti tractantibus reluctantur, δυσχερεῖς. Initio Pluti meminerat opinor Euripideorum *Aristophanes*. Propria notione vocem adhibuit *Euripides* in Oreste v. 793. Δυσχερὲς ψαύειν νοσοῦντος ἀνδρός. *grave est & molestum*, quia se vix aeger manu tractari patitur. conferatur *Sophoclis* Philoctetes v. 474, 897. In Ione v. 398, licet propriam iterum vim vocis alludat *Euripides*, parum tamen intererat, utrum δυστυχῆ dixisset, an Τὰ τῶν γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας, quod recte vulgatur: In *Plutarchi* Consolat. p. 102. F. insigne fragmentum legitur, quod, ob facilem nitorem & τὸ γνωμικὸν, multo maiori iure potuerat inter Euripidea referri, quam alia multa fuere relata: *Grotius* ut incerti Tragici posuit in Exc. p. 453. Haec est istius dicti sententia: *quum fueris felix, noli nimis altos tollere spiritus*; Μὴ δ', ἤν τι συμβῇ δυσχερὲς — (frequens apud historicos, ἐὰν ἀποβῇ τι δυσχερές.) δουλοῦ πάλιν. opponitur ibi τοῖς εὐτυχήμασι τὸ δυσχερὲς atque adeo τὸ δυστυχές.

Vs. 394. Ἓν μὲν μέγιστον· οὐκ ἔχει παῤῥησίαν.] Sic in Codd. legitur hic ſenarius; tum apud *Plutarchum*, & bis in *Stobaei* Flor. venuſtior tamen eſt, quam apparet prima ſpecie, *Georgii Arnaldi* correctio legentis, οὐκ ἔχειν παῤῥησίαν· in Miſcell. Obſerv. Vol. VI. p. 596. Non tamen arbitror defuturos, quibus omnino videbitur ἔχει ſervandum, ne mutata quidem præcedentis ſenarii lectione; quique petent ex ipſis *Arnaldi* verbis argumentum, quo correctionem optimi juvenis labefactent; invenient autem vulgatæ lectionis egregium in *Joann. Davisio*, viro Eruditiſſimo, patronum, in notis ad *Ciceron.* de Nat. Deor. I, c. 19. p. 49. hinc etiam probante, Scriptores veteres a numero plurali ad ſingularem tranſire: Præceſſerat ſcilicet his noſtris proxime: τί φυγάσιν τὸ δυσχερές; *Aldus*, *Hervagius* certe, vulgarat Φυγάσι· ſi verſus admitteret Φυγάδι, recte ſequeretur οὐκ ἔχει παῤῥησίαν. legendum eſſe Φυγάδι, credidit *Morellus* in *Dion. Chryſoſt.* p. 67. quod ex adiectis etiam manifeſtum eſt. quid *Muſonius* invenerit in ſuo codice minus liquet; e *Stobaeo* p. 236, 13. verba quædam Philoſophi, ne quis forte requirat, ſubiiciam: Εὐριπίδης φησὶν, ἐλευθερίας στέρεσθαι τοὺς φυγάδας, ἐπεὶ καὶ παῤῥησίας. πεποίηκε γὰρ τὴν Ἰοκάστην πυνθανομένην Πολυνείκους τοῦ υἱέως, τίνα δυσχερῆ τῷ φεύγοντί ἐστιν, ὁ δ᾽ ἀποκρίνεται, ὅτι Ἓν μὲν μέγιστον, οὐκ ἔχει παῤῥησίαν. Sed quomodocunque legerint alii, certum eſt *Euripidem* dediſſe: τί φυγάσιν τὸ δυσχερές; ſic autem interroganti numero plurativo Iocaſtæ, veriſimillimum, reſpondiſſe Polynicen: Ἓν μὲν μέγιστον· οὐκ ἔχειν παῤῥησίαν· hoc eo probabile, quod ſic ſolent in ſenariis [illegible] Tragici infinitivos ponere, qui pendeant a præcedentibus: in *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 1179. ſeni dicenti, Οἴμοι· πρὸς αὐτῷ γ᾽ εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν· reſpondiſſe fertur Oedipus, Κἄγωγ᾽ ἀκούων· ubi cum dudum ante correxeram:

Κἄγωγ᾽ ἀκούειν· ἀλλ᾽ ὅμως ἀκουστέον·

poſtea ſic planiſſime ſcriptum inveni bis apud *Plutarchum* in lib. de Curioſit p. 522. c. & adverſ. Epicur. p. 1093. B. Ob eamdem rationem in *Sophoclis* Trachiniis v. 66. legendum αἰσχύνην φέρειν (pro φέρει) ſcilicet εἴρηκεν· ibidem pro σὲ v. 65. Σοὶ præſtiterit. Ἥξειν in eodem dramate v. 189, pendet ab εἶπον e v. 187. ſubaudiendo. λαχεῖν — ἴσον in Antigone v. 526. dixit Creon, reſpondens ad illud Regiæ puellæ ποθεῖ. In eiusdem dramatis v. 410, Creonti roganti, Ἦ καὶ ξυνίεις καὶ λέγεις ὀρθῶς ἃ φῄς; nuncius reſpondet: Ταύτην γ᾽ ἴδον θάπτουσαν —— ſic certe præferunt editiones; memor, ut puto, *Henr. Stephanus*, augmentum omitti non potuiſſe, poſuit in iſto loca εἶδον, in Append. de Dial. Att. p. 178. Sed hoc verſum peſſumdat: quam nuper prodidit in Miſcell. Crit. p. 268. *Richardus Dawes*, peritus Atticiſmi iudex, emendatio prorſus eſt egregia, quantumvis facilis: Ταύτην γ᾽ ἰδεῖν θάπτουσαν· Euripidea quædam ponam e Phœniſſis ſolis petita: v. 745. verbis Creontis, Ἑπτ᾽ ἄνδρας αὐτοῖς φασὶν, ὡς ἤκουσ᾽ ἐγὼ, ſubdit Eteocles: Τί προστετάχθαι δρᾶν; nempe τοὺς ἑπτὰ τούτους φασίν. vidit hoc Scholiaſta, diverſam a vulgata lectionem προστέτακται, illa procul dubio deteriorem, commemorans, qui recte τὸ δὲ προστετάχθαι, inquit, πρὸς τὸ ἔπισθεν φασὶ συντάττεται. indidem quoque pendet, quod ſequitur Λόχων ἀνάσσειν, ἑπτὰ προσκεῖσθαι πύλαις· nempe φασὶ προστετάχθαι. v. 717, Eteocli roganti Λέγει δὲ δή τι τῶν ἐκεῖ νεώτερον; Creon reſponderat, Μ[illegible] &c: hoc quoque fuerat in M[illegible] perperam tranſmutatum. v. 1218, Καὶ τἀπίλοιπά γ᾽, εἰ καλῶς πράσσω, κλύειν. dixerat nempe

pe nuncius: *Μεῖζόν τι χρήζεις.* Eadem eſt in Dialogis loquendi ratio, nonnunquam etiam ab interpretibus & editoribus depravata.

Vs. 395. *Δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ.*] Hæc præſertim ſibi ſunt fere refutanda *Plutarchus* & *Muſonius*. Rectius in Ione Tragicus v. 673, *Inquilinus Athenis*, *Κἂν τοῖς λόγοισιν ἀστὸς ᾖ, τόγε στόμα Δοῦλον πέπαται, κοὐκ ἔχει παῤῥησίαν.* ſic pro *πέπαυται* vere corrigenti *Gul. Cantero* Nov. Lect. VII, c. III. tamen obloquitur *Barneſius*: turpiter ſæpe fuit in hoc verbo peccatum; & hæc ipſa forma *πέπαται* apud *Archytam* offendit *Marcum Meibomium* notis in fragm. Pythag. p. 674. Noſtro loco culpa vacaſſet dixiſſe: *Δούλου τόδ' εἶπας, οὐκ ἔχειν παῤῥησίαν.* quo pæne ſenſu cepit Euripidea *Conr. Rittershus.* in *Phædri* L. III. Prologum. Cui periit *ἡ παῤῥησία*, perdidit is *τὸ κάλλιστον ἐν ἀνθρώποις*, ſecundum *Diogenem* apud *Diog. Laërt.* VI, 69. atque is *τόγε στόμα Δοῦλον πέπαται.* Sed hinc diverſiſſimum *μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ*, ſæpenumero prudentis eſt & ingenui: verſatur in hoc cardine *Plutarchi* p. 606. A. B. *Muſonii* quoque ſatis verboſa diſputatio p. 236. 21—38.

Vs. 396. *Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών.*] Apud *Plutarchum* legitur: *Τὴν τῶν κρατούντων ἀμαθίαν·* Maioris momenti lectio vetus in Scholiis commemoratur: *Τὰς τῶν πολιτῶν ἀμαθίας φέρειν χρεών·* Sed ecce nobis *Langium*, qui in Specim. Lectionum Euripid. in Phœn. *Lepidum*, ait, *heic errorem errat Barneſius*, *qui ex male intellecto Scholiaſte variam lectionem τῶν πολιτῶν* pro *τῶν κρατούντων effingit.* Deceptus Editione *Kingii*, Poëtam *Langius* nobis hic comminiſcitur *Athenaeum*, ad cuius lectionem ſpectaret iſta lectionis diverſitas. Nolo quidquam inclementius ne in illum quidem dicere. Quam *Plutarchus* movet, obiectioni ſic Scholiaſtes occurrit, ut *iſta dicere* tradat *Poëtam* noſtrum *tanquam Athenienſem*, (*Τοῦτο ὡς Ἀθηναῖος ἔφη ὁ ποιητής*) *nam*, inquit, *tametſi quis exul non ſit, tamen, ſive velit, ſeu nolit*, (Athenis nempe) *ferre debet Potentum inſaniam.* Dubium non eſt, quin dederit *Euripides*: *Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας·* non minus certum eſt e Scholiis, hic olim quoque lectum *Τὰς τῶν πολιτῶν ἀμαθίας.* Hanc equidem lectionem deberi ſuſpicor Polynicis partes agenti hiſtrioni, qui, ſæpius forte ſibilis exceptus, ad ſpectatores capite leniter reflexo, hoc civibus ſuis in os obiecerit, quos *τῶν κρατούντων* adpellatione noverat ab *Euripide* licet obſcurius hoc verſu ſequentique notatos. *Langius* eo præſertim diverſitatem hanc lectionis non ad *Euripidem* pertinere iudicabat, *quia neque Thebis tum, neque Argis, cives κρατούντων auctoritate gaviſi fuerint*, *ſed vixerint ſub regibus.* Quid iſta, quæſo, faciunt ad hanc lectionis diverſitatem? nonne Thebis etiam & Argis viris Principibus civium erat inſania ſæpe toleranda? ſed hic verſus Atticos ævi ſpectat Euripidei: quin belli quoque Thebani tempore Theſeus quidem Athenis regnabat, neque tamen cives non dici poterant *οἱ κρατοῦντες.* De populo Theſeus in *Euripidæ* Supplic. v. 352, *κατέστησ' αὐτὸν εἰς μοναρχίαν, Ἐλευθερώσας τήνδ' ἰσόψηφον πόλιν.* v. 404, ad Argivum Theſeus, *fruſtra veri nominis*, ait, *Regem hic quæris*: *οὐ γὰρ ἄρχεται Ἑνὸς ὑπ' ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις, Δῆμος δ' ἀνάσσει διαδοχαῖσιν ἐν μέρει Ἐνιαυσίαισιν.* *Theſeus*, ut ait *Iſocrates* Hel. Encom. p. 215. B. *τὸν δῆμον καθίστη κύριον τῆς πολιτείας.* Callide quidem ille prudenterque Regii nominis invidioſam umbram a ſe removit, & celebrem illam *ἰση-*

γο-

ς ·ρίαν introduxit; poteratque sub Theseo populus τῶν κρατούντων adpellatione honestari: τὸ κρατοῦν τῆς πόλεως sive Rex seu populus est, seu duntaxat ὀλίγοι. *Xenophon.* Memor. I, p. 718. c. Hanc lectionem recte *Ciceronis* auctoritate firmavit *Barnesius* his ad Atticum (II Ep. xxv.) *nos tenemus præceptum illud*, τὰς τῶν κρατούντων. Versum nostrum, Attico notissimum, fuisse designatum primus vidit *Adr. Turnebus* Advers. xxiv, c. iv. deinceps alii monuerunt: plura dedit & e *Dionis Cassii* L. LVIII, p. 896. cuius verbis *Victorius* iam fuerat usus ad alterum *Ciceronis*, *Gatakerus* A. M. I. c x. p. 525, 526. quorum partem habet ad nostrum locum *Barnesius.* His tandem pauca succedant, quibus penitus firmetur vulgata lectio. *Euripides* Hecuba v. 404. —— τοῖς κρατοῦσι μὴ μάχου. Alcmena, ap. *Stob.* p. 384, 16. Ἀεὶ δ' ἀρέσκειν τοῖς κρατοῦσι. *Sophocles* Electra v. 342. —— τῶν κρατούντων ἐστὶ πάντ' ἀκουστέα. v. 398. —— Τοῖς κρατοῦσι δ' εἰκάθειν.

Vs. 397. Καὶ τοῦτο λυπρὸν, συνασοφεῖν τοῖς μὴ σοφοῖς.] Meis quidem auribus compositum illud συνασοφεῖν accidit inexspectatum: damnare tamen non sustinuerunt homines his in literis exercitatissimi, quibus illud verbum ut minus Græcum memini me designare: Primum, quid velim, cognoscant; causa cognita iudices si sedere dignabuntur, eorum hæc observatio iudicio stabit, cadetve. Sic in animum meum induxi, Græcum non esse συνασοφεῖν, quia repugnare videbatur ἀσοφεῖν analogiæ, saltem usui Græce loquentium, exempli simillimi comparatione, quantum intelligo, non facile firmandum. Ab istiusmodi substantivis dissyllabis, πόρος, νόμος, λόγος, θυμὸς, τόνος, κόσμος, nomina formantur non tantum, sed & hinc verba derivantur, ἄπορος, ἀπορεῖν· ἄνομος, ἀνομεῖν· ἀθυμεῖν. ἀλογεῖν. ἀτονεῖν. ἀκοσμεῖν. Sed ab adiectivis istius moduli talia verba non formant Græci: istius dico moduli, nam a diversissimi generis adiectivis oriuntur verba ἀθετεῖν, ἀτακτεῖν, ἀψευστεῖν, ἀπιστεῖν, ἀπεπτεῖν. &c. sunt enim a passivorum præteritis orta θετὸς, τακτὸς, ψευστὸς, πιστὸς, σεπτὸς, πεπτὸς, quæ ne quidem omnia recepit usus. Nostro σοφὸς similia sunt adiectiva, κακὸς, κομψὸς, φορὸς, φίλος, δοῦλος· hinc formantur ἄκακος, ἄκομψος, ἄφορος, ἄφιλος, ἄδουλος· hinc non item verba: sicuti Græcum non est ἀφιλεῖν, vel ἀκακεῖν, ita neque illud ἀσοφεῖν vel συνασοφεῖν. Quis ferat, verbum ἀφανεῖν, quod nuper nobis dedit *Io. Christ. Wolfius* in Epist. Theanus III, Mulier. Gr. Fragm. p. 232. fine: vulgarant ante *Wolfium*: ἴσθι μιμουμένη τὰ ὄργανα. ἃ φανεῖ μᾶλλον ἀνειμένα, ἐκρήττεται δὲ μᾶλλον ἐπιτεινόμενα· Musicus *Marcus Meibomius* in hoc quoque loco tractando fuit ἄμουσος. corrigo: διαφανεῖ μὲν μᾶλλον ἀνειμένα· quæ sequuntur emendationem extra dubium collocant. Magis miror *Gul. Canterum*, qui verbum nobis absonum confinxit ἀσωφρονεῖν, idque pro μὴ σωφρονεῖν substitutum voluit in *Euripidæ* Bacchis v. 314. Οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει Γυναῖκας ἐς τὴν Κύπριν· mirifica sunt in hunc versum Magnorum virorum commenta, quem, si tamen indiget medelae, sic certe sanum praestabo, si restituatur:

Οὐκ Εὔιος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσει
Γυναῖκας ἐς τὴν Κύπριν·

ut adscriptum fuerit nomini Εὔιος interpretamenti loco ὁ Διόνυσος· quod in alterius postea sedem immigraverit. Qui tolerare poterunt ἀφανεῖν & ἀσωφρονεῖν, his minime miror si non sit displiciturum συνασοφεῖν. Huius verbi duas literas in unam contrahamus; quod hinc nascetur συνασοφεῖν mollior erat veræ lectionis, ut autumo, pronun-

nunciatio. Scripſerat, opinor, *Euripides*: Καὶ τοῦτο λυπρὸν, συμψοφεῖν τοῖς μὴ σοφοῖς. a Grammatico ſuperſcribi potuit: ἄσοφον εἶναι σὺν nempe τοῖς μὴ σοφοῖς. noſtro quoque verbo vulgatum Scholion accommodum eſt interpretamentum: præterea mea certe ſententia nullum, quod ad literas vulgatas huiusque loci ſententiam aptius reſpondeat, verbum poterit illo συμψοφεῖν reperiri. Harum rerum intelligentibus, ſi hoc forte minus placuerit, altera quædam adponam, non omnino diſplicitura: Ψόφος *inanis* eſt *crepitus* ſeu *ſtrepitus*; Ψοφεῖν, *edere ſtrepitum* [illegible]: hinc ad verba ſonora, ſed rerum pondere deſtituta, ad plauſus imperitæ plebis theatrales, ad alia quævis vana translatum fuit Ψόφος, & Ψοφεῖν. *Alexis* apud *Athen.* VIII, p. 336. F.

Ἀρεταὶ δὲ, πρεσβεῖαί τε, καὶ στρατηγίαι,
Κόμποι κενοὶ ψοφοῦσιν ἀντ᾽ ὀνειράτων.

ſic corrigo pro ὀνειράτων, quod nimis patienter in iſto loco probatur viri docti, *Io. Daviſius* ad *Ciceron.* Tuſc. Diſp III, c. 18. p. 201. aliique: *Berglerus* ad *Alciphron.* p. 236. ſenſiſſe videtur ſcrupulum, dum vertit; *inaniter ſtrepunt & ſunt inſtar ſomniorum*: tueri voluit *D'Orvillius* Anim. in *Charit.* p. 454, ipſemet p. 616. in *Tatiano* adv. Gent. p. 78, reponens τὸ ὄνειαρ, ubi rectius, me iudice, poſuiſſet vocem *Tatiano* notam, τὸ ὀνήσιμον. *Alexidis* locum, ut puto, ſpectat *Heſychii* nota: Ὀνειάτων, ὀνησιφόρων. ignotæ vocem ſubſtituere librarii promtiſſimi: alia quidem dici potuiſſent ὀνείατα. vid. *Gataker.* ad *M. Antonin*, II, §. 17. ſed in iſta ſede requiritur ὀνειάτων. Nomen poſt obitum ſuperſtes, *Antonin.* V. §. 33. nihil eſt niſi ψόφος καὶ ἀπήχημα. Vitæ regiæ privatam præferens Ion *Euripidis* v. 630. οὐ φιλῶ ψόφους κλύειν· Inanis verborum ſtrepitus ſæpe ψόφος dicitur: *Soph.* Aj. v. 1135. *Eurip.* *Herc.* Fur. v. 229. In Epiſt. *Socrat.* p. 63. v. 10. ὀνομάτων ψόφος reponendum, pro ψόγος, quod [illegible] decepit. ψόφον καὶ κενὰ ῥήματα iungit *Euſeb.* Præp. VI, p. 253. A. cum varia memorarat violentæ mortis genera *Arrianus* in *Epict.* II. c. VI. p. 151. ψόφος, ait e ſuæ ſectæ placitis, ψόφος ἐστι ταῦτα πάντα καὶ κόμπος κενῶν ὀνομάτων. in Scholiis ad *Luciani* Timon. p. 99. οὐδὲν, εἰ μὴ μόνον ψόφος ποιητικῶν ὀνομάτων. De vanis terriculamentis proverbio dicebatur Πολλῶν ἐγὼ ὀρίων ἀκήκοα ψόφους· bis apud *Diogenian.* ὀρίων legitur Cent. I, Pr. 70. & VII, 92. non vidit *A. Schottus* ὀρίων emendandum e Scholiis in *Ariſtoph.* Veſp. v. 434. ubi τὰ ὄρια inquit Gramm. καιόμενα ψοφεῖ. Laudantis vulgi ſtrepitum inanem haud ſunequam [illegible] iudicem eſſe cenſebant ſapientiores: Comicus apud *Clem. Alex.* Strom. V, p. 655. v. 26. Αἰσχρὸν δὲ κρίνειν τὰ καλὰ τῷ πολλῷ ψόφῳ· alias minus emendate legitur τῷ πολλῷ· mecum facit *Gataker*, qui plura protulit ad *M. Antonin.* IX, §. 18. ſenarius eſt forte *Menandri*, (confer. eius locus in *Stobaeo Grotii* p. 113.) cui *Philemon* *pravis ſui temporis iudiciis ſæpe prælatus eſt*, ut ait *Quinctilian.* I. O. X, c. I. p. 900. qui L. III. c. VII. p. 269 *iuſtiora Menandrum*, dicit, *po[illegible]*. Quod *Menandro*, quibusvis evenit Principibus viris, *Euripidi* ſæpenumero, ut populi iudicio longe deterioribus poſtponerentur; neque mirum: ἐν γὰρ ἀμούσοις Καὶ κόρυδος κύκνου φθέγξατ᾽ ἀοιδότερον· ut in tali re cecinit *Dioſcorides* Anthol. II, c. XXIV. ep. V. *Euripidis* Hippol. v. 988. —— οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς Φαῦλοι, παρ᾽ ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν. confer. Bacch. v. 480. Athenis, vigente republica, ſæpius evenit, ut vel in theatro vel in concione populi pru-

Ii dent-

dentiores ab imperitis victi se tamen ad horum sententiam accommodare cogerentur, & cum insanientibus insanire, quamvis inviti: *Isocrates* ad Demon. p. 10. A. *ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευόμενον τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν*· recusavit Socrates *χαρίσασθαι τῷ δήμῳ παρὰ τὸ δίκαιον*, *Xenophon* Memor. I, p. 711. B. conf. Axiochus qui dicitur *Aeschinis Socr.* p. 146. Huc ut arbitror respiciens *Euripides*, cum dixerat Atticorum suorum sæpe ferendam imperitiam, subiicit: Καὶ τοῦτο λυπρὸν, συμφρονεῖν τοῖς μὴ σοφοῖς. id est, ut in Scholiis legitur, *συγκατατίθεσθαι τοῖς ἀνοήτοις*· hoc molestum quidem, sapienti tamen semper & ubique necessarium malum. Capitalis est in *Menandri* loco *Bentleji* correctio p. 56. Οὐ πανταχοῦ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρὸν, Καὶ συμμανῆναι δ' ἔνια δεῖ. *Calliae* versum quem restituit ibidem, habuit e *Clem. Alex.* p. 743, 7. Scholii veteris initium ex *Athen.* XV, p. 695. D. emendatius e suo Codice descripsit *Eustath.* in Od. H. p. 277. 10. unde vetus erui poterit scribendi ratio: *σύμμοι μαινομένῳ μαίνεο, συσσώφρονι σωφρόνει.* præcepto veteri libenter morem gessit *Theognis* v. 317. Ἐν μὲν μαινομένοις μάλα μαίνομαι. *Vino* veluti *μαινομένῳ* (*Platonis* est LL. VI, p. 773, D *μαινόμενος οἶνος*· cuius verba latent in *Longino* π. Υ. XXXII, §. 10.) *συμμαίνεσθαι* dixerat interpres Græce doctissimus Proverb. XX, I. Ἀκόλαστον οἶνος —— Πᾶς δὲ ὁ συμμαινόμενος, οὐκ ἔσται σοφός. hoc enim restituendum est pro *συμμιγνύμενος*, quod ex Alexandrino Codice, cui debemus hoc comma, dederat *Jo. Ern. Grabius*: quæ sequuntur, hinc eiicienda, pertinent ad comma 3. olim velut interpretis diversi prostabat in notis ad Edit. Rom. *πᾶς δὲ ὁ λυμαινόμενος οὐκ ἔσται σοφός.* quin idem illud *συμμαινόμενος* hic lituerit, parum dubito. Eiusdem est interpretis XIII, 20. *ὁ συνρεμβόμενος ἄφροσι.* bis in isto loco præferunt Constitut. Apost. p. 351. & 368. *ὁ συμπορευόμενος.* apud *Diogen. Laërt.* IX, 63. pro *συνεπορεύετο* genuinam sine dubio lectionem invenit *Menagius* in Mss. *συνερέμβετο.* I Reg. XXIII, 13. ubi posuerunt bis *Alexandrini* *ἐπορεύοντο*, *Symmachus* dederat *ἐρέμβοντο ὁπουδήποτε*· hoc eo moneo, ne verbum nihili, quod vulgavit e Ms. vener. *Bern. Montefalconius*, *ἐρεμβόντο*, Græcorum interpretum Antiqui Foederis castigatissimo tribueretur. Hæc si prorsus sunt *ἀπροσδιόνυσα*, videbitur ad priorum rationem accommodatius, quod in Vaticana legitur Append. Prov. II, 77. Μετὰ νοσούντων μαίνεσθαί φασι καλόν. Dissentit Agamemnon *Euripidis* Iphig. in Aul. v. 407. *συσσωφρονεῖν σοι βούλομ', ἀλλ' οὐ συννοσεῖν.* Qui verbo *συνκασοφεῖν* vitium inesse mecum senserat, *Ioannes* noster *Piersonus*, ad hanc artem tractandam natus, sagaciter istum versum cum nostro contulit, hic autem *συννοσεῖν* restituendum conicit in elegantiss. Verisimilium libello p. 77. mihi placet ob eam, quam dixi rationem, alterum. Senarius Euripideus sic scriptus apud *Plutarch.* prostat T. II. p. 64. C. Συσσωφρονεῖν γὰρ οὐχὶ συννοσεῖν ἔφυν. Simillimæ sententiæ Sophocleum in eodem libello protulerat p. 53. C. Οὐ γὰρ συνέχθειν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν, *verus amicus* scilicet: Οὔτοι συνέχθειν in Sophoclis Antig. v. 539. legi, cum forte non meminerant homines eruditissimi, incredibile quantum a Tragici mente aberrarint, propter unam literam vitiose scriptam: *συμφιλεῖν*, quod vulgatur apud *Plutarchum*, fraudi fuit Xylandro non tantum, sed & *Gatakero* ad *M. Antonin.* V, §. 36.

Vs. 399, 400.] Alterum horum versuum, 400, respicere potuit *Accius* in Aeneadis: *Sed sæpe ignavis for-*

fortem in ſpe exſpectatio. Qui hos præcedunt, duo verſus non attigit *Plutarchus*, ut ad inſtitutum nihil adeo facientes; ſi vera ſuſpicor, noverat is Athenienſes, ut alibi ſæpenumero, ſic iſtis quoque ſenariis ab *Euripide*, corruptæ civitatis ſuæ morum acerrimo cenſore, fuiſſe notatos. Ad hos verſus Philoſophus p. 606. D. *καὶ τοῦτο ἀβελτηρίας ἔγκλημα μᾶλλον, ἢ τῆς φυγῆς ἐστιν. κ. τ. λ.* veriſſime; quod e proverbio manifeſtum: *Sophocles* in *Stobæo Grotii* p. 463. Ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν. Grotianæ converſioni longe præpoſuerim hanc *Gatakeri*: *Spe namque pasci vulgus humanum aſſolet*: A. M. P. C. XII, p. 515. F. *Euripidi* præiverat *Aeſchylus* Agam. v. 1677. Οἶδ' ἐγὼ φεύγοντας ἄνδρας ἐλπίδας σιτουμένους. poſtrema iocoſe tranſtulit in Atticos *Eubulus* Comicus in Epitome *Athen.* II, p. 47. C.

Vs. 402. Ἔχουσιν ἀφροδίτην τίν' ἡδεῖαν κακῶν.] Ante *Kingium* legebatur ἡδεῖαν θεόν· κακῶν ſubſtituit, e Codd. procul dubio, *Kingius*; nam legitur in binis Leid. Flor. & in Cantabrig. cuius aliquot lectiones, a *Barneſio* prætermiſſas, *Wilh. Pierſio* debemus. Vulgatæ lectioni defenſor venit *Langius* in Specim. p. 407. alteram tamen ignorans e libris vetuſtis petitam. Ni me nimium vicina detinuiſſent, adderem nonnulla notatis in Miſcell. Lipſiens. vol. VI, p. 287, 288.

Vs. 404. — Εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν.] Si mei res fuiſſet arbitrii, ſuum αὖ recepiſſet *Euripides*, hic quoque ſede male deturbatum ab ἄν, diverſiſſimæ poteſtatis vocula. οὐκ εἶχον ἄν ſignificaret *non habuiſſem*, ut οὐκ ἂν εἶπον, vel οὐκ εἶπον ἄν, *non dixiſſem. Euripidis* Hippolyti verſus 700 ſic reficiendus videtur: Εἰ δ' εὖγ' ἔπραξ' ἄν, κάρτα γ' ἐν σοφοῖσιν ἦν· *ſi res mihi bene ſucceſſiſſet*: illud κάρταγ' ἐν eſt e Codice Reg. Pariſino. vid. v. 472. & Alceſt v. 97. cuius dramatis v. 361, in ſimillima formula ponendum e Flor. Cod. ἄν pro αὖ. Hic ſignificatus a noſtro verſu prorſus eſt alienus; cuius vocula poſtrema ſine magno ſenſus detrimento omittitur in Scholiis ad Phœn. v. 71. ſcripſerat *Euripides*: Ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον αὖ. —— *deinde nihil rurſus habebam*: ſæpe iunguntur εἶτ' αὖ, *deinde rurſus*, in *Eurip.* Hecub. v. 1190. Phœn. v. 420. *Sophoclis* Antig. v. 609. *Ariſtoph.* Nub. v. 963, 971. &c: hæ duæ voculæ credi vix poteſt quam ſæpe ſint inter ſe male permutatæ: viginti minimum Tragicorum loca ſunt ad manum, in quibus αὖ ponendum alterius vice.

Vs. 406. Εὖ πράσσε. τὰ φίλων δ' οὐδὲν, ἤν τις δυστυχῇ.] Solus *Kingius* hic nobis dederat Εὖ πράττε· ſic in Cod. Cantabrig. legitur & Leidenſium deteriore, perperam: εὖ πράσσε ſcripſerat *Euripides*; qui ſic, ut notum, literam σ frequentavit, ut iocandi Comicis ſæpe dederit anſam, literam ut ingrati ſoni, cum ſui temporis Atticis, ubicunque commode poterat in τ converti, repudiantibus: legitur quidem apud Tragicos recentiorum illud duplex ττ non raro, ſed vitioſe: vetus Attica dialectus duplici σσ non offendebatur, ut e *Thucydide* manifeſtum eſt: ab *Aelio Dionyſio* monitus morem Thucydideum diligenter obſervavit *H. Stephanus* Anim. in *Joann.* Gramm. p. 13. *Stephanum*que ſequutus *Joſ. Waſſius* ad *Thucyd.* p. 17. n. 7. Egregia dedit vir Summus *T. Hemſterhuis* ad *Lucian.* I, p. 91, 92, 93. qui ſic in minuta re pertractanda verſatur, ut *Hemſterhuſium* agnoſcas. Si quid id eſt, Εὖ πράσσε præferunt in hoc loco Leid. Mſ. A. *Plutarchus* p. 606.

606. E. & *Sextus Empir.* A. G. p. 277. Ceterum Εὖ πράσσε, minus intellectum interpretibus, tantumdem hic fere valet ac μηδαμῶς, *nequaquam*; est enim negantis formula sed bene ominata, qua frustra quis alteri precabantur, qui isthoc esset animo; *fortunata sis*, quæ sic facere debuisse censeas amicos paternos; sed *nequaquam facere*: in eumdem sensum Εὐδαιμονοίης adhibetur, & rarius Ζηλῶ σ', in *Eurip.* Medea v. 60. Non multum distat interdum Ὄναιο. Erant istiusmodi formulæ plures in Atticorum sermone familiari: qualis est illa recusantis honeste, Καλῶς ἔχει, in versu *Clearchi* Comici apud *Athen.* XIV, p. 642. B. —— μηδαμῶς, καλῶς ἔχει. Schol. *Aristoph.* ad Ran. v. 511. παραιτούμενοι οἱ παλαιοὶ ἔλεγον· Κάλλιστ'· ἐπαινῶ. primus vidit *Casaubonus* Lect. Theocr. c. XVI. quem sequitur *Kuster.* ad l. *Aristoph.* similem e Latinis Comicis εὐφημισμὸν *Io. Fred. Gronovius* illuminavit ad *Plauti* Captiv. II, II, v. 104. —— Si δὲ hinc abesset, non requirerem: —— τὰ φίλων οὐδὲν, ἤν τις δυστυχῇ.

Vs. 407. Οὐδ' ἡ 'ὐγένεια] Minus emendate legitur apud *Plutarchum*, Οὐδ' εὐγένεια· *Euripides* Alcmena apud *Stobæum Grot.* p. 373. Ἀλλ' οὐδὲν ἡ 'ὐγένεια πρὸς τὰ χρήματα. reponendum illud e MSS. Leid. in eius Oreste v. 785, & 955. recte scriptum in Heraclid. v. 303. Elec. v. 38. quibus etiam similis inest sententia: alibi reperitur ad eam rationem ἡ 'ὐλάβεια, & ἡ 'ὐσέβεια, neque solet in talibus articulus apud Tragicos omitti; sensit illud *Rich. Dawes* Miscell. Crit. p. 241. in *Sophoclis* Philoct. v. 1439. reponens, οὐ γὰρ ἡ 'ὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς· negantem enim voculam οὐ huic dicto iam dudum ante viderant interferendam *Petr. Wesselingius* Obs. I. c. 24. p. 95. &, viris etiam Primariis parcius adhibitus, *Gatakerus* A. M. P. c. XII, p. 513. E.

Vs. 408. Καλὸν τὸ μὴ 'χειν.] Hoc emendatior scriptura postulat, pro μὴ ἔχειν· quod huc usque fuerat vulgatum, & *Battierium* implicuerat errori: solet enim, præsertim a Tragicis & Comicis, ε ψιλὸν sic elidi post η finale, voculam inprimis μη. exempla quædam collegit *H. Steph.* Tract. de Orthogr. ap. Trag. p. 10. & Animad. in *Joan.* Grammat. p. 63. conf. Attici moris diligentiss. *Dawesius* Miscell. Crit. p. 340. longa vocalis si quando deficit, quia sic elidi non solet, restituenda, velut in *Callia* senario apud *Athen.* X, p. 454. A. vulgatur, Ὀρθὴ μακρὰ γράμμ' ἐστίν. scribi debet γραμμὴ 'στιν· plura supersunt, ad hoc exemplum integranda. Nostrum ἔχειν sic scriptum legitur in *Eurip.* Helena v. 440. ἐκ δὲ μὴ 'χόντων βίον, Οὐδ', εἰ θέλοιεν, ὠφελεῖν ἔχοιεν ἄν· & v. 914. Τἀλλότρια μὴ 'χειν· sic scribendum in *Euripidis* fragm. apud *Stobæum* p. 503. v. 15. Καλὸς δ' ὁ μὴ 'χων, οἱ δ' ἔχοντες, ὄλβιοι. non est is locus ex Hecuba, sed e dramate deperdito, ni fallor. *Grotius* vertit p. 370. *Dites beati: pauperum infelix genus.* Quacunque virtute, sed *opibus* inprimis, *præstantes* contracta locutione, quod notum, frequentissime dicuntur ἔχοντες. —— Quod additur in Euripideo versu, propemodum idem est cum hoc in Ione v. 268. —— τὸ δὲ γένος μ' οὐκ ὠφελεῖ. Ceterum hunc versum Phœn. & v. 407. excitat *Plutarch.* de Nobilit. p. 265. T. IV. Anecdot. *Wolfii.* —— Sequentes versus 409. & 410. velut Euripidei legebantur in *Stobæo Gesneri* p. 226, 18. velut incerti versus cum aliis conversione vulgavit *Grotius* in suo *Stobæo* p. 154. Eorum alter, nempe v. 409, deerat hic in Cod. Flor. —— Versu 411 legebatur ἔχοι· *Barnesius* e Cod. Cantab,

rab. repofuit ἔσχεθες. fed hoc iam dederat e Parifinis *Grotius*, quibus adftipulatur Mf. Leid. B.

Vs. 415. Καὶ σοὶ τί θηρῶν ὀνόματος μετῆν, τέκνον;] In altero Leid. θηρὸς legebatur; atque ita *Kingius* edidit, libris fcriptis, in quibus illud invenerit, fuo more non memoratis. Quod pro μετῆν habet Flor. Cod. μετοχὴ, ex interpretamento fluxit. *Hefychius*: Μετῆν, μέσην, μετουσίαν. olim, duplex fuerat nota: Μέτην, μέσην. Μετῆν, ἣν μετουσίαν. prior e Gloffario; hæc e Lexico Tragico: Μετῆν & in *Sophoclis* eft El. v. 538. Prima fpecie verofimile videbitur, quod viro Docto venit in mentem, corrigendum: Καὶ σοὶ τί θηρῶν ὀνόματος μετῆν, τέκνον; Pofuit, opinor, θηρῶν quia præcefferat, oraculo iuffum Adraftum, Κάπρῳ, λέοντί θ' ἁρμόσαι παίδων γάμους. Cecinerat Adrafto Phœbus, *generos* fecundum *Stat.* Theb. 1, v. 397. *Setigerumque fuem & fulvum adventare leonem.* Paulo legitur inferius v. 423. Τί θηρσὶ δ' ὑμᾶς δῆτ' Ἄδραστος εἴκασε; Hinc verbis tantum diftaret alterum: Καὶ σοὶ τί θηρῶν ὄμματος μετῆν, τέκνον; *Ecquid tibi, mi fili, fimilitudinis erat cum feris?* θηρῶν dixiffe, vel θηρῶν ὄμματος, eodem recidit. Ne quis huc referendum cenfeat σχῆμα θηρὸς ex *Euripidis* Rhefo v. 209. ponam e Mf. Flor. vulgatis meliora:

Λύκειον ἀμφὶ νῶτον ἅψομαι δορὰν,
Καὶ χάσμα θηρὸς ἀμφ' ἐμῷ θήσω κάρᾳ.

vulgatur A. ἀ. νῶτα θήσομαι δ. K. σχῆμα θηρός. —— Quæ hic loquitur, Iocafta fupra v. 312, Χρόνῳ σὸν ὄμμα —— προσεῖδον· fed hoc ad periphrafin malo referri nomen, cui hanc etiam vocem ὄμμα fæpius infervire docuit, præter ceteros, *Th. Stanlejus* ad *Aefch.* Perf. v. 428. Eleganter, meo iudicio, & vere, Φήνης ὄμμα *Sophocli* reftituit flos iuvenum noftratium *Io. Pierfonus* Verifim. 1, c. 1. ὄμμα νυμφῆς, *puellam* dixit *Soph.* Trach. v. 536. conf. *Aefch.* Prom. v. 655. *Eurip.* Rhef. v. 54. Eidem ufui δέμας & σῶμα inferviunt; illud frequentiffime, hoc rarius: Cerberus dicitur σῶμα θηρὸς *Soph.* Oed. in Col. v. 1564. ὄμμα θηρὸς vel θηρῶν ὄμμα neminem offendet, qui noverit ufum vocis πρόσωπον. Præterea frequenter vicinæ voces ὄμμα & ὄνομα fuerunt inter fe male permutatæ. Vulgarant in *Euripidis* Orefte v. 1082. Ἀλλ' ὦ ποθεινὸν ὄμμ' ὁμιλίας ἐμῆς· fic ferme *Soph.* Aj. v. 992. Ὦ φίλτατ' Αἴας, ὦ ξύναιμον ὄμμ' ἐμοί. ad *Euripidæ* locum ὄνομ' in margine notarat *Barnefius* e Mf. in pluribus forte repertum recepit in contextum *Kingius*: de tribus Leidenf. Mff. unus, isque recentior ὄμμ', ὄνομ' alii duo præferunt: utrum fit in ifto loco præferendum, non decerno: fed hoc mihi liquido conftat, in *Aefchyli* Choëph. v. 236. corrigendum:

Ὦ τερπνὸν ὄνομα, τέσσαρας μοίρας ἔχον
Ἐμοί, —— pro ὄμμα· erat Oreftes Electræ, fratris, fororis, & utriusque parentis loco, τερπνὸν ὄνομα, τέσσαρας μοίρας ἔχον. Doctis notus eft is ufus vocis ὄνομα, vel e Latinis; illud forte minus, ἔπος eodem fenfu pofitum a *Sophocle* nonnemini [illegible] fe, qui, quod editiones [illegible], τέλος fubftituit in Antig. v. 53. Dicit ac Poeta:

Ἔπειτα μήτηρ, καὶ γυνὴ, διπλοῦν ἔπος.

Scholiafta vetus: Διπλοῦν ἔπος, διπλοῦν ὄνομα ἔχουσα (Iocafte) μήτηρ τε καὶ γυνή. Quæ Iovi foror erat & coniux, Iuno διπλοῦν ὄνομα φύσει καὶ συμβιώσεως dicitur *Heraclito* [illegible] Hom. p. 438. alterum ab omnivolo fibi Iove queritur ereptum *Senecæ* Herc. Fur. v. 2. *Soror Tonantis: hoc enim folum mihi Nomen relictum eft.* In eodem dramate v. 383, *quid geminum nefas, Mixtumque nomen coniugis, gnati, patris?* conf. *Soph.* Oed. Tyr.

Tyr. v. 1405. Sophocleis iſtis ſubdit *Longinus* π. Υ. Sect. XXIII, 5. *πάντα ταῦτα ἕν ὄνομά ἐστιν Οἰδίπους· ἐπὶ δὲ θατέρου, Ἰοκάστη.* *Iſæus* p. 83, v. 24. *Τί τούτων τῶν ὀνομάτων, οἷς ὁ νόμος τὴν ἀγχιστείαν δίδωσι.* talia plura dantur; ſed ad priora propius accedit *Ovid.* Her. VIII, 30. *Inſtant officio nomina bina tuo.* Metam. VIII, v. 484. —— *trahunt duo nomina pectus.* Nonnulla dedit ad *Quinctil.* Declam. p. 12. vir Egregius *Io. Schultingius.*

Vs. 417. — *τίνι τρόπῳ δ' ἔσχες λέχος;*] Solus *Pierſius* e Cantabrig. Cod. variam adnotavit lectionem *ἔχεις*: quam eo hic profero, ne forte neglecta videretur momenti non nullius. Potuerat etiam Poëta poſuiſſe: *τῷ τρόπῳ δ' ἔσχες λέχος;* nam apud Tragicos & Comicos promiſcue ponuntur *τίνι τρόπῳ;* & *τῷ τρόπῳ;* hoc forte frequentius: in talibus a Codicibus ſtandum, qui hic conſpirant cum vulgata. —— E verſu 418 *παραστάδας* enotarunt *Euſtathius* ad Il. E p. 402, 33. ubi *μέρος θυρῶν* ait, *ἐν Ὀδυσσείᾳ οἱ σταθμοὶ, οὓς παραστάδας ὁ Τραγικός φησιν·* & *Thomas M.* in v. ubi vulgatur *ἦλθεν.* addatur *Eurip.* Iphig. Taur. v. 1159. Adraſtus in *Eurip.* Suppl. v. 142. de generis: *Ἐλθόντε φυγάδε νυκτὸς εἰς ἐμὰς πύλας.* Noſtri loci *παραστάδας* vel *Antimachi σταθμοὺς* expreſſit *Statius* Theb. I, 388, —— *ignotæ acclinis poſtibus aulæ;* de Polynice loquitur. *Cratinus* apud *Pollucem* VII, 122, *Παραστάδας καὶ πρόθυρα βούλει ποικίλα·* conf. *Callixenus* Rhodius ap. *Athen.* V, p. 196. E. In *Euripide παραστάδας* male reddiderant *porticus*: hanc notionem nonnulli congruere iudicabunt *Xenophontis* in Hierone loco, p. 918. B quo ſi *Pollux* reſpicit, ut credibile, VII, 122, pro *Παστάδας* corrigendum *Παραστάδας δὲ ὁ Ξενοφῶν, ἃς οἱ νῦν ἐξέδρας.* vox eamdem corruptelam ſubierat in *Pollucis* L. I, 76.

Vs. 419. *Κοίτας ματεύων, ἢ φυγὰς π.*] Iure *Barneſius* emendationem *G. Canteri ματεύων*, pro *μαστεύων*, recepit, quod ſequitur *ἢ* recte quoque interpretatus; altero *Canteri* conamine, *ἢ* coniicientis, reiecto. Scholiorum, de quibus argute diſputat, alterum certe pertinet ad *λέχος* in v. 417. atque eo fuit a *Pierſio* relatum: hic in *ματεύων Barneſium* ſequitur, ut & *Kingius*: in Hecuba v. 779. recte quoque primus *Canterus* emendarat *Τοῦτον ματεύουσ'*, ubi Codices Leidenſes in deteriori ſcriptura contumaces conſpirant: noſtro loco *ματεύων* præfert eorum optimus; uterque tamen *ἢ*, quod *Canterus* coniecerat.

Vs. 420. *Ἦν ταῦτα· κᾆτα δ' ἦλθεν ἄλλος αὖ φυγάς.*] Ex MſſT. Leid. recepi *κᾆτα δ' ἦλθεν* pro *κᾆτά γ'*· erat enim illud accommodatius. Quatuor vocularum, quæ his inſunt, nulla non ſuam quamdam vim habet: *deinceps vero venit etiam alius rurſus fugitivus.* Formula prior *Ἦν ταῦτα* hic eſt adfirmantis, quod dubia poſuerat locaſte: in Hecuba roganti Regi v. 775, *ἢ που χρυσὸν ἠράσθη λαβεῖν;* reſpondet Hecuba: *Τοιαῦτ'*, id eſt, *ναὶ, οὕτως* vel *ὄντως*, ut Scholion ineditum edito rectius interpretatur in Cod. Leid. B. quod ne cui ſit ſuſpectum efficiet *Eurip.* Elec. v. 645. ubi ſimillimo modo ponitur *Τοιαῦτα.*

Vs. 423. *Τί θηρσὶ δ' ὑμᾶς δῆτ' Ἄδραστος εἴκασε;*] Ex Flor. Mſ. *Iſ. Voſſius* enotarat: *Τ. θ. δ' ὑμεῖς ἐπ' Ἀδρ.* quod veluti res nullius alio quoque potuerat reiici. Nihil ego quidem hic requirerem, niſi quis præferat, *Τί θηρσὶν ὑμᾶς δῆτ' Ἄδραστος ἤκασε.* vid. ad v. 165. notata. —— Ut in hoc verſu, ſeq. 424. perperam ſcribitur in Florentino: *Στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν οὐκ ἐνήλθομεν* (pro *οὕνεκ' ἤλθομεν*) *πέρι.* Tydea, Polynicenque, *περὶ στρωμνῆς*,

teg-

tegminis occasione, quod a Polynice iam occupatum ignotus Tydeus subire tentabat, decertantes expingit *Statius* Theb. I, v. 408 — 427. Adrastus interventu suo dirimit pugnantes; tandem, dum tecta subeunt Regia, v. 483. —— *tergo videt huius inanem Impexis utrinque iubis horrere leonem. Terribiles* (sic *Statius* v. 488.) *contra setis ac dente recurvo Tydea per latos humeros ambire laborant Exuviae, Calydonis honos. Stupet omine tanto Defixus senior.* vs. 494. —— *sensit manifesto numine ductos Adfore, quos nexis ambagibus augur Apollo Portendi generos, vultu fallente ferarum, Ediderat.* Hæc Euripideis quanto maiore se verisimilitudine commendant! mihi certe frigida Tragici videtur ratio. Posset forte cui suspicio subnasci, post versum 424. unum alterumque intercidisse, (quod sæpius accidisse dubium non est) qui Polynici, ad matris quæstionem paulo plenius responti, fuerint olim tributi una cum vss. 425. & 426. sed obstat huic emolliendæ difficultatis modo Tragicus in Supplic. v. 144. Τυδεὺς μάχην ξυνῆψε, Πολυνείκης θ' ἅμα. tum Theseo dicente: Ἦ τοῖσδ' (ita leg.) ἔδωκας, θηροῖν ὥς, κόρας σέθεν; subdit Adrastus: Μάχην γε δισσοῖν κνωδάλοιν ἀπεικάσας. vellem leonis & apri memorasset ab Adrasto visas exuvias; quibus *Apollodor.* III, VI. §. I. & *Zenob.* Cent. I, Prov. XXX. clypeorum insignia substituunt: eorum, qui cum *Euripide* sentirent, opinioni colorem dat *Eustathius* in Il. Δ, p. 369, 48. hanc non nihil iuvat oraculum Adrasto datum: Οὓς κεν ἴδοις προθύροισι τεοῦ δόμου. vidit autem ibi secundum *Euripiden* ferino more depugnantes iuvenes. sensit opinor hic nonnihil incommodi *Diodor. Sic.* itaque ne suum tamen ducem desereret, IV, p. 309, 42. simpliciter κατά τι λόγιον Adrastum dicit συνοικίσαι τὰς θυγατέρας αὐτοῖς. Quem paulo ante dicebam, *Eustathius* etiam alteram probabilem magis sententiam explicuit.

Vs. 425. Ἐνταῦθα Ταλαοῦ παῖς συνῆκε θέσφατα] Deerat in Flor. Cod. nomen Ταλαοῦ perperam: *Antimacho* dicebatur in Thebaide Ἄδραστος Ταλαοῦ υἱὸς Κρηθηϊάδαο. locum servavit *Pausan.* VIII, p. 650. *Talaum Crethiden* dicere potuit obscurus Poëta, tametsi fuerit *Cretheus* avus *Talai* vel proavus. Pari modo Telamonium Aiacem *Aeaciden* vocat, suavissimus inprimis Poëta, *Euphorion* apud *Schol. Theocriti* in Eid. X, 28. ubi minus cogitate *Dan. Heinsius* Lect. Theocr. c. XVI, p. 351. b. „ *non capio*, ait, „ *quomodo dicat* Αἰακίδαο, non Αἴαν„ τος." Plura possent huius generis expromi: sed hoc alienum non videbitur, si *Talai filio* suum locum reddidero in oraculo veteri, quod e *Porphyrio* descriptum legitur in *Eusebii* Præp. Ev. VI, p. 238. c. Εὔχεσθαι ... Κρόνος, στυγεροῖσι δὲ κέντροις Ἀλγύνει παιδὸς Ταλαοῦ ... hoc *Fr. Vigeri*, pro ... reponentis ..., placet inventum, præ altero *Joannis Opsopoei*, qui nobis ... substituit in Orac. Vett. p. 50. interpretantur autem ista, *pueri miseri difficile cor*. *Vigerus*, vir Graece Doctissimus, hoc quidem incommodum evitavit; deletat tamen & hic: *Caesarie densa incubuit, stimulisque cruentis In tristem pueri auroram Saturnus adegit*; cuius obiectio pueri? *tristem*, ni fallor, *auroram* vel *iuventutem* intelligit *filii Talai*, non *Adrasti*, sed *Hippomedontis*, qui, cum Adrasto ceterisque profectus adversus Thebas, secundum nonnullos *Talai* quoque fuit filius. *Apollod.* Bibl. III, c. VI § 3. Ἱππομέδων Ἀριστομάχου· οἱ δὲ λέγουσι, Ταλαοῦ· hos inter est *Sophocles* Oed. in Col. v. 1313, Τέταρτον Ἱππομέδοντ' ἀπέστειλεν πατὴρ Ταλαός. Quo-

ra-

patre genitus fit Hippomedon, quia res erat minus liquida, nufpiam, quantum memini, prodidit *Euripides*, qui duram, quam exegerat, iuventutem, nobis in Supplic. enarrat v. 882 — 887. ubi praeter cetera dicitur *σκληρὰ τῇ φύσει διδοὺς*, quod ipfi fatale fuiffe, fi vera coniecto, monftrat oraculum.

Vs. 430. *Δισσοῖς Ἄδραστος ὤμοσεν γαμβροῖς τάδε*] Unam hic ut faepe literam *Kingio* debemus, cuius neglectus verfum vitiabat: *ὤμοσεν* correxerat & *Battierius*. Unam quoque literam immutavi: vulgarant *τόδε*. *Barnefius* e Cod. Cantab. enotarat *τάδε*· hoc & in binis erat Leid. neque propter iftam tamen folam rationem recepi; fed quia ad hanc accedebat altera, mos nimirum Tragicorum, etiam ubi *τόδε* poni poffet, *τάδε* tamen praeferentium in fine verfuum potiffimum. vid. *Aefchyli* Theb. v. 236. Prom. v. 625. *Sophoclis* Aj. v. 1297. Philoct. v. 539, 540. (in alterum horum verfuum, in *τάδε* fimiliter definentium, melior e Scholiis recipi poterit lectio, *κακά*.) *Euripidis* Hec. v. 604. Or. v. 600, 787, 1583, 1600. Hippol. v. 1257, 1327. &c. in binis locis poftremis Cod. Flor. *τόδε* legit; quod fruftra *Kingius* intulit in Oreftis v. 694. ubi *τάδε* tres habent Mff. Leid. ob eamdem rationem ex illis Codd. tribus receperim in Or. v. 788. *Ἡ λέγωμεν οὖν ἀδελφῇ ταῦτ'* (ed. *τοῦτ'*) *ἐμῇ*; Poëtam edenti ne haec quidem omittenda, quantula etiam cunque fint. Pollicitus fuerat Adraftus *τάδε*, — *Ἄμφω κατάξειν εἰς πάτραν, πρόσθεν δ' ἐμέ.* *Et patriis spondet reduces inducere terris*; *Statius* Theb. II, 200. *Diodor. Sic.* in hac hiftoria noftri Tragici perfequutus veftigia, verbum tamen Euripideum retinuit IV, p. 309, 46. *Φασὶ τὸν Ἄδραστον — ἐπαγγείλασθαι κατάξειν ἀμφοτέρους εἰς τὰς πατρίδας, κρίναντος δ' αὐτοῦ πρῶτον καταγαγεῖν τὸν Πολυνείκην*, — *Apollodor.* Bibl. l. c. *αὐτοὺς Ἄδραστος ἀμφοτέρους εἰς τὰς πατρίδας ὑπέσχετο κατάξειν.* verbo *κατάξειν*, *Apollodorum* defcribens paffim, *Zenobius ἀποκαταστῆσαι* fubftituit.

Vs. 431. — *σύγγαμος γάρ ἐστ' ἐμὸς*,] Laudo *Barnefium*, qui *σύγγαμος* e Mf. receperit in contextum pro *σύγγαμβρος*. quae praeterea *Barnes* argutatur, unius affis non funt. Dudum ante *Grotius* e Parifinis iam dederat veram lectionem, fed editionem *Grotii* neque *Kingius* nifi raro dignatus eft infpicere. In altero Leid. A legitur depravate, *σύγαμβρός ἐστ' ἐμὸς*. in altero nec non in Flor. recte, *σύγγαμος γάρ ἐστ' ἐμὸς*, præterea commodum in Leid. B fuperfcriptum erat interpretamentum *σύγγαμβρος*· quo minus mireris, ab hac genuinam fede fua motam fuiffe lectionem: fi verfus admififfet, *σύγγαμβρος* hic fuiffet ab *Euripide* pofitum. *Pollucis* locum adponam, ut infigni menda liberem L. III, 32. *Οἱ ἀδελφὰς γήμαντες, ὁμόγαμβροι, ἢ σύγγαμβροι, ἢ μᾶλλον συγκηδεσταί, καὶ, παρὰ τοῖς ποιηταῖς, εἰλίονες.* Quantocius invifitatos illos *Eliones* reiice, eorumque loco repone *Κηδεμόνες*. hi fæpius *κηδεσταὶ* dicuntur: vide *Weffeling.* ad *Diod. Sic.* XIV. p. 645, 77. erant autem *Κηδεμόνες* non *qui proxime fanguine coniuncti erant*, ut putabat *Dan. Heinfius* Lect. Theocr. c. XXVI, p. 381. b. fed *adfinitate iuncti*. *Hefychius*: *Κηδεμόνες, οἱ κατ' ἐπιγαμίαν οἰκεῖοι.* conf. Schol. *Apoll. Rhod.* ad I, v. 271. *Ariftophanes* Vefpis v. 730. *Εἴθ' ὤφελε* (*νῦν*) *μοι ξυγγενὴς ἢ κηδεμὼν Εἶναί τις.* ibi *κηδεμὼν* tantumdem valet ac *Οἰκεῖος*. *Callicratidas Stobæi* p. 485. v. 24. *Τῶν συμπληρούντων τὸν οἶκον ἀνθρώπων, τοὶ μὲν Συγγενέες, τοὶ δ' οἰκῆοι. καὶ Συγγενέες μὲν, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος γενόμενοι* —

Oi-

Ο'κῆοι δὲ, ἐπίκτατοι συγγενέες, ἀπὸ τᾶς τῶ γάμω κοινωνίας λαμβάνοντες τὰν καταρχάν. Hos, per nuptias ἐπικτήτους, *familiares*, veteres πηοὺς vel παοὺς dicebant: ab iis, *qui ſanguinis nexu cohærebant*, πηὸς ſecernitur ab *Homero* Ἐσθλὸς ἐὼν γαμβρὸς ἢ πενθερὸς, Od. Θ, v. 581. 582. *gener* aut *ſocer*; reſpiciens Homericæ dictionis originem, Γαμβρὸν πεπᾶσθαι dixit *Euripides* in Androm. v. 641. qui has etiam adpellationes γαμβροῦ & πενθεροῦ nonnunquam permiſcuit; certe τὸν πενθερὸν, *ſocerum*, bis minimum Γαμβρὸν adpellavit. *Suidas* in v. Πενθερὰ, —— πενθερὸς ὁ (τῆς κόρης) πατήρ. Εὐριπίδης δὲ γαμβρὸν αὐτὸν παρὰ τάξιν λέγει. ὁ γοῦν Ἀλκμαίων τῷ Φηγεῖ Φησι.

Καί σ', ὦ γεραιὲ, τήν τε παῖδα δοὺς
  ἐμοὶ,
Γαμβρὸν νόμιζε, καὶ πατὴρ σωτήρ τ'
  ἐμός.

καὶ ὁ Πρωτεσίλαος τῷ Ἀλκάθῳ Φησὶν,
          ἄξιος δ' ἐμὸς
Γαμβρὸς κέκλησαι, παῖδά μοι ξυνοικίσας.

Fraudi non erit in Euripide verſanti, ſi lacerata Poëtæ fragmina redintegravero: prioris ex Alcmæone petiti ſententiam pervertit *L. Kuſterus*; *Grotius* dederat in Exc. p. 369. Καὶ σύγε, γεραιὲ, σήνγε παῖδ' ἣν δῶς ἐμοὶ, Γαμβρὸς νομίζη —— hæc *Barneſius* etiam adponit p. 443, ne nihil tamen novaret, perperam omiſſo γε. Sic ſcripſerat, opinor, *Euripides*:

Καὶ σύγε, γεραιὲ, τήνδε παῖδα δοὺς
  ἐμοὶ,
Γαμβρὸς νομίζου, καὶ πατὴρ σωτήρ τ'
  ἐμός.

In altero fragmento, quod debuerat ad *Euripidæ* Proteſilaum referri, legendum arbitror:

—— —— ἄξιος δ' ἐμὸς
Γαμβρὸς κεκλῆσθαι, ——

ſic ſolet *Euripides*: in Rhadamantho. *Grotii Stob.* p. 269. χρημάτων Πολλῶν κεκλῆσθαι βούλεται πατὴρ δόμοις. Phryxo, ibid. p. 53. Δειλὸν κεκλῆσθαι, καὶ νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον. —— Noſtro vero Σύγγαμος dicitur, qui vulgo σύγγαμβρος· alias σύγγαμοι ſunt ejusdem *lecti participes* apud *Euripidem*: *pellices* ſic dicuntur in Androm. v. 182 & 836. Mulierum genus primo loco dicitur invidum quid, Καὶ ξυγγάμοισι δυσμενὲς μάλιστ' ἀεί. quæ melior etiam eſt & Attica veteris ſcriptio, jam ejus obliterata. An ſynonymum ὁμόλεκτρον vocat *Euripides* Herc. Fur. v. 1. ὁμόγαμον, v. 339. σύγγαμον, verſu 149, ſic forte reſtituenda: Ὡς σύγγαμός σοι Ζεὺς τόκου τε ξυνεών· hoc qui probaverit, eamdem vocem ξυνεὼν v. 340. mecum reponet. *Participes*, κοινωνοὶ, *Xenophonti* κοινῶνες, dicebantur etiam Dorice ξυνᾶονες, Ionice ξυνήονες, Attice ξυνεῶνες. Par ratio in voce ἀὼς, ἠὼς, ἕως· vid. *Euſtath.* in Il. α, p. 757, 6. *Photius* Lexico Mſ. Ξύνωνα, τὸν κοινωνὸν, Σοφοκλῆς.

Vs. 433. Πολλοὶ δὲ Δαναῶν] Hæc & ſequentia profert *Plutarchus* de Exil. p. 606. B. quibus ingratum oſtendat Euripidei Polynicis animum, quæque ſuperius is de exilii dixerat incommodis v. 405, & ſeqq. confutet.

Vs. 437. Τοῖς Φιλτάτοις τοκεῦσιν ἠράμην δόρυ] Non quidem variant Codices; ſed quantivis eſt pretii lectio, in Scholiis conſervata; quam eo miror prorſus neglectam, quod non dici poterat Parentibus bellum intuliſſe Polynices: obduxit hoc incommodum *Grotius*; ſed in re tam manifeſta quid verbis opus eſt? ſic notat Scholiaſta: Τοῖς Φιλτάτοις τοκεῦσιν] Γράφεται καὶ ἑκοῦσιν· (Mſ. Aug. γράφεται, τεκοῦσιν) ἵν' ᾖ, τῷ ἀδελφῷ μου. optime: veterem ſcripturam itaque reſtituamus *Euripidi*: *Deos teſtor*,

—— —— ὡς ἀκουσίως
Τοῖς Φιλτάτοις γ' ἑκοῦσιν ἠράμην δόρυ,

 ita-

[illegible] fratrem quidem, *[illegible]* [illegible] ma[illegible] [illegible] erant [illegible] voci[illegible] T[illegible] [illegible] & [illegible], [illegible] fu[illegible] Deinde Parentes [illegible] *Euripidi* dicuntur, si bene memini, *οἱ φίλτατοι τοκεῖς.* Præterea fratri, qui solus sibi regnum retinebat, bellum intulit Polynices; [illegible] Patri, dudum illinc remoto: Porro manifesta nunc est inter *ἀκουσίας* & *ἑκοῦσιν* oppositio, Tragicis etiam usitatissima: *Sophocles* Antig. v. 281. *Πάρει μι δ' ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν, οἶδ' ὅτι* vid. Trach. v. [illegible]01 Oed. in Col. v. 979, 981. *Sæpe solet* "*Ἀκών ἀκούειν οὗς ἑκὼν εἴπῃ λόγους*, *Soph* ap. *Plutarch.* T. II, p. 89. B. pati quoque, quæ fecerit. *Oppianum* corrige Ἀλ. I, v. 529.

— — *οἱ δ' ἀεκουσῶν*

Εὐνῆς ἱμείροντες ἑκούσιοι, —

pro *ἀεκοῦσαν Εὐνὴν ἱμ. ἑκούσιοι* in Cod. Palat. *εὐνῆς* erat & *ἑκούσιοι* hoc probatum in Miscell Obs V. III. p. 66. — Tandem Polynices arma movet invitus adversus fratrem volentem: quamprimum enim suam fratri partem restituisset Eteocles, paratus erat Polynices v. 488, *Στρατὸν μὲν ἔξω τῆσδ' ἀ[illegible] χθονὸς*, quæque ibi plura prostant, huic lectioni firmandæ prorsus accommoda. Fratrem autem germanum, quid mirum? *carissimum* vocat; erat enim in hoste tamen frater:

Φίλος γὰρ ἐχθρὸς ἐγένετ' ἀλλ' ὅμως φίλος·

ut infra loquitur de fratre moribundus Polynices v. 1455. *Lex*, inquit *Dion Chrysost.* Or. LXXV, p. 640. D. *πατράσιν υἱέων εὐνούστερος, καὶ παισὶ γονέων, καὶ ἀδελφοῖς ἀδελφῶν, πολλοὶ γοῦν ὑπὸ τῶν φιλτάτων ἀδικούμενοι, πρὸς τοῦτον καταφεύγουσι.* Græci scilicet *liberos*, *parentes fratrem*, quin & *amicum verum* vocare solent elegantissime *τὰ φίλτατα.* Oraculo iussi Melii *Φιλεῖν τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα*, *liberos* intellexerunt adhuc pueros, quod legitur in Vatic. Prov. Append. IV, 5. Apud *Suidam* in Ἀ[illegible] de [illegible] genere [illegible] quis, *Θρέψατα γὰρ τέθνηκε πρὸς τῶν φιλτάτων* *Filium* Atossa vocat *τὰ φίλτατ'* in *Aeschyli* Pers. v. 853. Quem oderat, filium tamen, *τὰ φίλτατα* dixit Clytæmn. in *Aesch.* Eumen. v. 100 filium Xuthus in *Eurip* Ione v. 521. sed liberi sic dicuntur apud Tragicos frequentissime. vid. Phœn v. 1467. maritum sic Megara vocat in *Eurip.* Herc. Fur. v. 514. *Fratrem* Electræ senex in Elec. v. 576. Misere parcum seque ipsum defraudantem dicebat *Euripides* in Danaë ap. *Stob.* p. 91, *sacra quoque rapturum*, *τοῖς φιλτάτοις τε πολέμιον πεφυκέναι.* De Patroclo Philoctetes Sophocleus v. 435. *ὃς σοῦ πατρὸς ἦν τὰ φίλτατα·* hunc locum etiam attulerant [illegible]; sed ibi *τοῦ* corrigendum vidit vir Summus *Tib. Hemsterhusius* ad *Lucian.* I, p. 147. ubi hoc loquendi genus explanavit.

Vs. 441 — 443, *Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.*] Sic, ut vulgantur, scripti prostant hi tres senarii in *Stobæi* Florileg. p. 501, 40. In Excerptis *Grotianis* e Trag. & Com. p. 180, eadem, ut plerumque semper, prostat interpretatio, sed in *Stobæo* viri Magni diversa p. 366 quam non pœnitebit hic etiam legisse:
„ *Utcunque nota est dictio, effabor ta-*
„ *men: Opes opimæ summam honesti-*
„ *tudinem Summamque vim res inter*
„ *humanas habent.*" Eadem [illegible], venuste tamen, reddidit *Rittershusius* in *Phædr.* IV Fab. XI. primus expressit [illegible] Latinis numeris *Erasmus* in Adag. *Pecuniæ obediunt omnia.* MS. Leid. B pro *ἀλλ' ὅμως ἐρῶ*, in v. 442. præfert *ὅμως δ' ἐρῶ.* quod, eodem sensu tritum, paulo tamen elegantius, & videretur Euripideum, si

Co-

Codices præterea legerent:
Πάλαι μὲν οὖν ὑμνούμενόν γ', ὅμως δ' ἐρῶ,
Soph. Aj. v. 292. — ἀεὶ δ' ὑμνούμενα·
Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
Nostri loci fine fortasse quis præferat:
Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχειν.
quemodo scribitur apud *Plutarch.* de Amore prolis, p. 497. B. Ne quis inde variam quoque lectionem in v. 442. comminiscatur, primum ponam Plutarchea, deinde fontem erroris digito tangam. Post ista Comici Ὦ δῆμε, λοῦσαι κ. τ. λ. (sic corrigendum pro ᾠδὴ μέλουσαι, quæ tanquam insanabilia præteriit *Xylander*) ex Equit. v. 50, sequitur apud *Plut.* τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ Εὐριπίδου λεγόμενον,
Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκειν φίλους,
Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχειν,
οὐχ ἁπλῶς ἀληθὲς, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀτέκνων.
Duo confudit diversorum loca, quæ retulerat Philosophus ad unum caput: *Sophocles* dixerat:
Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους.
locus insignis e dramate deperdito superest apud *Stobæum* p. 503, 28. Nostrum Euripideum v. 442. ut & 443, uti nunc vulgantur, olim etiam legit *Strabo*, in cuius prostant L. IX, p. 636. A. Legitur etiam versus 442 inter alia veterum dicta τὰ μὴ καλὰ in Carm. Iamb. *Gregor. Nazianz.* de Virtute v. 373. p. 210. ubi, quæ præcedunt, 369, 370, 371, ex *Euripidis* sunt Bellerophonte. Quando autem nostra prolaturus *Euripides*, Πάλαι μὲν οὖν, inquit, ὑμνηθὲν, vetus illud fuisse dictum ostendit: erat autem *Theognidis*, in cuius male consarcinatis reliquiis etiam nunc legitur v. 718,
Ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν.
hunc locum solerter ad nostrum *Euripidæ* comparavit *Thom. Wopkensius* in Lect. Tull. p. 171. conf. *Lambinus* in *Horat.* II Sat. III, p. 183.

Vs. 447. —— Σὸν ἔργον, μῆτερ Ἰοκάστη, λέγειν.] Optime reddidit *Rhotallerus*: *Mater Iocaste: muneris hoc est tui.* Formula, σὸν ἔργον, minus peritis videbatur [illegible] *Plato* in Timæi initio, Οὐκοῦν σὸν τάδε τε ἔργον, —— ἀναπληροῦν, *Chalcidius* interpretatur: *Ergo tui* [illegible] *erit officii, complere* &c. p. 27. D. σὸν σὸν ἔργον λέγειν. *Aeschylus* Prom. v. 636, Σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν. *Sophocles* Phil. v. 15, Ἀλλ' ἔργον ἤδη σὸν, τὰ λοίφ' ὑπηρετεῖν. *Euripidis* Iphig. Taur. v. 1079, σὸν ἔργον ἤδη καὶ σὸν, recte *Barnesius* ὑμέτερον interpretatur: *Herodotus* V, c. 1. νῦν ἡμέτερον τὸ ἔργον. *Xenophon*, K. Π. V. p. 148. A. ὅπως οὐδὲν μᾶλλον τοῦτο ἐμὸν ἔργον ἢ καὶ ὑμέτερον μηχανᾶσθαι, eadem structura, sed infinitivo suppresso, *Lucianus* D. D. XX, 15. In *Xenophontis* Sympos. permutantur formulæ σὸν μέρος, λέγειν· & σὸν ἔργον, λέγειν· p. 885. A. 887. D. conf. *Euripid.* Bacch. v. 847. Hel. v. 836. *Aristoph.* Nub. v. 1496. Ran. v. 598. Av. v. 863. Structura minus usitata *Cratinus* in Nemesi apud *Athen.* IX, p. 373. E. Λήδα, σὸν ἔργον. δεῖ σ' ὅπως —— Ἀλεκτρυόνος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους. sic, pro δεῖ σε δεῖξαι, *Sophocles* Aj. v. 557. δεῖ σ' ὅπως —— Δείξῃς. & in Philoct. v. 55. —— Nihil vetat, integrum adscripsisse *Cratini* locum:
Λήδα, σὸν ἔργον· δεῖ σ' ὅπως εὐσχήμονος
Ἀλεκτρυόνος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους,
Ἐπὶ τῷδ' ἐπώζουσ' ὡς ἂν ἐκλέψῃς καλὸν
Ἡμῖν τι καὶ θαυμαστὸν ἐκ τοῦδ' ὄρνεον.
versu tertio tantum ἐπαάζουσαν in ἐπώζουσ' immutavi: *Casaubonus* Anim p. 646, 46. tentarat, Ἐπὶ τῷδ' ἐπωάζουσαν ἐκλέπειν καλόν. quod posui sine dubio præstat: verbum ἐπωάζειν Attici

contraxerunt in ἐπάξειν *Aeschylus* in Niobe apud *Hesych.* in Ἐπαξεῖν. & *Aristoph.* vid. Notas ad *Hesych.* *Gataker*, ad *M. Antonin.* VIII, §. 37. & *Kuster.* ad *Suidam.* —— Istum *Cratini* locum respicit *Eratosthenes* Catast. c. XXV, ubi vulgatur, ut alibi sæpenumero pro *Cratino*, Κράτης.

Vs. 454. Τόνδ' εἰσεδέξω τειχέων,] Recte Scholiastes: ἀντὶ τοῦ εἴσω ἐδέξω· ubi *Sophocles* Aj. v. 1292. ἑρκέων dixit ἐγκεκλεισμένους, Schol. ἢ ἐν, inquit, ἀντὶ τοῦ ἐντὸς, ἵν' ᾖ ἐντὸς κεκλεισμένους. hæc loca perite comparavit Clariss. *Abreschius* Animadv. ad *Aesch.* p. 175. Contra ἔνδον & ἔσω vim nonnunquam obtinent præpositionum ἐν & εἰς. sed, quia Tragici non sectantur talia, nisi metro coacti, scribendum arbitror in *Eurip.* Iphig. Taur. v. 470. Ναοῦ δ' ἔσω στείχοντες, pro Ναοὺς δ' ἔσω.

Vs. 455. Οὔτοι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει.] Quod pro Οὔ τι subministrabant Leid. Codd. & Flor. Οὔ τοι recepi. Quando τοι & τι eodem efferebantur sono, mirum non est ista bina sæpius a librariis fuisse permutata: in *Aristoph.* Avib. v. 1335, οὔ τοι e Scholiis in contextum reduci debuerat; in Ran. contra v. 525, οὔ τι που σπουδὴν ποιεῖς. nam versum iugulat οὔτοι. In *Euripidis* El. v. 760. vulgato longe prætulerim Οὔ τι. Illud τοι, frequens in gnomis, sententiam est adfirmantis; pro τι restituendum *Aeschylo* Prom. v. 697. —— τοῖς νοσοῦσί τοι γλυκὺ, *profecto dulce est.* *Soph.* Aj. 1007, —— τοῖς θανοῦσί τοι φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν. Nonnunquam dubites, utrum præferas; sed nostro loco nulla poterat superesse dubitatio; ubi præterea proxime sequebatur: Βραδεῖς δὲ μῦθοι πλεῖστον ἀνύουσιν σοφόν, *sed lenta præstant consilia:* quia δὲ nonnunquam sic ponitur, ubi τοι præcesserat, in *Euripidis* Ione v. 739. corrigebam: Αἰπεινά τοι μαντεῖα· τοῦ γήρως δέ μοι. Ceterum *Statius* Euripidea nostra, ni fallor, expressit in Theb. X, 697. *ne frena animo permitte calenti: Da spatium, tenuemque moram: male cuncta ministrat Impetus.* eamdem ista locasten dicentem facit *Papinius.*

Vs. 458, 59. Οὐ γὰρ τὸ λαιμότμητον εἰσ. Κάρα Γοργόνος,] Legendum arbitror Γοργοῦς· hoc antequam firmetur, præter alia ponam ex Euripideo derivatum *Oppiani* locum Κυνηγ. III, 222. fœminam onagri venuste facit ad maritum loquentem, qui prolem torvis oculis adspectabat: Οὐχὶ μέτωπον ἀθρεῖς λιθοεργέος ἄγχι Μεδούσης, Οὐ γόνον ἰοφόρον παναμειλίκτοιο δρακαίνης· minus ista cepit *Conr. Rittershusius*; non enim interrogative capienda vel solus evincit *Euripides*; cuius est in Oreste v. 1522, Μὴ πέτρος γένῃ, δέδοικας, ὥστε Γοργόν' εἰσιδών. Alcestidis v. 1117, & 1118 sic leguntur in Cod. Flor. recte scripti: Τόλμα· πρότεινε χεῖρα, καὶ θίγε ξένης. Α. Καὶ δὴ προτείνω, Γοργόν' ὡς καρατόμῳ. *facie scilicet aversa.* vulgari solet: Τόλμα προτείνειν χ. καὶ θίγειν ξ. Α. Καὶ μὴν π. similiter Τόλμα legitur in *Soph.* Phil. v. 82, & 482. Sensu diverso *Xenophon* Sympos. p. 884. B. ὥσπερ οἱ τὰς Γοργόνας θεώμενοι, λιθίνως ἔβλεπε πρὸς αὐτὸν, καὶ λιθίνως (legerim ἅτε λίθινος) οὐδαμοῦ ἀπῄει ἀπ' αὐτοῦ. vid. *Antiphanes* ap. *Athen.* VI, p. 224. C. D. *Hedylus*, VIII, p. 345. B *Lucian.* T. II, p. 458. ut apud *Euripiden*, *Heliodor.* IV. p. 173. ὥσπερ τὴν Γοργοῦς θεασαμένη κεφαλὴν, τὴν ὄψιν ἀπέστρεψε. Cur autem nostro loco legi malim Γοργοῦς, doctis obscurum non est. Formam quidem communem nominis Γοργόνος ter minimum adhibuit *Euripides*; sed, ubicunque modulus senarii non respuebat Atticam, Atticam Γοργοῦς adhibuit, &

hic

hic quidem alteram superbæ civium aures, ut puto, fuissent aversatæ. *Thomas Mag.* Γοργὼ, Γοργοῦς, Ἀττικοὶ, —— Γοργὼν δὲ, Γοργόνος, ἁπλῶς Ἕλληνες. Εὐριπίδης ἐν Ὀρέστῃ (v. 1523.) —— τὸ Γοργοῦς δ' οὐ κάτοιδ' ἐγὼ κάρα. In *Eurip.* Ione ter legitur Γοργοῦς vss. 1003, 1054, 1265. in Rheso v. 306. Γοργὼ, ubi Ms. Flor. perperam Γοργών. Ceterum formam *Gorgo* Γοργὼ, Γοργοῦς, Atticistis valde frequentatam, vetustissimi iam adhibuerunt, *Homerus*, *Hesiodus*, aliique. Atticis propria fuit forma Εἰκὼ, εἰκοῦς. apud *Euripiden* quoque sæpius obvia, velut in Med. v. 1162. Iphig. Taur. 222, 816. Hel. v. 72. Troasin v. 1178. ad postremum locum referri posset *Hesychii* nota: Εἰκοῦς, εἰκόνας. *Hesychius* alibi: Σινδοῦς, χιτῶνας, σινδόνας. *Luscinia* non tantum ἀηδὼν sed & ἀηδὼ dicebatur, *hirundo*, χελιδώ. *Eustath.* ad Il. Θ, p. 604, 29. Τὸ Γοργοῦς, κλίνεται, ὡς ἡ Σαπφὼ, τῆς Σαπφοῦς. ἴσως δὲ καὶ τὸ Ἀηδοῦς, ὅ ἐστι ἀηδόνος, παρὰ Σοφοκλεῖ (in Aj. v. 635.) καὶ τὸ χελιδοῖ παρὰ τῷ Κωμικῷ (in Avib. v. 1412.) ἀπὸ ὁμοίας εὐθείας ἐκλίθησαν. Ζηνόδοτος δὲ, Γοργόνος ὄμματ' ἔχων, γράφει (in Il. Θ, v. 349.) Ἀρίσταρχος δὲ, Γοργοῦς ὄμματ' ἔχων. *Scholiastes* in Cod. Leid. *Hom.* l. c. Γοργόνος (imo Γοργόνος) δὲ γράφει Ἀρίσταρχος, καίτοι οὔτε γὰρ ὁ Ποιητὴς οὔτε Ἡσίοδος Γοργὼν φασὶν, ἀλλὰ Γοργώ. Huius formæ vocabula plurima fuerunt olim in usu, Εἰδὼ, Ἑστὼ, εὐεστὼ, ἀειεστὼ, ἀπεστὼ, κακεστὼ, Κ... Μ... Φ... *Hesychius:* Κυνάκη Lege, Κυνὼ, ἡ ἀναιδεστάτη. hæc vulgo κυνῶπις· quod restituendum in Epist. XLIV. *Firmi*: συνθεῖναι ἔπαινον τῇ Κυνώπιδι. *Muratorius* nobis dedit κονίποδι, fassus tamen in Cod. Ms. legi, κονώπιδι. Ex *Plutarchi* Quæst. Rom. p. 278. D. ὥσπερ ἡμεῖς τὰς τρεφούσας τὰ παιδία γάλακτι, Θηλονὰς ἀπὸ τῆς θηλῆς καλοῦμεν, οὕτως ἡ Ῥουμίνα Θηλατὶς οὖσα καὶ τιθήνη, — receperunt in Lexica voces non Græcas θηλονὴ & θηλατίς. una tantum tolli debuerat litera superflua: legendum Θηλοῦς & Θηλώ τις οὖσα. *Hesychius*: Θηλὼ, τροφὸς, τήθη. Hæc ab instituto non sunt aliena.

Vs. 460. Σύ τ' αὖ πρόσωπον π. κ. στρέφε] Suavius aures accidit atque usitatius est, Σὺ δ' αὖ π. hoc itaque prætulerim cum *Battierio* in Orestis v. 783, Mus. Helvet. P. XIX, p. 197. *Eurip.* Hippol. v. 270. Σοῦ δ' ἂν πυθέσθαι καὶ κλύειν βουλοίμεθ' ἄν. bis in eadem periodo voculam ἂν repeti, frequenter monuit *Barnesius*. sæpius tamen apud Tragicos alteri supponendum αὖ, ut hoc in loco, Σοῦ δ' αὖ π. —— Plus semel *Statius* nostri loci sententiam adhibuit Theb. VII, v. 508. *Tecti vide, fratremque (quid aufers lumina?) fratrem Alloquere.* XI, 335. —— *quo, saeve, minantia flectis Ora?* Achill. I, v. 271. —— *cur ora reducis?* *Seneca* Oed. v. 1011. —— *gnate, quo avertis caput?*

Vs. 462. Λέξεις ἄμεινον, τοὺς δὲ τ' ἐκδέξῃ λόγους.] Solus, quod sciam, *Wilh. Piersius* vulgavit, Λέξεις ἄμεινον & ἐνδέξῃ e Cod. Cantabr. neque aliter duo præferunt Leidenses: e Flor. Cod. etiam enotatum ἐνδέξῃ. Ante *Barnes.* ediderunt Λ. τἄμεινον, τοὺς τ' ἐνδέξῃ λόγους. *Kingius* dedit ἐνδέξῃ. mihi ratio nulla videtur, cur veterem lectionem ἐκδέξῃ loco moveremus, *Abreschio* merito probatam Anim. ad *Aesch.* p. 475. In *Platonis* Euthydemo Dionysodorus ὥσπερ σφαῖραν ἐκδεξάμενος τὸν λόγον. p. 277. B. frequentatur *accipiendi* verbum *intelligendi* significatu: οὐκ εὖ Δικαίαρχον ἐκδεξάμενον, legendum apud *Athen.* III, p. 85. F. pro ἐκλεξάμενον. Præterea *Kingius* hoc versu cum *Barnesio*

 le-

legit, *Λέξεις τ' ἄμεινον* alterum, ut in Codd. repertum, prætuli; sed hoc quoque recipi potuerat; *Λέξεις τἄμ[illegible]* [illegible]. Quæ hic statui non potest, [illegible], syllaba produceretur. In *Eurip.* Or. v. 852. recte pro [illegible] *Kingius* vulgavit *Λέξειν τὰ 'κεῖθεν.* Scholiastes in Cod. Barocc. *βαρεῖαν χρὴ τιθέναι εἰς τὸ τὰ, ἵν' ᾖ βραχὺ τὸ α, καὶ ἀπόστροφον.* sic [illegible] debuerant: ante *Turnebum* & *H. Steph.* male dederant in *Soph.* Aj. v. 5. *Ἴχνη τἀκείνου* pro *Ἴχνη τὰ κείνου* errat isthic loci *D. Stolberg.* p. 110. vid. *H. Steph.* Tract. de Orthogr. init. Ut syllaba producatur, *τἀπὸ Θρᾴκης λήμματα* ponendum in *Antiphanis* versu apud *Athen.* x, p. 450. F. facilem medelam plura Tragicorum loca postulant. Nostro versu *τε* semel an bis ponatur, nihil interest.

Vs. 463. *Παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν.*] Ex Phœnissis *Strattidis* duo nobis senarios reliquit *Athenaeus* IV, p. 160. B. memorans *τὴν Στράττιδος τοῦ Κωμῳδοποιοῦ Ἰοκάστην, ἥτις ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Φοινίσσαις φησὶ,*

Παραινέσαι (δὲ) σφῷν τι βούλομαι σοφόν.
Ὅταν φακῆν ἕψητε μὴ 'πιχεῖν μύρον.

Grotius notis ad Exc. p. 879. *ex ipso Phœnissarum loco, quem παρῳδεῖ,* addidisse se voculam ait *δέ.* quem apud *Grotium* legerat, locum designat *Piersius. Is. Casaubonus*, ubi de *Strattidis* agit fabulis L. VII. Anim. in *Ath.* c. XXIII, Phœnissarum quidem *Euripidis* non meminit, sed locum *Strattidis* attulit, & commodum citat *Aristotelem*, cuius verba iam dederat *Erasmus* in Adagio, *In lente unguentum.* Locus est in libello *περὶ Αἰσθήσεως καὶ Αἰσθητῶν* c. V, p. 16, 13. *ἀληθὲς γὰρ, ὅπερ Εὐριπίδην εἶπε σκώπτων Στράττις,* *Ὅταν φακῆν ἕψητε μὴ 'πιχεῖν μύρον.* Quæ *Strattidi* fuerit *Euripidem* hic irridendi ratio, non quæret, qui vocem *σοφὸν* hac in sede revocaverit ad animum; huic [illegible] si [illegible] noster, hic quidem Comico ludendi defuisset occasio: velut in Heracl. l. v. 1018. *Παραινέσαι σοι μικρὸν, 'Αλκμήνη, θέλω.* Sed nimium quantum amat vocem *σοφὸς Euripides*, propterea, nec non ob *σιγματισμὸν*, sæpe notatus a Comicis; meminerunt hoc etiam Grammatici: *Schol.* ad Med. v. 665. *εὐεπίφορός ἐστιν ὁ Εὐριπίδης εἰς τὸ λέγειν σοφὸς καὶ σοφὴ, πρὸς μηδὲν χρήσιμον παραλαμβάνων τὸ ὄνομα·* postea, *ὥσπερ παραπληρώματι*, inquit, *χρῆται τῇ λέξει.* quorum vim explicuit vir Summus ad *Luciani* Timon. p. 99, 6. Exemplo sit locus ex Antiopa in *Stob.* Floril. *Grot.* p. 23. in quo quater ea dictio legitur repetita; sunt tamen Amphionis ista sapientiam laudantis verba, quod e *Cicerone* constat. Senarius, qui legitur in *Plut.* Antonio p. 953. A. *Σοφοὶ σοφοὺς σῴζουσιν, ἢν ὦσιν σοφοὶ*, ob eam, quam dixi, rationem videtur *Euripideus*. Paene praetermiseram, & potuerat omitti, quod in Tragici versu præferunt Edd *Aldi* & *Hervagii* prima, *Παραινέσαι δὲ σφῷ τι β. σ.* in secunda Basil. cui præfuit *Io. Oporinus*, recte iam positum *σφῷν·* *vobis*, *δυϊκῶς·* ut *Σφῷν* Attici pro *ὑμῖν*, sic *Νῷν*, *μὴ συνεκφωνουμένου τοῦ ι*, *'Αττικῶς· ἡμῖν*, *'Ελληνικῶς*, *Moeris Attic. H. Steph.* App. de D. A. p. 174, 175. In Excerptis ex *Apollon. Dysc.* libello de Pronom. p. 428. B. debuerat corrigi: —— *σὺ γὰρ σφῷν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων* (Od. Δ, 62.) *ὅπερ ἐδόκει ἐπίμεμπτον εἶναι ὡς τρίτον πληθυντικὸν, δίχα τοῦ ι γραφόμενον.* ibid. loca prostant ex *Antimachi* Thebaide, *σφῷ* velut casum quartum usurpantis.

Vs. 465. *Εἰς ἓν συνελθὼν, ἔμματ' ὄμμασιν διδῷ.*] Nihil hic desiderem; est tamen memoratu digna Flor. Mſ. lectio: *Εἰς ἓν συνελθόντ' ὄμματ' ὄμμασιν διδῷ.* quae, si doctum defensorem inveniet, me-

mutata videbitur ob insolentiam [illegible] ctione. *Kingius* hic iterum & *Battierus* op[illegible] postietam [illegible] literam, olim omissam, in Excerptis p. 181. neglexerat *Grotius*.

Vs. 466. Ἐφ' οἷς συνήκει ταῦτα χρὴ μόνον σκοπεῖν,] In B Leidensi quod legitur, σκοπεῖν μόνον, edito non est deterius Ex Anglicorum uno *Kingius* recepit, Ἐφ' οἷς συνήκει, pro Ἐφ' [illegible] Le[illegible] opt[illegible] illam [illegible], *Kingium* sequutus [illegible]; [illegible] tamen [illegible] vulgatam lectionem præferentem [illegible]. *Eurip.* Heraclid. v. 136. Ἐφ' οἷσι δ' ἥκω, καὶ παρ' οὗ, λέγειν θέλω. *Soph.* Phil. v. 50. ἐφ' οἷς ἐλήλυθας.

Vs. 467. Κακῶν δὲ τῶν πρὶν μηδενὸς μνείαν ἔχειν.] Per [illegible] hucusque receptam lectionem, μηδαμῶς, sua sede [illegible], quo[illegible] Codices scripti præbebant, [illegible] [illegible] non dubitaver; hoc in [illegible] non [illegible], sed etiam in F[illegible] & Cantabrig. [illegible] quin [illegible] præterea reperiatur. Quis [illegible] ? [illegible], c. LXXIV. ὁρκώσαντες πίστεσι μεγάλαις μηδὲν μνησικακήσειν. *Xenoph.* K. A. II, p. 281. D. μὴ μνησικακήσειν βασιλέα αὐτοῖς τῆς σὺν Κύρῳ επιστρατείας, μηδὲ ἄλλου μηδενὸς τῶν παρωχομένων. vid. *Andocides* p. 1[illegible], v. 5, 15. p. 12, 18. p. 14, 34. *Antiphon*, p. 115, 27.

Vs. 472. Ἁπλοῦς ὁ μῦθος — 475.] Ad Tit. XI. περὶ ἀληθείας hæc retulit *Stobaeus* p. 136. v. 25 — 28. [illegible] *Erasmus* in Adag. *Veritatis simplex oratio*. Postrema —— ὁ δ' ἄδικος λόγος Νοσῶν ἐν αὐτῷ φ. δ. σ. hinc excitat *Clem. Alex.* I Strom. p. 340, 10. & e *Clemente* descripta *Theodoretus* Therap. I. p. 15, 41. Primum illud, Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ, proverbii vim obtinuit: *Diogenian.* II [illegible] *Julian.* Or. VII, p. 214. B alios. *Plutarch* de Adul. & Amici Discrim. p. 6[illegible] C. ὁ τοῦ φίλου τρόπος, ὥσπερ ὁ τῆς ἀληθείας μῦθος, ἁπλοῦς ἐστι κατ' Εὐριπίδην καὶ ἀφελὴς καὶ ἄπλαστος. ὁ δὲ τοῦ κόλακος, ὄντως Νοσῶν ἐν αὐτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν, καὶ πολλῶν, νὴ Δία, καὶ περιττῶν. Sæpius [illegible] Oratores antiqui respexerunt, *Isaeus* p. 87, v. 14. *Lycurgus* p. 152, 15. alii. *Euripidi* præiverat *Æschylus*, e cujus Armorum judicio [illegible] servavit eodem Tit. *Stobaeus*; Ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη· qui versus congruit Ajacis personæ. —— In *Stobæo Grot.* p. 79. versus 473. legitur sic scriptus, Κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων· in *Stobæo Gesneri* p. 136, 26. Κοὐ ποικίλων δεῖτ' ἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων nec variis eget interpretationibus bifariam: hæc veterum fuit Editionum *Euripidis* lectio, quam, [illegible], mireris Celeberr. *Fabricium* tamen se[illegible] *Canter.* N. L. II, VII. retinet veterum [illegible], recte tamen [illegible] δεῖ τὰ ἔνδικα ἑρμηνευμάτων. *Grotius* [illegible] τἄνδιχ' ἑρμ. *Sam. Battierius* in schedis MSS. „ ἄνδιχα certe locum hic „ habere non potest; nam in sequenti „ versu sequitur ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν. „ [illegible] „ neutrum plurale Neque vero con„ gruum est si scribatur, δεῖτ' ἔνδιχ' „ —— articulus enim hic postulatur: „ [illegible] —— „ pro τὰ ἔνδικα” δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων recte dederunt *Barnes.* & *Kingius*.

Vs. 476. Ἐγὼ δὲ πατρὸς δωμάτων προὐσκεψάμην Τοὐμόν τε, καὶ τοῦδ',] Olim vulgata δωμάτων πατρὸς *Grotius* invertit, obsequutus Codicibus scriptis;

tis; *Grotium* hic sequuti sunt *Barnes.* *Piers.* *King* vel Codices, quibus accedunt Leidd. & Flor. Vellem hi nobis subministrassent "Εγωγε πατρὸς δ. π. quod sane prætulerim: *Ego quidem domui paternae (vel regno) meum & huiusce commodum antetuli:* ἐκφυγεῖν χρῄζων ἀρὰς, —— Ἐξῆλθον ἔξω τῆσδ' ἑκὼν αὐτὸς χθονὸς, *diras*, videlicet *Oedipodis*, *evitare desiderans*, *solus mea sponte Thebis exul abscessi.* sic Euripidea capienda sunt, ab interpretibus huc usque parum intellecta: *Barnesio* præterea gratiam facimus coniecturæ, legenti, Κἀξῆλθον ἔξω τ. Libentius *Georg. Arnaldum* nominarem, si laudem mereretur, quam in Miscell. Obs. V. vi, p. 596. protulit, interpretatio, vel vulgatæ lectionis mutatio, legentis, Τοὐμοῦ τε καὶ τοῦδ', nimirum πατρὸς. rectius ad hanc lectionem accommodari poterat interpretatio *Barnesii* vel *Kingii*, quæ tamen aptius quadraret, si legeretur: "Εγωγε πατρὸς δωμάτων προὐκηδόμην, Τοὐμοῦ τε καὶ τοῦδ'. *Soph.* Antig. v. 752. σοῦ γὰρ οὖν προκήδομαι. Nihil vero mutandum; hic enim nativus videtur verborum situs: ἔγωγ' ἐσκεψάμην τὸ ἐμὸν καὶ (τὸ) τοῦδε πρὸ δωμάτων πατρὸς, quorum sententiam supra iam expressi. *Eurip.* El. v. 1114, τοὐμὸν δ', οὐχὶ τοὐκείνου σκοπῶ. *Soph.* El. v. 253. Ἐγὼ μὲν, ὦ παῖ, καὶ τὸ σὸν σπεύδουσ' ἅμα, Καὶ τοὐμὸν αὐτῆς ἦλθον. *Eurip.* Androm. v. 250 —— οὐ τὸ σὸν προσκέψομαι. Med. v. 460, τὸ σόν γε προσκοπούμενος quæ transsumsit Auctor dramatis Χ. Π. v. 1982.

Vs. 480. Δοὺς τῷδ' ἀνάσσειν πατρίδος ἐνιαυτοῦ κύκλον,] Haec & quae sequuntur v. 482, 483, vix dubito quin *Accius* hoc loco Phœnissarum suarum expresserit: *Vicissitemque imperitandi tradidit; Ne eorum divitiæ discordes dissipent, Disturbent tantas & tam opimas civium Divitias.* apud *Nonium Marcellum* divulsa sic perite iunxit *Ios. Scaliger* Conject. in Varron. p. 131, sed comparavit ad *Eurip.* Phœn. v. 71, 72. Ad vers. 73. 74, primum ex Accianis contulit *Fulv. Ursinus* in *Virg.* cum Gr. coll. p. 295. sequentia retulit *Ios. Mercerus* ad vss. 586, 87, 88. notis in *Nonium Marc.* p. 19 tentat Acciana *Wasius* in Senario p. 186.

Vs. 481. "Ωστ' αὐτὸς ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος λαβών.] Mirabar quamobrem *Gul. Cantero* videri potuerit αὖ deesse post αὖθις; atque adeo delendum ἀνὰ, sed viro perdocto dubium non est quin facta fuerit iniuria, cuius isthæc nota pertinet ad versum 490. ἀνὰ μέρος, significans *vicissim*, optime iam cultus est in Animadv. ad *Aesch.* p. 18. *Fr. Lud. Abreschius* Glossarium San-German. nondum editum: Ἀνὰ μέρος, ἀντὶ τοῦ ἐν μέρει. Εὐριπίδης Φοινίσσαις. hanc notam præter alias inde decerptas *Davidi Ruhnkenio* debemus. Deinde *Barnesii* reiicit *Abreschius* interpretamentum, ἄρχειν per ἀρχὴν explicantis, docte τὴν ἀρχὴν in λαβὼν subaudiendum iudicans; tamen poterat λαβὼν eo quoque modo positum hic censeri, sicut sæpius, apud Tragicos præsertim, prope πλεονάζουσι participia λαβὼν, ἑλὼν, παρὼν, &c. Aliud hic erat præterea dignum quod adolescentes animadverterent: ad Λαβὼν *Scholiastes:* Ἀττικὴ ἡ σύνταξις, Λαβὼν ἀντὶ τοῦ λαβόντα, αὐτὸν ἐμὲ λαβόντα· his subdit incerti Comici senarium: Ἐξὸν καθεύδειν τὴν ἐρωμένην ἔχων· nisi sic scripserit *Chariton. Aphrodis.* quod suspicor ob insolentiam a sciolo mutatum, ipse censeri debet Atticam in hoc versu figuram obliterasse: legitur apud *Chariton.* iv, p 76, 22. Ἐξὸν καθεύδειν τήν τε ἐρωμένην ἔχειν. Inter iambos, qui ut alii his sic etiam exciderint *Charitoni*, collocet illa Cel. *D'Orvillius* p. 363. tum forte non me-

mor veteris esse Comici, non in Scholiis nostris duntaxat, sed & apud *Eustathium* ad Il. B p. 179, 12. recte scriptum; nam & is inter τὰ σολοικοφανῆ vel καινοπρεπῆ σχήματα retulit τὸ, Ἐξὸν καθεύδειν τὴν ἐρωμένην ἔχων· ἀντὶ τοῦ ἔχοντα. οὐκ ἔχει δὲ, inquit, οὐδὲ τοῦτο θεραπείαν τινά. hoc addit, quia facilior reddi poterat ratio usus *Homerici*, non prorsus dissimilis in Il. B, 350 Φημὶ μὲν οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα Ἀστράπτων ἐπιδέξια· *Eustathius* hæc *Homerica* retractat ad Il. E p. 413, 46. Il. Z. p. 512, 8. Il. K p. 741, 13. ad Od. A p. 17, 42. Od. E p. 240, 16. Conferri potuit, & fuit olim ad primum illud Homericum collatus *Aeschyli* locus in Agamemn. v. 734, 735, *Stanleio* temere tentatus. vid. *Th. Gataker.* ad *M. Antonin.* III, § 4. Unus est *Homeri* locus, quem, licet omnium aptissimum, cum nostro senario comparare neglexit interpres, in Od. P, v. 555. si nempe πεπαθυίῃ scribatur, ut legit *Eustathius*. Figuræ, quam in nostro loco Scholiastes observavit, quem legisse forsan suspiceris, Ὥστ' αὐτὸν ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος λαβών· contraria erat, Ἀσιανὸν σχῆμα *Lesbonacti* dicta p. 188. huic enim ἐναντίον erat σχῆμα, ὃ ἔμπαλιν ἔχει τὴν μετοχὴν ἐπὶ ὀρθῆς πτώσεως ἀντὶ αἰτιατικῆς. οἷον εἴ τις εἴποι, λέγεται Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα στρῶσαι τοὺς Πέρσας, ἐλθὼν εἰς χωρίον τῆς Περσίδος, ἀντὶ τοῦ ἐλθόντα. sic emendatius ista debuerant in *Lesbonacte* vulgari.

Vs. 482. Καὶ μὴ, δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολὼν,] Interpretes, quorum numero *Grotius* eximendus est, sensum perverterant. Quum vel meis vel *Abreschii* poteram, huius verbis uti malo ex Animadv. ad *Aesch.* p 19. „ cum reddi debuisset *inimicitia & „ caede adversus hunc* (Eteoclem) „ *grassando*, perperam μολὼν accepe„ runt de reditu Polynicis, qui id „ unice intendit, ut [illegible] aperiat discessus e patria. vid. quæ „ præcedunt. Locutione utitur ite„ rum in Androm. vs. 175 διὰ φόνου „ δ' οἱ φίλτατοι χωροῦσιν" aptior locus non poterat ex[illegible]: q[illegible]s autem in illo quoque φόνου legatur, nostro tamen ista dictio hoc modo convenit, quia sequitur: Κακόν τι δρᾶσαι, καὶ παθεῖν, ἃ γίγνεται· hoc enim poni non potuerat, si vox φόνου præcessisset. Quod in antiquissima legitur Leid. membrana, Καὶ μὴ δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φθόνου μολὼν, arbitror genuinum, &, si mei res ubique solius fuisset arbitrii, hoc quoque iam recuperasset *Euripides*: forma loquendi manet eadem; de qua multa notat Cl. *Abreschius* ad *Aesch.* Prom. v. 120. τὸν πᾶσι θεοῖς δι' ἀπεχθείας ἐλθόντ'· sic dicit *Diis omnibus invisum.* *Plato* Theage p. 130. B. τῇ προτεραίᾳ μοι δι' ἀπεχθείας ἐν λόγοις τισὶν ἐγεγόνει. *Philo Iud.* in Flacc. p. 983. D. ἐκ πάντων οὗτοι μάλιστα αὐτῷ δι' ἀπεχθείας ἐγένοντο. personatus *Clemens* in Clementin. Colloquiis V, § 2 *Apionem*, ait, πάνυ Ἰουδαίους δι' ἀπεχθείας ἔχοντα. nihil differunt hae locutiones: qui dicitur Alexandrinis ὁ μισῶν Psalmo LIV, 13. *Symmacho* fuerat dictus ὁ διὰ μίσους μοι· nam negligi non debuerat articulus —— Nostro loco δι' ἔχθρας καὶ φθόνου μολὼν mea quidem sententia nihil est aliud quam ἐχθρὸς γενόμενος καὶ φθονερός. *Eurip.* Hippol. v. 1164. —— δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος; nihil aliud utique διὰ μάχης ἐλθεῖν vel μολεῖν τινὶ, quam *cum aliquo pugnare*: δι' ὀργῆς ἔχειν τινὰ, *alicui iratum esse.* sunt huius generis plurima: διὰ σπουδῆς frequentissimum: rarius illud *Athen.* VII, p. 300. C αἱ Στρυμόνιαι ἐγχέλεις δι' ὀνόματος ἦσαν, *laudari solebant.* De multis, quæ ad manum sunt, *Euripidae* quaedam ponam: Hec. v. 850. Ἐγὼ

σε καὶ σὸν παῖδα —— δι' οἴκτου —— ἔχω, *tui filiique tui me miseret*. Or. v. 755. —— διὰ φόβου γὰρ ἔρχομαι, *metuo*. Phoen. v. 1554, & alibi, δι' ὀδύνας ἔβας minime ceperunt interpretes. Androm. v. 416. Καὶ πατρὶ τῷ σῷ διὰ φιλημάτων ἰὼν, *patrem osculatus*.

Vs. 486. — δόμων ἐμὸν μέρος] Pro ἐμῶν recte *Io. Kingius* ἐμὸν restituit, non primus tamen; nam sic quoque *Grotius* vulgarat: ratio mutationis est manifesta.

Vs. 487. — τἀμαυτοῦ] Vitiose ponitur in Ed. *Kingii* τὰ 'μαυτοῦ· crasi coalescere debet syllaba producenda: vid. paulo superius ad v. 462. notata.

Vs. 489. [Οἰκεῖν δὲ τὸν ἐμὸν οἶκον ἀνὰ μέρος λαβὼν] Ex Euripideis quidem conflatus, nec tamen versus *Euripidis* esse videtur hac sede: Iphig. in Aul. v. 331. Οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι. Phoen. v. 1237. Κἂν μὲν κτάνω τόνδ', οἶκον οἰκήσω μόνος, & Androm. v. 581. sæpius οἰκεῖν ponitur pro διοικεῖν, *administrare*, *regere*: *Plato*, dum in Amator. p. 138. B. scribit: οὕτωγε καὶ πόλεις εὖ οἰκοῦνται, nobilem respicit ex *Euripidis* Antiopa locum, a multis olim usurpatum: *Platonis* non meminerat *Gataker*. A. M. P. C. X. p. 510, 511. Interrogata Lacaena, quid sciret, εὖ οἰκεῖν οἶκον· ἔφη. *Plutarch*. Lacaenar. Apophthegm. p. 242. C. quod non debuerat verti, *domum bene incolere*. —— Alterum ἀνὰ μέρος λαβὼν legitur v. 481, atque inde huc fuisse puto derivatum. Abeat illuc versus, quia μὲν præcesserat, hic forsan interfertus a sciolo: nihil ad sententiam requiri poterit: exercitum dimittere hac conditione paratum se dicit Polynices, si, quod postulabat, prius sibi concessisset Eteocles, v. 487. Καὶ νῦν ἕτοιμός εἰμι, τἀμαυτοῦ λαβὼν, Στρατὸν μὲν ἔξω τῆσδ' ἀποστεῖλαι χθονὸς, Καὶ τῷδ' ἀφεῖναι τὸν ἴσον αὖθις αὖ χρόνον, quid? τἀμαυτοῦ· Plenam hæc continent sententiam, neque egent isthoc emblemate. Quis dubitare poterat, quin esset paratissimus Polynices regnum administrare? nihil autem aliud repetere, nisi *pactas vices*, monstrat v. 490.

Vs. 490. Καὶ τῷδ' ἀφεῖναι τὸν ἴσον αὖθις αὖ χρόνον.] Olim omissam, a *Cantero* restitutam, voculam αὖ *Grotius* recepit; *Piersius* & *Kingius* in optimo Codice repererunt. Mitto *Battierii*, *Barnesii*que tentamina. —— Versu sequenti πέρθειν erat in Cod. Flor. ego quidem πορθεῖν hic genuinum arbitror, nec tamen in chori cantu πέρθειν temere reiecerim.

Vs. 497, 498. Ταῦτ' αὔθ' ἕκαστα, μῆτερ, οὐχὶ περιπλοκὰς Λόγων ἀθροίσας, εἶπον, ἀλλὰ —] Postremum illud frustra *Kingius* e paraphr. in ἀλλ' ἃ, *sed quae*, mutandum suspicabatur; qui nihil etiam habebat causæ, cur ex uno non optimo Cod. reciperet in contextum οὐ περιπλοκὰς Λ. *Grotius* αὐθέκαστα curavit exprimi, quod *Barnesius* & *Piersius* etiam praetulere: mihi, hoc an illo modo scribatur, nihil videtur interesse cum Cl. *Abreschio*, qui Anim. ad *Aesch*. Prom. v. 949. —— μηδὲν αἰνικτηρίως Ἀλλ' αὔθ' ἕκαστ' ἔκφραζε. locis prolatis monstrat, sic passim scribi: reliquis addatur *Eurip*. Hec. v. 1227. —— τὰ χρηστὰ δ' αὔθ' ἕκαστ' ἔχει φίλους· ubi φίλα legitur in Cod Flor. *Alexis* apud *Athen* X. p. 449. E. Παίζειν σὺ (malim: Παίζουσα) χαίρεις, ὦ γύναι, μ' αἰνίγμασι. Γ. Καὶ μὴν ἁπλᾶ γέ καὶ σαφῆ λέγω μαθεῖν· hæc sunt αὔθ' ἕκαστα vel αὐθέκαστα. *Simplex oratio*, qualem natura dictat: qui sic loquitur simpliciter, quique scapham scapham vocat, proprie di-

dicitur *αὐθέκαστος.* in hoc composito non est *αὐτὸς solus*, ut credidit vir Eruditiss. sed eadem obtinet vis, quam ad *Hesych.* in Αὐτόπαιδα explicuit, & *Georg. Arnaldus* Var. Coniect. I. c. XXV. p. 176, 177, 414. *αὐθέκαστος*, in singulis genuinus, &, nulla arte adhibita, naturam ducem sequens: *αὐτοκαπλότης* apud *Suidam* parum differt ab *αὐθεκαστότης*, quod damnat *Phrynichus* p. 154, *αὐθέκαστον, κάλλιστον ὄνομα* pronuncians. in oratione. *αὐθέκαστα* sunt *ἁπλᾶ καὶ σαφῆ*, *artificiosis* verborum *strophis* opposita. *Aeschylus* Prom. v. 610. *Λέξω τορῶς σοι πᾶν ὅ, τι χρῄζεις μαθεῖν, Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ·* quæ male *Sophocli* tribuuntur apud *Etymologum* p. 762, 29. *ἐμπλέκειν πλοκὰς* est in *Eurip.* Iph. Aul. v. 936. frequens *Euripidi πλέκειν* hoc sensu. vid. Rhes. v. 834. Ion. v. 826, 1410. Med. v. 321. nam, pro *μὴ λόγους λέγε*, postremo loco scribendum arbitror, *μὴ λόγους πλέκε.* Nostro loco *veritati simplici* Tragicus opponit *περιπλοκὰς λόγων*, *Achilli Tatio* quoque memoratas IV, p. 223. Comici *Stratonis* locus est apud *Athen.* pervenustus, in quo *τῷ ἁπλῶς διαλέγεσθαι* opponitur *περιπλοκὰς λέγειν* L. IX, p. 383. A. apud eumdem XI, p. 459. A *Antiphanes* Ganymede: *Οἴμοι, περιπλοκὰς [λέγεις, ὦ δέσποτα] Λίαν τ' ἐρωτᾷς.* Δ. *'Αλλ' ἐγὼ σαφῶς φράσω.* quæ parentheseos signis sunt inclusa, verbum certe *λέγεις* suspicor excidisse: *ὦ δέσποτα* sequentia reddunt saltem verosimile. *περιπλοκὰς λέγειν Terentio* dicitur *perplexe loqui*: *Cassius Hemina* apud *Nonium* p. 515, 19. *Prudens*. ait, *perplexim*, *σκοτεινῶς*, *scribit*: sic recte corrigit *Is. Vossius* pro *scotino*. *Accius* Agamemnonidis: *Composita dicta e pectore evolvunt suo.* his opponuntur *αὐθέκαστα.* *Plautus* Cistell. IV, II, 63. *Involvolum (imitatur) quae in pampini folio intorta implicat se: Itidem haec exorditur sibi intortam orationem.*

Vs. 500, 501. *'Εμοὶ μὲν, —— ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν.*] Optime *Barnes.* pro *δοκεῖ* restituit *δοκεῖς* e Ms. Cantabr. accedunt Flor. & Leidenses duo, præterea *Sophocles*, in cuius Antig. v. 692, Chorus, velut inter dissidentes iudex suique muneris memor, ad Creonta, qui primus dixerat, *'Ημῖν μὲν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα, Λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.* quæ cum nostris adeo congruunt, ut manifestum sit, alterum locum ex altero fuisse derivatum, atque adeo nostrum e Sophocleo; nam aliquot annis ante fuit acta *Sophoclis* Antigone, quam *Euripidis* committerentur Phœnissæ. Ut hic ap. *Eurip.* *'Εμοὶ —— μοι δοκεῖς*, sic sæpe, Poëtæ præsertim, pronomen repetunt *quasi obliti semel posuisse*, ut ait *Casaubon.* in *Aristoph.* Eq. v. 472 quandoquidem mulierem Phœnissam sic facit *Euripides* loquentem, hinc etiam constat istius repetitionis ratio. Apud *Xenophont.* K. Π. VI, p. 170. A. *ὅτι με αἰχμάλωτον γεγενημένην, καὶ ἐξαιρεθεῖσαν ἑαυτῷ, οὔτέ με ὡς δούλην ἠξίωσε κεκτῆσθαι, οὔτε ὡς ἐλευθέραν ἐν ἀτίμῳ ὀνόματι.* Panthea loquitur.

Vs. 502, 503. *Εἰ πᾶσι ταὐτὸ κ. ἔ. σ. θ' ἅ. Οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις·*] Haec & seqq. numeris Latinis primus reddidit *Erasmus* in Adag. *Quot homines, tot sententiæ.* In Edd. ante illam *Grotii* male deerat *ἂν*, quam voculam is restituit, ab *Erasmo* non omissam, & in optimo Leidensi quoque repertam; in altero legitur & in Flor. *Οὐκ ἦν ἀναμφίλεκτος.* *Porphyrius* in *Ptolem.* Harmon. p. 190. fine. *εὐξαίμην ἂν πάντας τὰ αὐτὰ λέγειν περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ, ὡς ὁ Σωκράτης ἔφασκε, διὰ τῶν αὐτῶν· καὶ οὐκ ἂν ἦν ἀναμφίλεκτος περὶ τῶν πραγμάτων*

 τοῖς

τοῖς ἀνθρώποις ἔρις. de quibus nulla possit esse dubitatio, dicuntur ἀναμφίλεκτα· legendum itaque: καὶ, Οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος (π. τ. π. τ.) ἀνθρώποις ἔρις· sic ista recte scripta leguntur in *Lucianeo* Demosth. Encom. §. 9. T. III. p. 497, 28. ubi, cum *Moys. Solanus* sedem senarii designarat, ut Euripidea potuerant a *Luciani* verbis secerni. Hos duo senarios cupide, nec mirum, enotatos *Sextus Empir.* adhibuit Pyrrh. Hyp. I, §. 86. quod sequitur ibi, Δεινόν γε, ταὐτὸ τοῖς μὲν ἀνδάνειν βροτῶν, Τοῖς δ' ἔχθος εἶναι· itidem videtur *Euripidis*: priora Phoenissis esse decerpta vidit *Io. Alb. Fabricius*, atque egregia notat, quibuscum comparari poterunt *Gataker.* A. M. P. C. VIII, p. 487. F. & Clariss. *Adr. Heringa* Observ. c. XXI. Quo respicit etiam hic & in seqq *Euripides*, ne eadem quidem omnibus honesta sunt atque turpia: quam in rem legi possunt *Diogen. Laërt.* in Pyrrhone IX, 83, 84. & ad singula *Menagius*, *Nymphodor.* in Schol. ad *Soph.* Oed. in Colono v. 329. *Clemens* in Colloquiis Clementin. IV, §. XI. IX. §. 5. *Clementin.* Recognit. IX, c. XIX, XX, & seqq. Hæc materia copiosissime tractatur in Anonymi Sophistæ (nam non sunt ista Pythagorei Philosophi) dissertat. Doricis, Opusculis Mytholog. a *Galeo* subiectis, inprimis Diss. II, περὶ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ· (hoc in Ms. Leid. lemma præfigitur) a p. 711, — ad 715. quod ultimum traditur de Aegyptiorum & Græcorum hic in parte dissensione poterit e *Nymphodori* verbis illustrari: vulgatur ibi p. 714, v. 13. Αἰγύπτιοι οὐ ταῦτα νομίζοντι καλὰ τοῖς ἄλλοις (forte dederat & hic τοῖς Ἕλλασιν) τῆδε μὲν γὰρ γυναῖκας ὑφαίνεν καὶ ἐργάζεσθαι (reponendum, quod excidit, ἔρια ἐργάζεσθαι. *Nymphod.* habet ταλασιουργοῦσι) καλόν· ἀλλὰ τηνεὶ τοὺς ἄνδρας. p. 715, servavit nobis insigne Tragici fragmentum, hoc modo facile restituendum: Καὶ γὰρ τὸν ἄλλον ὧδε θνητοῖσιν νόμον / Ὄψει διαθρῶν, οὐδὲν ἂν πάντῃ καλὸν, / Οὐδ' αἰσχρὸν· ἀλλὰ ταὔτ' ἐποίησεν λαβὼν / Ὁ καιρὸς αἰσχρὰ καὶ διαλλάξας καλά. / cuius ista sint Tragici, mihi quidem non liquet.

Vs. 504, 505.] Hæc commodum ex iis, quæ proxima protuli, lumen fœnerabuntur. Priora descripsit *Eustath.* in *Hom.* Il. E, p. 432, 10. τὴν διαφορὰν, inquit, τοῦ ἴσου πρὸς τὸ ὅμοιον, δηλοῦσι μὲν καὶ πεζολέκται σοφοὶ, δηλοῖ δὲ οὐδὲν ἧττον σαφέστατα καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ, —— οὐδ' ὅμοιον οὐδὲν οὔτ' ἴσον βροτοῖς· ὧν τὸ μὲν ποιότητος, τὸ Ὅμοιον· τὸ δὲ, ποσότητος, τὸ Ἴσον δηλαδή. Sequentia, Πλὴν ὀνομάσαι, τὸ δ' ἔργον οὐκ ἔστιν τόδε, quam continere debeant sententiam, intellectu non est difficile; sic ab *Euripide* scripta primitus prodiisse, non opinor: medio versu vitium latet, dum corrigi nequit, a me ne tentandum quidem: ultima, οὐκ ἔστιν τόδε· ne cui suspecta sint, leguntur in Suppl. v. 1080, —— τί δὴ βροτοῖσιν οὐκ ἔστιν τόδε, Νέους δὶς εἶναι; Frequenter ἔργον & ὄνομα sic solent opponi.

Vs. 506, 507. Ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς,] Horum versuum alterum respicit *Aristoph.* Pluto v. 343. Quatuor continuos 506—509. *Stobaeus* retulit ad Tit. XLV, p. 322, 9. eosdem *Plutarchus* adhibuit περὶ Φιλαδελφ. p. 481. A. apud hunc ἀνέλθοιμ', ut in vetr. Edd. *Euripidis*, apud illum vulgabatur ἂν ἔλθοιμ', quam scripturam, a *Grotio* iam repræsentatam, in Codd. quoque repertam, probarunt *Piersius* & *Kingius*; sed hic ad illam firmandam argumentum adhibuit admodum imbecille: nam ubi præcesserat ἀνέλθοιμ', in istis, Καὶ γῆς ἔνερθε, (sic scribendum,) facile supplendum, κατέλθοιμι, poterat omitti,

ti, more fatis ufitato, quem, præter *Davifium* ad *Ciceron.* de N. D. I. c. XVII. p. 45. illuftravit Celeberr. *D'Orvillius* Anim. in *Chariton* p. 395. & feqq. & fufpicor propemodum, non paucis hic propterea placiturum ἀνέλθοιμ'· ἀντολὰς agnofcunt *Plut.* & *Stob.* quibus accedit Mf. Leid. A. ἀνατολὰς eft in B, Auguft. Cod. & in Edd. vett. —— Multo maioris eft momenti Stobæana lectio, tamen a *Grotio* quoque, locum convertente, neglecta, hæc nimirum.

Ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' αἰθέρος πρὸς ἀντολάς,
Καὶ γῆς ἔνερθε,

Hoc genuinum arbitror & *Euripidi* reftituendum: quid enim, amabo, fignificabit per Editiones & fcriptos Codices huc usque propagata lectio? an *Aſtra adſcenderem ſolis ad ortum*, prout interpretantur? fed *aſtra adſcendere* diceturne Græce ἄστρων ἀνελθεῖν; ponere potuerat: Ἄστρων ἂν ἔλθοιμ' ἡλίου τ' ἐπ' ἀντολάς; Sol enim, ἄστρον quidem *Pindaro* dictus, ab aftris tamen fæpe difcernebatur. Sed genuinum eft, quod dicebam, Ἄστρων —— αἰθέρος πρὸς ἀντολάς. Vulgata lectio fluxiffe videtur vel e nota Grammatici, vel e calamo fcribentis, qui fæpius legerat — ἡλίου πρὸς ἀντολάς, diverfiffimo pofitum fenfu in *Aeſchyli* Prom. v. 706. & in Agam. v. 1189. Quia tribuerat aftris *Euripides* ἀντολάς, fieri poteft ut quis olim adnotarit, hic poni debuiffe, non ἀντολάς, quod *Solis* effet, [illegible], fed [illegible] quod poftremum hic in margine Mf. Cantabrig. velut Scholion invenerat *Pierſius*. *Phrynichus* p. 48. Ἀνατέλλει μὲν ἐρεῖς ὁ ἥλιος, ἐπιτέλλει δὲ ὁ Κύων ἢ ὁ Ὠρίων &c. Iam vero præterea in *Ariſtoph.* Ran. v. 919. ubi *Euripides* ait: Αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα καὶ γλώσσης στρόφιγξ, Scholiafta, χαρακτηρίζει, ait, Εὐριπίδην, εὐεπίφορον ὄντα ἐπὶ τῷ αἰθέρα ὀνομάζειν. ufus hac nota *Ioann. Davifius* ad *Ciceron.* de Nat. Deor. I. c. XXXVII. p. 91. levem mendam inde non fuftulit; omnino legendum: ἐπὶ τὸ αἰθέρα ὀνομάζειν. fæpe cum ἐπὶ, frequentius illud εὐεπίφορος cum εἰς conftruunt Grammatici. In *Euripidis* Ione v. 1147 dicitur Οὐρανὸς ἀθροίζων ἄστρ' ἐν αἰθέρος κύκλῳ. cœlum ftelliferum *Aeſchylus* etiam αἰθέρα dixit Agamemn. v. 6 Λαμπροὺς δυνάστας ἐμπρέποντας αἰθέρι· adfcripferat quis ad hunc verfum Ἀστέρας· hinc, ut fufpicor, ortus, ineptum nefcio quis nobis fenarium tornavit, Ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν· qui prioribus proxime fubiectus nunc in Editis legitur tanquam *Aeſchyli*, fed, nifi fallor, *Achilli Tatio* fuit incognitus; vid. Ifagog. in *Arati* Phænom. p. 122. D. ἄστρων ἀντολὰς dixit *Aeſch.* Prom. V. v. 456. ficut *Euripides*, cuius fragmentum de Hippone Centauri filia *Clemens Alex.* Strom. I. p. 361, 8. nobis fervavit, ufurpatum quoque *Cyrillo* contra Iulian IV, p. 134. B. apud hunc multo melius quam ap. *Clem.* fcriptum, fic vero reficiendum:

Ἣ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐματεύσατο
Χρησμοῖσι σαφέσιν, ἀστέρων ἐπ' ἀντολαῖς.

Fragmentum inter incertæ tragœdiæ fragmenta relatum a *Grotio*, p. 429. ex *Euripidis* [illegible] petitum fufpicabar, quem Hippo Chironis filia maritum habuit & phyfica docuit: fed procul dubio referendum eft ad *Euripidis* Melanippen: *Eratoſthenes* Cataft. c. XVII, [illegible] Μελανίππῃ [illegible] reftituendum, quod excidit ob literarum fimilitudinem: [illegible] Μελανίππῃ, Ἵππην [illegible] τὴν τοῦ Χείρωνος θυγατέρα. *Hygin* P. A. II, C. XVIII. *Euripides autem in Melanippa, Hippen, Chironis centauri filiam, Thean antea appellatam, dicit.* Ἵππῳ *Clementi* vocatam, Ἵππην dixit & *Cyrillus*.

Vs. 509. Τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυ-

τυραννίδα] In Cæſarem, cui placuit etiam aliud Eteoclis Euripidei dictum, tranſtulit hunc ſenarium *Cicero* L. VII. Epiſt. ad Atticum, XI. *honeſtum igitur —— occupare urbes civium, quo facilior ſit aditus ad patriam? —— Sexcenta alia ſcelera moliri*, Τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα? In *Euripidis* Cod. Leid. A legebatur, Τῶν θεῶν μεγίστην· apud *Plutarchum* l. c. Τὴν τῶν θεῶν μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα. Nuſpiam a ſe repertam, diverſiſſimam huius verſus lectionem protulit *Gatakerus*, Adv. Miſc I. c. I. p. 174. A hanc nimirum: Τὴν θεῶν πάντων μεγίστην ὥστ' ἔχειν τυραννίδα, *Summam ut omnium Dearum Regnum poſſit aſſequi.* memoriæ lapſu fecit vir eximius e ſenario trochaicum, *Themiſtium* ibidem iure merito refutans, hoc etiam *Euripidis* loco abuſum Orat. VI, p. 73 A. *Regnum* Eteocles *Dearum* vocat *maximam*; *Ambitionem immoderatam* Iocaſte *peſſimam Dearum*, v. 534.

Vs. 512. Ἀνανδρία γὰρ, τὸ πλέον ὅστις ἀπολέσας] Olim hic lectum πλεῖον primus *Grotius* in πλέον commutavit, quod in B Leid. reperitur, & in Cantabrig. hoc receperunt etiam *Barneſ. Pierſ. King.* ſed, quum *Barneſius* τὸ πλεῖον *aperte metro* dixiſſet *obverſari*, hac etiam parte *Barneſium* ſibi refutandum ſumſit *Kingius*, in πλεῖον primam corripi poſſe ratus: *corripi enim*, ait, *vocalem longam ante alteram*, *etiam tyronibus notum.* imo diphthongum ει ante vocalem in Attici Tragici ſenario corripi, ne Doctis quidem, opinor, notum: diphthongus οι ſic poſita, in ποιεῖν, & in τοιοῦτος apud Atticos etiam corripitur; ει non item; propterea toties, de duabus, vocalis ε ſolet elidi. —— Ἀνανδρία rectius a recentioribus quam veteribus redditur Grammaticis: *totus quantus eſt mera ignavia.* Vitioſis & virtute præditis, ſed illis præſertim, ipſas dare vitiorum amant & virtutum adpellationes Oratores & Poëtæ.

Vs. 514. Ἐλθόντα σὺν ὅπλοις τήνδε,] Quam *Iſ. Voſſius* enotarat Flor. Cod. lectio, Ἐ. σ. ὁ. τήνδε καὶ πορθοῦντα γῆν, talis eſt, ut prima ſpecie ſe lectori commendare queat, qui quidem non meminerit *Euripiden* in Phœniſſis Thebanam regionem ſæpius γῆν ſimpliciter dixiſſe: verſus Phœn. 931. exempla quædam requiret.

Vs. 519, 520. —— πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος Ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.] Codices in ſententia non obſcura nihil, quod ſciam, variant. Ubi locus citatur *Euripidis*, legitur ἐξαιρεῖ vel ἐξαίρει. De Cinea Theſſalo, homine natura diſertiſſimo, atque oratore potentiſſimo, quem legatum ad civitates Pyrrhus mittere ſolebat, *Plutarch.* in Pyrrho, p. 391. B. συνὼν τῷ Πύῤῥῳ, καὶ πεμπόμενος ἐπὶ τὰς πόλεις, ἐβεβαίου τὸ Εὐριπίδειον, —— ὅτι πᾶν ἐξαιρεῖ λόγος, Ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν. ὁ γοῦν Πύῤῥος ἔλεγε πλείονας πόλεις ὑπὸ Κινέου τοῖς λόγοις, ἢ τοῖς ὅπλοις ὑφ' ἑαυτοῦ προσῆχθαι. *Xylander*, qui locum vidit e Phœniſſis petitum, interpretabatur: *Orationem conficere omnia. Herm.* autem *Cruſerius*: *Omne id expugnare verba compta, ferrum quod minax poſſit. Themiſtius* Orat. II. de Conſtantio Imp. p. 37. B. ὡς δέ τοι σοφόν τι ἡ τραγῳδία, καὶ φθέγγεται ἐπάξια τῆς φθεγγομένης. (lapſu memoriæ Iocaſtæ verba credidit *Themiſtius*:) —— πολλὰ ἐξαιρεῖ λόγος / Ἃ καὶ σίδηρος πολέμιος δράσειεν ἄν. In Eiusdem oratione XVI, p. 207. D. inter alia legitur *Euripidea*: —— πολλὰ ἐξαίρει λόγος, / Ὃ καὶ σ. π. δ. α. / *Petavius* priorum immemor hic interpretatur: —— *Ratio permulta eximit*; priori loco dederat: —— *multa obtinet oratio*: vicina loca *Petavio* fraudi fuere, p.

p. 207. D. & 208. A. uterque *Euripideus*, quorum in altero legendum: Πάνθ' ὅγε σοφὸς νοῦς ἐξ ἀμηχάνων ἄγει, Καὶ πάντα κηλεῖ —— Isthæc interpretationum diversitas lectionem receptam dubiam saltem facit, quæ facili correctione corrigi posse videretur, nisi *Plutarchi* me nonnihil retinerent, & *Themistii* Editiones: ἐξαιρεῖν, significans inprimis *velut eximium seligere*, hic non congruit: sed nonnunquam eo sensu ponitur ἐξαίρειν, qui huic loco non plane disconveniat; velut apud *Philostr.* V. A. v, c. XXXVI. p. 220. τὸ δύσνουν ἔξαιρε (*e medio tolle*) μᾶλλον, ὥσπερ τὰς ἀκάνθας τῶν ληΐων. *Plutarch.* eodem sensu in Præceptis Polit. p. 824. D. optimum esse scribit e civitate ἔριδας —— καὶ δυσμένειαν ἐξαίρειν ἅπασαν. Nostri loci sententiæ duo ponam ex *Euripide* finitima dicta. Helena v. 1174. *ferro dimicarunt*: Ἐξὸν διορθῶσαι λόγοις Σὰν ἔριν, ὦ Ἑλένα. Supplic. v. 758. Πόλεις, ἔχουσαι διὰ λόγου κάμψαι κακὰ, Φόνῳ καθαιρεῖσθ', οὐ λόγῳ, τὰ πράγματα. —— Sed Euripidea diligentius spectanti, quæ hic sequuntur, Ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν, manifestum erit præcedere debuisse, quod in *Euripidæ* sententiis *Canterus* expressit —— *sermo nil non efficit, Hostile quod præstare ferrum vix queat.* Suspicor equidem antiquissimo iam tempore veram hic lectionem obscuratam sic instaurari posse, si minima mutatione legatur:

—— πᾶν γὰρ ἐξανύει λόγος
Ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.

Correctionis fundus est *Apollonius Rhod.* L. III, v. 188. Πολλάκι τοι ῥέα μῦθος, ὅ κεν μόγις ἐξανύσειεν Ἠνορέη, τόδ' ἔρεξε, κατὰ χρέος ᾗπερ ἐῴκει Πρηΰνας. eadem est sententia, sensus idem verbi ἐξανύσαι, *conficiendi*: *Eurip.* Phœn. v. 456. Βραδεῖς δὲ μῦθοι πλεῖστον ἀνύουσιν σοφόν. verbum ἐξανύσαι frequentant *Sophocles*, & *Euripides*. In Oratione Mardonii *Herodotus* VII, c. IX. Græcos, ait, oportebat, ἐόντας ὁμογλώσσους, κήρυξί τε διαχρεωμένους καὶ ἀγγέλοισι, καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μάχῃσι. In eamdem dantur sententiam plura. *Themistius* Orat. XVI, p. 208. A. ἀνύει τι μᾶλλον ἡ Πειθὼ τῆς βίας ἐν τῷ μύθῳ. *Cornutus* de N. D. p. 167. πλάττεται καὶ ἄχειρ καὶ ἄπους ὁ Ἑρμῆς —— ἐπεὶ (ὁ λόγος) οὔτε ποδῶν οὔτε χειρῶν δεῖται, πρὸς τὸ ἀνύειν τὸ προκείμενον αὐτῷ. *Dioni Chrys.* Or. LXXV, p. 646. B. *Lex*, ἄρχων ἁπάντων καὶ κύριος ὢν, χωρὶς ὅπλων καὶ βίας κρατεῖ.

Vs. 522. —— ἐκεῖνο δ' οὐχ ἑκὼν μεθήσομαι] Corrigendum arbitror, ἐκείνου· inter alias hæc etiam est optimæ frugis observatio *Rich. Dawes*, Miscell. Crit. p. 238, 239. activum μεθίημι accusativo coniungi, medium μεθίεμαι cum casu secundo notat illud *Dawesius* ad *Aristoph.* Ran. v. 854. Οὐκ ἂν μεθείμην τοῦ θρόνου· ubi sic optime restituit pro vulgato μεθείην· quod sua structura cum recte legatur in *Eurip.* Alcest. v. 1111. Οὐκ ἂν μεθείην σοῖς γυναῖκα προσπόλοις· perperam ibi Flor. Cod. exhibet μεθείμην· recte σοῖς, pro τήν. Legitur quidem in *Aristoph.* Vesp. v. 414. —— τὸν δ' ἐγὼ οὐ μεθήσομαι· sed vel cum *Flor. Christ.* τονδε γ' οὐ μεθήσομεν· vel, quod pæne malim, legendum, τοῦδε δ' οὐ μεθήσομαι. quæ totidem literis scripta prostant in *Euripid.* Heraclid. v. 267. Phœn. v. 1655. τοῦδ' οὐ μεθήσομαι νεκροῦ. *Aristoph.* Pluto v. 42. —— τούτου μὴ μεθίεσθαι μ' ἔτι. & alibi. Multo frequentior est activa verbi forma, nunquam a Tragicis cum casu secundo, semper cum quarto constructa. *Aeschyli* poterant & *Sophoclis* loca designari: sed Euripidea, ne requirerentur, *Euripidem* tractanti non videbatur inutile demonstrasse; sunt au-

autem hæc: Hecub. v. 554, 888. (ubi pro τόνδ' ἐμοὶ legendum: τόνδε μὲν μέθες λόγον· e tribus MSS. Leid. & Flor.) Or. v. 1673. Phoen. 90, 271, 283 &c. Med. 227, 590, 728, 736, 1050, 1218. Hipp. 356, 499, 1202. 1372. Alc. 266, 544, 849 (1111) Androm. 1016. Iph. T. 307, 468. Rhes. 482. Troas. 42, 777, 780. Bacch. 254, 350, 627, 635, 1263. Cycl. 210. Heracl. 108, 161. Hel. 595, 1252, 1412, 1697. Ion. 233, 256, 1039. Elec. v. 797 —— Non itaque dubitandum, quin in Hel. pro Φοῖβον μεθεῖσα, v. 562 ponendum sit Φοῖβον μ. & in Hippol. v. 333. "Απελθε πρὸς θεῶν, δεξιάν τ' ἐμὴν μέθες. e MS. Flor. pro δεξιᾶς τ' ἐμῆς μέθες. quod optimus Cod. Parisin. tamen agnoscit. Versum e Troasin 1321 eo prætermisi, quia μεθήσει in duo με θήσει separandum censeo cum *Scaligero*, cuius correctionem, cum recepit, hic etiam laudat *Barnesius*.

Vs. 523. "Αρχειν παρόν μοι, τῷδε δουλεῦσαι ποτέ·] Ante vulgabatur τῷδε δουλεύσω ποτέ. Quatuor Codicum collationes ad manum sunt: e tribus, Cantabrig binisque Leidens. hic enotatum erat δουλεῦσαι, quod, quia iudicabam accommodatissimum Eteoclis personæ, veterum librorum auctoritate munitum non dubitavi restituere in contextum. Infinitivus est indignantis, cum adfectu vehementissimo pronunciatus: *dum licet imperare, huiccine me servire!* Quibus hic mos orationis formandæ minus notus, videant infra notanda ad v. 1715.

Vs. 524 Πρὸς ταῦτ', ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανα] Hic quoque μοι genuinæ voculæ, quam *Kingius* restituit, locum occuparat: μὲν erat in Leid. B, Flor & Cantabrig. MSS. alterum tamen τῷ μὲν *Gatakerus* antetulit. Imitatur *Euripides Aeschyli* locum in Prom. V. v. 991. Πρὸς ταῦτα, ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσα (scribendum, αἰθαλοῦσσα) φλὸξ, —— Γνάμψει γὰρ οὐδὲν τῶνδε μ'· *Abreschius* ad hunc locum p. 66. nostrum commode comparavit. Πρὸς ταῦτα *Stanleius*, *Præter hæc*; *Denique*, *Kingius* interpretatur; perperam uterque: quia sæpius in his apud Tragicos peccatum memini, semel monendum, in talibus loquendi formulis πρὸς ταῦτα significare, *quapropter*, *quare*, vel *propterea*, *proinde*: vide quantum huius rei ignoratio *Sophoclis* locum obscurarit in Aj v. 1134. In *Aeschylo* sæpe peccat *Stanlei*. Solebat *Euripides* in diversis fabulis eosdem interdum senarios collocare; hunc autem nostrum in Syleo Herculem fecerat dicentem: Πρὸς ταῦτ', ἴτω μὲν πῦρ, ἴτω δὲ φάσγανον, Πίμπρα (Πίμπρη *Piersonus* emendabat) καταίθε σάρκας, —— *omnia prius fient*, Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον. hæc emendate scripta leguntur apud *Philonem Iud.* de Ioseph. p 537. D. I. (eorum partem iam dederat I. II. Allog. p. 98. C. D.) e *Philone* repetiit *Euseb.* Præp. Ev. VI, p. 242. C. sed ibi prostant, minus sincera. Primi versus lectio, quam *Fr. Vigerus* excogitavit, multo magis est tolerabilis, quam *Gatakeri* coniectura, pro τεμνε, τάμνον poni potuisse censentis; quod, si Græcum est, fuerit e Dialecto Siciliensium; λάβον, ἄνελον, Syracusanis tribuit *Etymologus* p. 302, 35. quæ præterea notat *Gatakerus* A M. P. c. X. p. 520. & ad *M. Antonin.* VIII, §. 41. digna sunt eius eruditione.

Vs. 527. Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν.] Dicti non obscuri genuinam sententiam primus inter recentiores e *Ciceronis* conversione monstravit *Io Baptista Pius*, Annot. Poster Syll III, c. XXVIII. Græca, quæ legebantur olim in *Sueto-*

tonii Cæs. c. xxx. *Casaubonus* atque alii recte reiecerunt: deesse sequentia tantum videtur *Suetonius. quod existimasse videbatur & Cicero, scribens* (de Off. III, XXI.) *semper Cæsarem in ore habuisse Euripidis versus, quos sic ipse converterit: Nam si violandum est ius, regnandi gratia violandum est: aliis rebus pietatem colas.* Præter *Barnesium, Th. Gataker.* A. M. c. I, p. 179, E. contulit ista cum Euripideis. Absurde præter cetera Polynicen ista dicentem facit in Phœn. *Seneca* v. 662. —— *Pro regno velim Patriam, penates, coniugem flammis dare: Imperia pretio quolibet constant bene. Grotius*, huc in Prolegom. respiciens, *illos*, inquit, *versus hic ne ponere quidem volo, adeo eos detestor:* sententiam eorum detestatus *Grotius*, Eteoclis tamen personæ, qualem fingit Tragicus, convenire versus, ut equidem puto, non diffitebatur: *οὐ γάρ ἐστι ταὐτὸ, τὸ καλὸν, καὶ καλῶς τι μιμεῖσθαι· καλῶς γὰρ ἐστι, τὸ πρεπόντως καὶ οἰκείως· οἰκεῖα δὲ καὶ πρέποντα τοῖς αἰσχροῖς τὰ αἰσχρά.* ubi hæc scribit *Plutarch.* de Aud. Poët. p. 18. D Eteoclis, neque minus flagitiosum Ixionis Euripidei dictum in exemplum attulit, quibus subdit: *μοχθηροὶ μέν εἰσι λόγοι, —— Ἐτεοκλεῖ δὲ καὶ Ἰξίονι πρέποντες.* vid. *Barnesio* notata tum h. l. tum ad pessimam sententiam in Ione v. 1045, & seqq. Ex *Eurip.* Bellerophonte hominis impii verbosa superest oratio: neque tamen propterea *Critiæ* minus imputaverim, quæ velut ex *Euripidæ* Sisypho petita prostant; & non nescio quæ *Pet. Petitus* disputavit Miscell. Obs. c. I. Quominus *Euripidis* esse videantur, sola præsertim facit orationis structura: nam cur *Ioh. Columbus* ad *Lactant.* de M P p. 269. propter tot egregia dicta, impiam sententiam abiudicaret *Euripidi*, nihil habuisset causæ, si tot impia spectasset, quæ toties populum adversus *Euripiden* exacerbarunt: vid. *Dan. Heinsio* notata apud *Rutgers.* in V. L. p. 392. Minus honesta quam plurima, sed in Deos impia dicta non commemini, quæ *Sophocli* umquam exciderint in scena; cuius propterea laudata quoque pietas, heroas integros sibi seligentis, quorum laus amplificari poterat & in exemplum proponi: huc spectat, opinor, *Aristot.* de Poët. c. xxv. isto namque nomine culpatus *Sophocles* respondit, *αὐτὸς μὲν, οἵους δεῖ εἶναι, ποιεῖν· Εὐριπίδης δὲ, οἷοί εἰσι.* Ceterum hoc Eteoclis dictum præterea *Plutarchus* adhibuit in M. Crasso T. I, p. 567. C. *Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἡσυχίαν ἄγειν μὴ δυναμένους, μηδὲ χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς εἰδότας, —— πολλοῦ τιμητέον τὸ ἀδικεῖν, μὴ ῥᾳδίως, μηδ᾽ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν, ὥς τι φαῦλον ἢ μικρὸν προϊεμένους τὸ δίκαιον.* dictum bis præterea corrigens in alium sensum eleganter deflexit, Lib. de Sanit. tuenda p. 125. D. *Εἴπερ γ. α. χ. φησὶν ὁ Θηβαῖος, οὐκ ὀρθῶς λέγων τυρ. π. Κ. ἀ. ἡμεῖς δὲ βέλτιον, ὡς, εἴπερ φιλοδοξεῖν πρὸς τὰ τοιαῦτα, πρὸς ἐγκράτειαν* (sic legendum puto) *κάλλιστον ὑπὲρ ὑγείας.* In Reip. ger. Præcept. p. 814. E. *τὸν Εὐριπίδην ἐπανορθωτέον, ᾄδοντα καὶ λέγοντα, ὡς, εἴπερ ἀγρυπνεῖν χρὴ, καὶ φοιτᾶν ἐπ᾽ αὐλὴν ἑτέρου, καὶ ὑποβάλλειν ἑαυτὸν ἡγεμονικῇ συνηθείᾳ, πατρίδος πέρι κάλλιστον ἐπὶ ταῦτα χωρεῖν, τὰ δὲ ἄλλα τὰς ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ δικαίοις φιλίας ἀσπάζεσθαι καὶ διώκειν.* quod inferius legitur p. 818. A. conferri poterit Iasonis Thessali dictum.

Vs. 531. *Ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ,* —— 533.] *Sophoclis* in Scyriis dictum, *Πάντ᾽ ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακὰ,* quod servavit *Stob.* Tit. cxv, p. 591, 49. hic, ni fallor, respexit *Euripides*; cuius sententiam pæne interpretatum *Ovidium*, Met. VI, 28. —— *Non omnia grandior ætas*

Quæ fugimus habet: feris venit uſus ab annis dudum monuerunt *Stiblinus*, ſed edoctus ab *Hartungo*; (vid. Fax Crit. T. II, p. 695.) *Ciofanus*, a *Mureto*; præterea *Barneſ. Solanus* ad *Lucian.* T. II, p. 426. & *Fabricius* ad *Sextum Empir.* p. 229. Profert ibi *Sextus* hos tres *Euripidæ* ſenarios, ut oſtendat Ἐμπειρίαν τάττεσθαι καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ποι[illegible] καὶ ποι[illegible] πραγμάτων γνώσεως, atque eo ſenſu ſumendam vocem in artis Grammaticæ definitione, quam dederat *Dionyſius Thrax*. In Scholiis ad *Dionyſ. Thracem* nondum editis hæc leguntur: Μέμφονταί τινες τῷ Διονυσίῳ, διατὶ τὴν Γραμματικὴν ἄλογον τριβὴν, τὴν πάσης τέχνης [illegible] εἶπεν· καὶ ἔστιν ἀπολογήσασθαι [illegible] περ αὐτοῦ [illegible] λέγειν, ὅτι Ἐμπει[illegible] εἶπεν οὐ τὴν ἄλογον τριβὴν, (quo ſenſu *Plato* frequentavit vocem ἐμπειρίας, eam opponens τῇ τέχνῃ, in Gorgia p. 465. A. de LL. XI, p. 938. A. Phædro p. 270. B.) ἀλλὰ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν εἴδησιν· λέγεται γὰρ Ἐμπειρία καὶ ἡ γνῶσις, ὥσπερ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ,

Ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ βίῳ κακὰ,
Ἐπε[illegible], [illegible], ἀλλ' ἐμπειρία
Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

τουτέστιν ἡ γνῶσις καὶ ἡ εἴδησις. e duobus Codd. Leid. collatis inter ſe hæc paulo prodeunt emendatiora, quam ſcripta leguntur in ſingulis: diverſitas lectionis, τῷ βίῳ, tribuenda Grammatico: genuinum enim γήρᾳ· quod præter *Ovidium*, *Sextum Emp. Stobæum*, alii repererunt, locum vel excitantes vel certe reſpicientes. *Plutarch.* de Adulat. & Amici diſcrim. p. 73. C. οὔτε τῷ γήρᾳ πάντα πρόσεστι κακὰ, κατ' Εὐριπίδην, οὔτε &c. *Senectus* eodem Volum. II, p. 790. C. dicitur ἡ τὸ Φρονεῖν ἐπιφέρουσα δι' ἐμπειρίαν ἡλικία. hæc poſtrema, δι' ἐμπειρίαν, in memoriam revocant a vulgata diverſam noſtro loco ſcripturam — ἀλλ' ἐμπειρία· *Scholiaſta*: Γράφεται καὶ πολὺ ἐστικὴν, ἵν' ᾖ, τῇ γὰρ ἐμπειρίᾳ τὸ γῆρας Ἔχει τι λέξαι τ. ν. σ. *Accius* apud *Non. Marcell.* p. 258, 3. *Quod periti ſumus in vita, atque uſu callemus magis; uſu callere* Græcorum eſt διὰ πείρας πολλῆς ἐληλυθέναι. pro *pallendum*, *Quinctiliano* reſtituendum arbitror: *callendum eſt uſu, faciendu ſua cuique vis, ſua ratio*, L. VII. I. O. c. X, p. 654. —— Sed in Euripideis rectius ſcribitur: ἀλλ' ἡ 'μπειρία· quomodo præter priores legit *Lucianus* in Amor. §. 25. p. 426. κἂν παρέλθῃ τὰ τῆς ὥρας, ὅμως ἡ ἐμπειρία Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον. conf. *Erasmus* in Adag. *Eam auſculta cui quatuor ſunt aures.* Veluti *Cornuti* verba vulgantur in lib. de Nat. Deor. p. 222. ὡς γὰρ νέων τι δρᾷν εὐτονώτεραι αἱ χεῖρες, Οὕτω ψυχαὶ ἀμείνους τῶν γεραιτέρων πολύ. quæ ſunt *Euripidis* e Bellerophonte, apud *Stobæum* Tit. CXIV, p. 585, v. 15. illinc ſic corrigenda:

Ὦ παῖ, νέων δρᾷν εὐτονώτεραι χέρες·
Γνῶμαι δ' ἀμείνους τῶν γεραιτέρων πολύ·

niſi apud *Cornutum* in τι lateat τοι tum ſcribendum: —— νέων τοι δρᾷν μὲν εὔτονοι χέρες· e *Stobæo*; apud quem hoc dictum antecedit noſtrum e Phœniſſis, in quo ſolus *Stobæus* lectionem diverſam præfert —— Vs. 533, Ἔχει τι δεῖξαι —— quam genuinam cenſuiſſe *Grotium*, e verſione coniici poſſet: —— *multa* —— *monſtrat experientia.* δεῖξαι hoc loco placuiſſe memini *Adr. Heringa*, inprimis idoneo harum rerum iudici: quamprimum itaque reperietur in Codd. Euripideis, locum poterit antiquum recuperare: in *Euripidis* Medea v. 741, Πολλὴν ἔλεξας ἐν λόγοις προμηθίαν, legi malim: Πολλὴν ἔδειξας· Cod. Flor. habet π. ἔδειξας, ὦ γύναι. Sæpe δεῖξαι ſignificat *animi ſententiam* verbis *declarare*, atque adeo, quid cenſeas, *oſtendere*: *Dan. Heinſius* in *Heſiodi* Interpr. p. 108. a. hunc uſum, qui locum habet in *Heſiodi* v. 502. Ἔργ. —— Δείκνυε

δὲ

δὲ δμώεσσι Dic servis, e veteri repetit Ionismo: conf. in istum locum *I. G. Grævius*: obtinuit & apud Atticos veteres: *Aeschylus* in Eumen. v. 665. *Τεκμήριον δὲ τοῦδέ σοι δείξω λόγου.* *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 285. *Οὔτ' ἔκτανον γὰρ, οὔτε τὸν κτανόντ' ἔχω Δεῖξαι.* *Eurip.* Herc. Fur. v. 172. —— *ἐμοὶ μέλει Λόγοισι τὴν τοῦδ' ἀμαθίαν ὑπὲρ σέθεν Δεῖξαι.* In his utrum *δεῖξαι* an *λέξαι* ponatur, ad sensum nihil refert.

Vs. 534. *Τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι Φιλοτιμίας, παῖ;*] *Πλεονεξίας, παῖ*, legitur apud *Dion. Chrysost.* Orat. XVII, p. 249. qui, *περὶ πλεονεξίας* disputans, *Καὶ μὴν*, ait, *ὅγε Εὐριπίδης οὐδενὸς ἧττον ἔνδοξος ὢν τῶν ποιητῶν* (*Aeschines* contr. Timarch. p. 21, 27. *ὁ τοίνυν οὐδενὸς ἧττον σοφὸς τῶν ποιητῶν Εὐριπίδης*) *τὴν Ἰοκάστην εἰσάγει λέγουσαν πρὸς τὸν Ἐτεοκλέα, παρακαλοῦσαν αὐτὸν ἀποστῆναι τοῦ πλεονεκτεῖν τὸν ἀδελφὸν, οὕτω πως, Τί τ. κ. δ. ἐφ. Πλεονεξίας·* —— sequuntur ibi decem *Euripidis* hinc petiti senarii: *Feder. Morell.* Collect. in *Dion.* p. 83. dubitans, eo tamen proclinat, ut germanam *Euripidae* lectionem a *Dione* nobis arbitretur repræsentatam. Mihi contra prorsus nihil esse videtur dubitationis, quin dederit *Euripides* honestam sæpe vocem *Φιλοτιμίας*, per illam tamen *habendi* designans *cupiditatem*, ut adeo licuerit Oratori veram restituere sententiam, scribenti *Πλεονεξίας·* quam, ne filium prima oratione sua irritaret, Iocasta sic lenire voluit, ut rei turpitudinem dubio *Φιλοτιμίας* vocabulo velaret: hoc *Plutarch.* vocat, rei *ἀτοπίαν εὐφήμοις περιαμπίσχειν ὀνόμασι*, T. II, p. 921. F. *αἴσχιστα ἔργα εὐπρεπέσι καὶ σεμναῖς κλήσεσιν ἐπαμπίσχειν*; *Philo Iud.* p. 739. E. Qui *τὸ κλέπτειν*, *furari*, dicebant *Παίζειν*, ut ille coquus *Euphronis* apud *Athen.* IX, p. 377. D. qui *τὸ ἱεροσυλεῖν*, *Νεωκορεῖν·* vid. *Kuster.* ad *Suid.* in *Ἱερόν τι νεωκορ.* & ad *Hesych.* in *Ἀφαγνίσας·* hi, quod dicit *Aristoph.* Pluto v. 159, *Ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν.* —— Præterea genuinam nostri loci lectionem *Plutarchus* habet in Sylla p. 453. B. *rerum eventus ἀπέδειξε τὸν Εὐριπίδην σοφὸν ἄνδρα καὶ πολιτικῶν ἐπιστήμονα νοσημάτων, διακελευσάμενον Φυλάττεσθαι τὴν Φιλοτιμίαν, ὡς ὀλεθριωτάτην καὶ κακίστην δαίμονα τοῖς χρωμένοις.* & *Gregor. Nazianz.* Epist. XLIII, memorans *τὴν κακίστην δαιμόνων, ἥν φησιν Εὐριπίδης Φιλοτιμίαν.* —— ubi paulo post legitur *μὴ σύγε, ὦ ἄριστε*, quod itidem e nostro versu petitum; ubi *μὴ σύγ'* est illud blandientis & venustum. *Soph.* Oed. II, v. 1436. *Aristoph.* Lys. v. 189. *μὴ σύγ', ὦ Λυσιστράτη.* *Theano* Epist. II, *μὴ σύγε, ὦ φίλη.* sic sæpe *Chariton*, & alii. attigit Celeb. *T. H.* Miscell. Obs. V. III, p. 410. exemplis firmavit *Ier. Markland.* in *Max. Tyr.* p. 716. B.

Vs. 537, *Εἰσῆλθε, κἀξῆλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων*,] In Cod. Flor. scribitur *τῶν ... ρεν ...* minus recte: *χρωμένων* præter reliquos Codd. *Dion* habet *Chrysost.* n que aliter legisse *Plutarchum* ex iis, quæ protuli, manifestum est. Quando præcesserat: *Πολλοὺς δ' ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας Εἰσῆλθε*, facile poterat in sequenti *κἀξῆλθ'*, *οἴκων* ex istis suppleri: in talibus istiusmodi solemnis est ellipsis: *Eurip.* Hel. v. 1183, —— *ἐξιὼν τε καὶ εἰσιὼν δόμους.* *Antisthenes* ap. *Athen.* XIII, p. 589 E. *εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα ἀπ' αὐτῆς.* *Lucas* Act. Ap. I, 21. *ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς.* Sap. Salom. XVI, 13. *κατάγεις εἰς πύλας ᾅδου, καὶ ἀνάγεις.* dantur huius generis multa; sed ista duntaxat nostro loco videbantur congrua.

Vs. 538. —— *Κεῖνο κάλλιον, τέκνον*

τον, Ἰσότητα τιμᾶν.] Hæc & ſeqq. Latinis numeris reddita protulit *Eraſmus* in v. 3. *Dimidium plus toto.* *Dion Chryſoſt.* habet, τοῦτο κάλλιστον βροτοῖς, Ἰ. τ. cur τέκνον in βροτοῖς mutarit, attendenti liquebit: extra ſcenam Tragicorum Comicorumve loca, quum ab aliis adhibebantur, non egebant adpellationibus iſtiusmodi: nomina quoque propria tum ſæpe prætermittebantur; quorum defectus numeris illigare veterum reliquias tentanti Critico crucem figit: κάλλιστον, forſan e Cod. Cantabrig. vel e *Dione*, *Pierſius* in contextum recepit; hunc ſequitur *Kingius*, probante *Langio*: meas aures κάλλιον ſuavius accidebat; eſt etiam ſuadentis inſtituto multo magis adpoſitum: κάλλιον ἰσότητα τιμᾶν ἢ φιλοτιμίαν. Leidenſium Codicum alter κάλλιστον alter haud paulo melior κάλλιον præferebat, ut & Flor. e quo liquet, quam facile talia fuerint a librariis permutata: nam, ubi Κάλλιον recte vulgatur in Androm. v. 639, κύδιστον habet Mſ. Flor. ubi Κάλλιον, in Med. v. 664. perperam habet Κάλλιστον· quod pro κάλλιον ſi vel Codd. in Hippol. v. 610. præferrent, vulgato non anteponerem.

Vs. 539. Ἰσότητα τιμᾶν, ἣ φίλους ἀεὶ φίλοις,] Hunc & ſequentes quatuor verſus excitat etiam *Clemens Alex.* Strom. v, p. 663. ubi quæ leguntur a vulgatis non diſcrepant, præterquam in una litera ξ. Edd. *Clementis*, *Plutarchi* T. II, p. 481. A. & 643. F. *Dionis Chryſ.* p. 249. B. præferunt v. 540. —— συμμάχους τε συμμάχοις. In hoc certe compoſito, ſed & paſſim in aliis, *Thucydides*, Tragici, nec non *Ariſtophanes*, ξὺν prætulerunt: vid. Celeberr. *Hemſterhuſius* ad *Lucian* T. I, p. 94. 95. ad *Ariſtoph.* Plut. v. 774. *B. Stolberg.* ad Aj. *Sophoclis* p. 112. & *Adr. Heringa* Obſ. p. 47. ſingula, quæ ſic fuerant in Phœn ſcribenda, tetti non videbatur attigiſſe, ſi Codices cum Edd. conſpirarent.

Vs. 541. —— τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ] Non neſcius, τὸ ἴσον etiam νόμιμον eſſe dicique, tamen iam olim ſuſpicabar, μόνιμον hoc in loco corrigendum; quia iuris & æqui contemptori filio, certe quidvis ad explendam cupiditatem facere parato (v. 527) parum profutura videbatur ſi perſuaſiſſet Iocaſte, quam commendabat, *æqualitatem* eſſe νόμιμον, humanis vel æterni iuris legibus congruam; plurimum contra, ſi μόνιμον, *durabilem*, eſſe demonſtraſſet. Quum propter alias rationes ab hac coniectura reiicienda parum aberam, illam in *Plutarcho* firmatam inveni: nam in Lib. de Frat. Am. p. 481. A. ubi tres proſtant hinc petiti ſenarii, planiſſime ſcriptum:

—— τὸ γὰρ ἴσον μόνιμον ἀνθρώποις ἔφυ.

inferius etiam *Plut.* huc alludens p. 484. B. *qui hominibus perſuaſerit æqualitatem*, καλὴν, ait, κρηπῖδα καὶ μόνιμον ὁμονοίας καὶ εἰρήνης καταβαλλόμενός ἐστι. —— C. οὐ γὰρ μόνον ἐν χρημάτων κτήσει καὶ μειώσει, Τῷ πλέονι . . . πολέμιον καθίσταται Τοὔλασσον, (ſunt Euripidea quæ ſequuntur.) ἀλλ' ἁπλῶς, ἥ φησιν ὁ Πλάτων, ἐν μὲν ἀνωμαλίᾳ κίνησιν, ἐν δὲ ὁμαλότητι στάσιν ἐγγίνεσθαι καὶ μονήν. Accedit ad hæc *Guil. Xylandri*, hominis perdocti, ſuffragium Annotat. in *Plut.* Moral. p 481. A. ſcribentis: „ Hoc nolui diſſimulare, „ μόνιμον mihi multo magis probari „ quam νόμιμον. diſputatur enim (*in* „ *Eurip. Phœn.*) quæ imperia ſint „ durabilia; itaque tantum abeſt μό„ νιμον ut tollerem, ut etiam roga„ tos hîc eos cuperem, quibus fide „ dignorum ſuppeditat copia, an non „ ipſi quoque in melioris notæ libris „ Euripideis μόνιμον inveniſſent. quæ „ præterea diſputans adferre non ab-

„ ſur-

„ fer la posse videbar, sciens pru-
„ densque prætereo." —— Si disputaretur apud *Euripiden*, *quæ imperia sint durabilia*, tum ne dubitationem quidem ista lectio admitteret: *Violenta nemo imperia continuit diu; Moderata durant*, *Seneca* Troasin v. 258. Aequalitatem, atque *auream mediocritatem*, *quæ est inter nimium & parum*, lecte commendat Euripidea: hæc sola, quia νόμιμος, etiam est μόνιμος, stabili nixa fundamento, manet: nam *Quisquis medium defugit iter*, *Stabili nunquam tramite curret*. τὸ πλέον ostendit *Euripides*, & aliunde satis novimus, expositum invidiæ. *Propert.* II El. XIX, 74. *Invidiam quod habet*, *non solet esse diu*: τὸ ἴσον contra, μόνιμον· sic vocant quidquid est *permanens* & *durabile*. *Euripides* Or. v. 340. Ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς, quæ Scholiastes simillimo *Pindari* dicto admovit Pyth. III, 188. eiusdem est sententiæ cum nostro dictum in *Eurip* Med. v. 125. & seqq. *Schol.* τῆς συμμετρίας τὸ ἀσφαλὲς τῆς παραμονῆς ἐχούσης· —— ὁ τοιοῦτος βίος κρείσσων εἰ μόνιμος. Nobile fertur in hunc sensum *Theopompi* Spartani dictum: *Euripides* Erechtheo: Ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ χρήματ' ἢν βούλῃ πολὺν Χρόνον μελάθροις ἐμμένειν., ap *Stob.* Tit. III, p. 36, 21. & T. XCII, p. 511, 45. Cui vero iuste fuerint opes quæsitæ, huic αἰεὶ καὶ μόνιμον τελέθει, *Theognis* v. 198. *Thucydid.* VIII, c. LXXXIX. αὐτοῖς οὐκ ἐδόκει μόνιμον τὸ τῆς ὀλιγαρχίας ἔσεσθαι. Hæc me movent, ut fatear credam, antiquitus in Codicibus *Euripidæ* duplicem fuisse lectionem; quarum illam, nempe Μόνιμον, Scholiastes explicuerit ἀσφαλὲς καὶ βέβαιον· ad alteram fuerit accommodatum, quod his subiicitur in Scholiis, οἱ γὰρ νόμοι ἀμετάτρεπτοι εἰσίν. *Hesychius*: Μόνιμον, στάσιμον, βέβαιον· alibi: Νόμιμον, δίκαιον· sic legendum; vocis Νόμιον excidit interpretatio. ut Schol. Νόμιμον, ἀντὶ τοῦ δίκαιον. Nam quum olim hic lectum sit Νόμιμον, dubium non est: hoc præferunt Codd. Leid. & Flor. præterea *Clem. Alex.* & *Dio Chrysost.* qui deinceps locum retractans p. 249. c. ὡς νόμος, ait, τιμᾶν τὸ ἴσον, καὶ ὅτι (male vulg. ἔτι) τὸ μὲν κοινὴν φιλίαν καὶ πᾶσιν εἰρήνην πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ. Si rem ipsam expures, Νόμιμον etiam egregie congruit: —— τὸ γὰρ ἴσον, νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ. sicuti τὸ πλέον, ἄνομον· his enim duobus designantur apud *Euripiden* ἰσότης & πλεονεξία. Inter improba veterum dicta hoc habet *Theodori* cuiusdam *Athenæus* III, p. 122. B. τὸ κελεῦον μὲν, (sic lego) πλέον ἔχειν, ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον. *Orpheus* hymno LXII, Iustitiæ —— βίον ζηλοῦσα βέβαιον· Αἰεὶ γὰρ τὸ πλέον στυγέεις, ἰσότητι δὲ χαίρεις. Iam vero τὸ ἴσον est νόμιμον· *Aristot.* Eth. Nicom. V, c. I. p. 78, 10. δοκεῖ δὲ, ὅ, τε παράνομος, ἄδικος εἶναι, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος· ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ὁ δίκαιος ἔσται ὅ, τε νόμιμος, καὶ ὁ ἴσος· Τὸ μὲν δίκαιον ἄρα, τὸ Νόμιμον καὶ τὸ Ἴσον· Τὸ δ' ἄδικον, τὸ παράνομον καὶ ἄνισον. *Eurip.* Supplic. v. 312. τό γάρ τοι συνέχον ἀνθρώπων πόλεις Τοῦτ' ἔσθ', ὅταν τις τοὺς νόμους σώζῃ καλῶς· atque adeo τὸ νόμιμον, sive τὸ ἴσον· laudatur *Philoni Iud.* de Confus. Ling. p. 335. F. ἰσότητα τιμῶσα πολιτεία, ἧς ἄρχοντές εἰσι νόμος καὶ δίκη. Eidem p. 734. E. Ἰσότης dicitur μήτηρ δικαιοσύνης; ut in epigramm. Ὡς ἰσότης πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη, Antholog. IV, c. XII, ep. XCIII. Idem erat in Schola Pythagoræ *Legi obtemperare*, & τὸ ἴσον τιμᾶν· In symbolo *Pythag.* Ζυγὸν recte *Diog. Laert*, VIII, §. 18. explicat τὸ ἴσον καὶ δίκαιον μὴ ὑπερβαίνειν· eodem recidit *Porphyrii*, μὴ πλεονεκτεῖν. quod minus animadvertisse videtur *Aeg. Menagius*, cum cuius nota conf. *Conr. Rittershus.* in *Porphyr.* de V. P. p. 61, 62. Quantum in universum valeat ἡ ἰσό-

 τητ

τητος docet *Iamblich.* in Protrept. c. XIX, p. 109. ubi postrema: *Τὸν δὲ μὴ προσέχοντα τούτοις λέληθεν, ὅ τι ἡ ἰσότης, ἡ γεωμετρικὴ, καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται· διὸ* (sic leg.) *πλεονεξίαν οἴονται δεῖν ἀσκεῖν*, e *Platonis* sunt Gorgia p. 508. A. ad institutum leviter accommodata: conferri poterit *Archytas Stobæi* p. 270, v. 14. —— Tametsi autem nostro loco *μόνιμον* Eteocli movendo longe videtur aptius, alterum tamen, *νόμιμον*, a Poëta, qui Socratem audiverat præter ceteros, profectum arbitror, potissimum propter illa, quæ sequuntur v. 544 —— 550. quibuscum tamen ab eo, cui *μόνιμον* placuerit, comparari debet *Dio Chrys.* Or. XVII, p. 249. D. & 250. A.

Vs. 542. Τῷ *πλέονι δ' αἰεὶ πολέμιον καθίσταται Τοὔλασσον*] In altero Leidensium Codd. B legitur *τῷ πλείονι δ' ἀεὶ πολ. κ.* quod, si in ceteris etiam reperiretur, nihil esset cur sperneremus; sed in lectione quoque vulgata conspirant, *Ioanni Hartungo* Decur. I Locor. Memorab. c. IX, primum ad hunc locum, deinceps *Aem. Porto* collatus, *Aristot.* Ethic. Eudem. VII, I, p. 186, 10. *Dion Chrysost.* p. 249. B. *Clemens Alexandr.* p. 667, 17. *Plutarchus* & alibi, & agens de communione mensæ Sympos. II. x, p. 643. F. huc respiciens, *τῷ πλέονα δ'*, inquit, *ἐκ τῶν κοινῶν ἐσθίοντι πολέμιον καθίσταται τὸ καθυστεροῦν καὶ ἀπολειπόμενον.* —— Ἰσότης contra, velut amicitiæ coagulum, considerabatur: teste *Timæo*, primus secundum *Diogen.* VIII, §. 10. *Pythagoras κοινὰ τὰ Φίλων εἶναι* dixerat, & *Φιλίαν, Ἰσότητα. Cicero* de LL. I, c. XII. *Iamblich.* de V. P. §. 162. *Hesychius*: Ἰσότης, *Φιλότης· διὰ τὸ ἰσότητι τὴν Φιλίαν ἕπεσθαι.* vid. *Suidas* & *Andr. Schottus* ad Cent. VIII, Prov. II.

Vs. 543. Ἐχθρᾶς *θ' ἡμέρας κατάρχεται*] Interpretantur, *& incboat statim bostilem diem*: si quæras, cur *statim*? quid tandem *incboet*? cur *bostilem diem*? altum silent; nec mirum. Nonnulli his mendam inesse fatebuntur, antiquiorem Codicibus; qui conspirare videntur cum Edd. præterea sic scriptum apud *Dion. Chrysost.* legitur, & *Clem. Alex.* nisi quod apud illum *δ'* exstet, ut in Edd. *Euripidis* quæ præcesserunt illam *Barnesii*; hic enim *θ'* e Ms. curavit exprimi, quod est in A Leid. quoque, nec non Flor. Sed ab his diversum abit, quod apud *Aristotelem* reperitur l. c. —— *ἔχθρας δ' ἡμέρα κατάρχεται·* Interpres dedit: *inimicitiamque dies exorditur*; monet autem in Var. Lect. *Sylburg.* in *Eurip.* Phœn. aliter legi, sed, utra lectio melior videatur, non decernit. Si statuas in *ἡμέρα* subaudiendum *μία*, quæ nonnunquam obtinet ellipsis, sensus extorqueri poterit forte tolerabilis, melior illo saltem, quem exhibet vulgata lectio, quæ tamen ad genuinam, ut iudico, altera propius accedit. Notissima sunt *δούλιον ἦμαρ*, & *ἐλεύθερον ἦμαρ*, sed qui sic *ἐχθρᾶς* meminerit *ἡμέρας* ne lector quidem eruditus ullum, opinor, nobis monstrabit. Aequus iudex modestam esse fatebitur medicinam, si literam unicam tantum a me mutatum iri dixero. Pro *ἡμέρας*, corrigo, *ἧς ἐρᾷς·*

—— *ἔχθρας δ', ἧς ἐρᾷς, κατάρχεται.* *illa vero, quam deperis, inimicitiam orditur*, vel *auspicatur*; nempe *Φιλοτιμία*, *ambitio nimia*, sive regnandi *cupiditas immoderata*: paulo ante *Φιλοτιμίας* meminerat, v. 538, Ἐφ' ἧ σὺ *μαίνῃ quam perdite amas*: Schol. interpretatur, *ἧς σὺ ἐρᾷς. Homer.* Il. Ξ, v. 269. *ἧς ἱμείρεαι*, id est *ἐρᾷς· Dio Chrysost.* Or. LXV, p. 607. C. *τῆς δόξης ἐρᾶτε·* est illud *ἐρᾷν ardenter desiderandi* sensu frequens etiam *Euripidi*: Hec. v. 996. *Σῶσόν νυν αὐτὸν, μηδ' ἔρα τῶν πλησίον·* v. 1280. Οὗτος σὺ, *μαίνῃ*

καὶ

καὶ κακῶν ἐρᾶς τυχεῖν Supplic. v. 239. divites avari *πλειόνων ἐρῶσ' ἀεί*. Rhesi v. 166. *Οὐ σῆς ἐρῶμεν πολυόχλου τυραννίδος*, sic corrigo vocem vulgatam *πολυόχου*: versum istum conferenti cur fuerit omissus in Cod. Flor. patebit. —— Ceterum hoc loco pervenusta translatione ponitur, *ἔχθρας* —— *κατάρχεται*: *inimicitiam auspicatur ambitio nimia*: notat eximie *κατάρξασθαι ἱερείου*, *victimam auspicari*, vel *immolandam designare*: Nicolaus Syracus. in Crat. apud *Diodor*. Sic. XIII, c. XXIII. *Καλὸν* —— *κατάρξασθαι φιλίας, καὶ τῷ τῶν ἠτυχηκότων ἐλέῳ σπείσασθαι τὴν διαφοράν*: proprio sensu sic junguntur *κατάρχεσθαι*, *θύειν* & *σπονδὰς ποιεῖν* in *Athenionis* ῥήσει μαγειρικῇ ap *Athen*. XIV, p. 661. c. De tribus *Plutarchi*, hanc Euripidæ ῥῆσιν respicientis, locis unus meæ nonnihil coniecturæ favet. Cum præcedentia memorasset T. II, p. 643. F. *Plutarchus*, p. 644. c. *οὐ γὰρ*, ait, *οἰκείου κτῆσις, ἀλλ' ἀφαίρεσις ἀλλοτρίου καὶ πλεονεξία περὶ τὸ κοινὸν, ἀδικίας ἦρξε καὶ διαφορᾶς*. quod recorder, nusquam ipsa versus nostri verba protulit; quæ, si vidit eam, quam erui, lectionem, suis intertexere verbis vix poterat: *ἧς ἐρᾶς*, unum spectans, quem alloquebatur Iocaste, filium, extra scenam commode poni non poterat; quæque sunt istiusmodi ferme solent ab Auctoribus antiquis, Poëtarum loca proferentibus, omitti: commodum nunc memini *Strabonis* XVI, p. 1105. c. quocum Phœnissarum conferantur vss. 34 —— 37. Reliqua sunt duo loca, quæ lectioni favent, quam, ante memoratam, subministrat *Aristoteles*; alter T. II, p. 483. D. quo de cernenda loquitur hæreditate paterna: *μάλιστα δεῖ τὴν ἡμέραν ἐκείνην φυλαττομένους, ὡς τοῖς μὲν ἔχθρας ἀνηκέστου καὶ διαφορᾶς, τοῖς δὲ φιλίας οὖσαν ἀρχὴν*, &c. alter T. I, p. 453. A. *ἡ μὲν οὖν ἔχθρα, βραχεῖαν οὖτω καὶ μειρακιώδη λαβοῦσα τὴν πρώτην ὑπόθεσιν καὶ ἀρχὴν, εἶτα χωροῦσα δι' αἵματος ἐμφυλίου* —— *ἀπέδειξε τὸν Εὐριπίδην σοφὸν ἄνδρα* —— qui *τὴν φιλοτιμίαν* dixerit *κακίστην δαίμονα τοῖς χρωμένοις*. Lubentissimus audiam, qui, quid verum sit, nos doceat.

Vs. 544, 45. *Καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν Ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν διώρισε.*] Cur obsecro *numerum διώρισε*; aut, si iungenda sunt ista, cur *τάξασα διώρισεν*. Equidem *διώρισεν* ad sequentia pertinere censeo, hic autem subsistendum in istis, *Ἰσότης ἔταξε, κἀριθμόν*: neque obstat *Dion. Chrys*. huc respiciens Orat. XVII, p. 250. A. *καλῶς μέμνηται καὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, ὡς, ὑπὲρ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ πλεονεκτεῖν μηδένα, τούτων εὑρημένων*. sic ista corrigit *Casaub*. Diatrib. in *Dion*. c. XVIII, excitans Euripidea nostra, in quibus bis *Ἰσότητ' ἔταξε* legitur apud *Priscianum* p. 542, & 572. —— Velut unius inventum *Numerus* cum *mensuris ponderibus*que coniungi solet: *Sophocles* apud *Achill Tat*. Isag. p. 122. B. Palamedi tribuit *Σταθμῶν, ἀριθμῶν, καὶ μέτρων εὑρήματα*. sic versum emendat *Salmas*. de Usur. c. XV, p. 430. In *Gorgiæ* Apolog. pro Palam. p. 190, 43. dicitur invenisse *νόμους γραπτοὺς, μέτρα τε καὶ σταθμά, συναλλαγῶν εὐπόρους διαλλαγὰς* (legerim *διαλλακτὰς*,) *ἀριθμόν τε χρημάτων φύλακα*: sed, præter cetera, Palameden *ἀριθμοὺς, μέτρα, σταθμοὺς*, invenisse pernegat *Alcidamantis* Ulysses p. 180, 19. numerorum inventum v. 32. *Musæo* tribuens: *ἀριθμὸν ἔξοχον σοφισμάτων* sibi quoque vindicat *Æschyli* Prom. V. v. 458. ubi *Stanleius* Euripidea protulit, a *Meursio* iam usurpata Den. Pyth. c. I. Athenienses apud *Andociden* de Myst. p. 11, 25. dicuntur *νόμοις χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος, καὶ μέτροις καὶ σταθμοῖς*.

Vs.

Vs. 546, 547. Ἴσον βαδίζει ——] Βαδίζειν Editionum eſt antiqua lectio, ſcriptorum quoque Codd. *Canteri* conjecturam, corrigentis βαδίζει. *Grotius* recepit; *Grotium Pierſius* ſequitur: *Kingius* in tribus ſe Codd. reperiſſe ſcribit βαδίζει, horumque auctoritate βαδίζει reſtituiſſe; „ *hac etiam indu-* „ *ctum ratione, quod hæc ſententia ſc.* „ Ἰσότης ἔταξε βαδίζειν ἴσον κύκλον, „ *ſatis frigida per ſe videtur.* —— Βαδίζει legitur in Flor. & A Leid. Βαδίζειν in Leid. B, & in quatuor vel quinque Codd. Anglicis. —— Hoc cur in βαδίζει fuerit mutatum, liquet e verſu ſeq. —— φθόνον ἔχει νικώμενον. Literam hic quoque revocandam arbitror eliſam a ſequenti, ſcribendumque, φθόνον ἔχειν ν. Iam vide mihi quæſo, quam hæc egregie congruant ſic ſcripta:

—— —— διώριϛε
Νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον ἡλίου τε φῶς
Ἴσον βαδίζειν τὸν ἐνιαύσιον κύκλον,
Κοὐδέτερον αὐτοῖν φθόνον ἔχειν νικώμενον.

Verbo διώριϛε ſi copula præfigatur, e ſequenti verſu facile repetenda, nihil hic deſiderari poterit: καὶ διώρισεν Ἰσότης, *Solem & Lunam* βαδίζειν, —— *neutrum* tamen φθόνον ἔχειν. Ad hæc illuminanda apta ſunt quæ ſcribit *Philo Jud.* p. 734. E. πάντα Ἰσότης, τά τε κατ' οὐρανὸν καὶ τὰ ἐπὶ γῆς εὖ διετάξατο νόμοις καὶ θεσμοῖς ἀκινήτοις. τίς γὰρ ἀγνοεῖ τοῦθ', ὅτι ἡλίῳ μεμέτρηνται πρὸς νύκτας ἡμέραι, καὶ πρὸς ἡμέρας νύκτες ἰσότητι διαστημάτων ἀναλογούντων. *Auſonius* de rat. Libræ v. 30, *Et ſolis Lunæque vias ſua libra coërcet.* —— Noſtro loco Ἰσότης, *Aequalitas*, tanquam lex æterna naturæ. *Solis Lunæque vices* [illegible], *definivit*: de lege ponitur eximie διορίζειν, ut notum. *Aeſchyli* ſequens imitator *Euripides*, dum ſic in uno verſu diverſa collocat ſtructura verba ἔταξεν & διώριϛε, penes me dubium non eſt quin reſpexerit locum *Aeſchyli* de Palamede loquentis, in *Athen.* Epitom. I, p. 11. ſervatum:

Καὶ ταξιάρχας, καὶ ϛρατάρχας, [καὶ λόχους]
Ἔταξα· σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα
Ἄριστα, δόρπα, δεῖπνά θ' αἱρεῖσθαι τρία.

pars poſtrema ſic ter legitur apud *Euſtathium* ſcripta ad Il. Ω, p. 1494, 2. Od. B, p. 76, 47. Od. Π, 590, 10. prior mendoſa proſtat apud *Athen.* *Ioſ. Scaliger* in *Manil.* p. 320, primo verſu καὶ ταγοὺς poſuerat, quod ſtare non poterat in ultima ſenarii ſede: prætuli, καὶ λόχους. Ceterum venuſte *Lunam*, quæ de ſole lumen mutuatur, νυκτὸς vocat hic *Euripides*, ἀφεγγὲς βλέφαρον. attigit Celeberr. *Schultens* ad *Iobum* p. 61. *Plutarcho* locus obverſabatur in Quæſt. Rom. p. 282. B. ἡ σελήνη προσέχειν ἐθέλει τῷ κρείττονι καὶ δευτερεύειν,

Αἰεὶ παπταίνουσα πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο,

κατὰ τὸν Παρμενίδην. & T. II, p. 1066. B. *Phocylides* v. 68, Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς *Dio Chryſoſt.* Or. XVII, p. 249. D. Μετὰ ταῦτα τοίνυν (poſt v. 543) ὁ αὐτὸς ποιητὴς οὔ φησιν ἐν τοῖς θείοις εἶναι πλεονεξίαν· διὰ τοῦτο ἄφθαρτα καὶ ἀγήρω μένειν αὐτὰ, τὴν προσήκουσαν ἐν ἕκαστον ἑαυτῷ τάξιν φυλάττοντα, τήν τε νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὰς ὥρας.

Vs. 549 Εἶθ' ἥλιος μὲν, νύξ τε δουλεύει βροτοῖς;] Acerbiſſimo ioco ſuis in Phœniſſis traduxit Euripidem *Strattis* Comicus, loco, quem *Polluci* debemus IX, 124.

Εἶθ' ἥλιος μὲν πείθεται τοῖς παιδίοις
Ὅταν λέγωσιν, Ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε;

Ita invitabant pueri ſolem ad emicandum, ſi quando nubibus tegeretur, inquit *Io. Camerar.* Utriusque Ling. Comm. p. 326, 53. *Iungermanno* quoque citatus *Leopardus* Em. V. I, c. IV, iam dederat, quæ *Io. Meurſius* notavit de Lud. Græc. in Ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε.

conf.

conf. *Kuster.* ad *Suidam.* neque hi nec *Casaubonus* viderant, ad quem locum *Euripideum* pertineret illud *Strattidis*; vidit *Grotius* in Prolegom. p. 18, sed ingeniose nimis philosophatur. Quantum intelligo, postremum illud, de Sole Lunaque positum, δουλεύει βροτοῖς, Comico risu videbatur excipiendum; nec enim Solem magis dici posse δουλεύειν βροτοῖς, quam pueris πείθεσθαι, quando, his inter ludendum clamantibus, ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε, nubibus tandem emicaret. *Ios. Barnesius*, quod mireris, primus hoc versu reposuit ἥλιος· Doricum ἅλιος per Editiones eo usque fuerat propagatum: ἥλιος in hoc senario iam præferebant, qui eo usi sunt, *Oenomaus* apud *Euseb.* Præp. Evang. VI, p. 259. c. (ubi legitur δουλεύειν βροτοῖς·) *Origen.* contra *Celsum* IV, p. 180, & p. 214. in verbis *Celsi*; *Theodoret.* Therap. IV, p. 62, 49. &, *Barnesio* citatus, *Isidor. Pelus.* IV. Epist. LVIII. ubi *Conr. Rittershusius* loci meminit Eusebiani. *Celsus* autem apud *Origenem* Euripideum illud δουλεύει βροτοῖς non minus acerbe, quam olim *Strattis*, exagitavit: τί μᾶλλον ἡμῖν ἢ τοῖς μύρμηξι καὶ ταῖς μυίαις; καὶ γὰρ ἐκείνοις ἡ μὲν νὺξ γίνεται πρὸς ἀνάπαυσιν, ἡ δὲ ἡμέρα πρὸς τὸ ὁρᾶν τε καὶ ἐνεργεῖν· —— Dum toties noster versus Latine fuit conversus, nemo tamen primæ vocis vim expressit, præter doctum Iesuitam *Franc. Vigerum*, qui dederat in *Euseb. Hominibus ergo solque noxque serviunt, Parem ipse quemquam ferre non possis domi?* Quando scilicet apud Atticos initio sententiæ positum interrogat, εἶτα cum affectu pronunciandum vel indignantis est, vel admirantis, vel ridentis, sic tamen ut risum expresserit indignatio: Latine sæpius reddi potest *Itane? Siccine vero? Ergo?* vid. *Casaubon.* Animadv. in *Athen.* VII. c. XX. init. vim voculæ *Raphelius* explicuit T. II. Annot. in N. T. p. 714. conf. Celeberr. *Alberti* Obs. Phil in N. F. p. 440. & *L. Kuster.* in *Aristoph.* Plut. v. 79. —— εἶτ' ἐσίγας Πλοῦτος ὤν; Σὺ Πλοῦτος; *Amphidis* simillimum locum obscurarunt omissa voce librarii: τὸν ἐξ Ἀκάνθου πόλεως οἶνον *Amphida* Comicum laudasse docuit *Athenæus*: in huius Epitome I, p. 30. E. leguntur ista: Ποδαπὸς εἶ, φράσον. Ἀκάνθιος. εἶτα πρὸς θεῶν —— nomen gentile Ἀκάνθιος bis fuerat, ni fallor, in *Amphidis* loco positum, sic restituendo: —— B. ποδαπὸς εἶ, φράσον. / A. Ἀκάνθιος γ'. B. Ἀκάνθιος; εἶτα, πρὸς θεῶν; / Οἴνου πολίτης ὢν κρατίστου, στρυφνὸς εἶ; / *Tu Acanthius? siccine vero, per Deos, suavissimi vini civis, asper es & austerus?* apud Comicos in talibus ista frequens est repetitio: vid. apud *Athen.* XIII, p. 559. D. locus *Antiphanis*, *Stratonis*, IX, p. 382. C. (*Philemonis*, apud *Pollucem* IX, 65.) *Sosipatri*, IX, p. 378. D. Ἴσως ἐθαύμασας —— B. Ἔγωγ' ἐθαύμασ'; in Adelphis *Terentii* II, I, 31. *Egon' debacchatus sum autem?*

Vs. 550. Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ δωμάτων ἔχων ἴσον,] Apud *Euseb.* & *Theodoret.* locis citatis ἔχειν vulgatur: *Isocrat.* ad Demonic. p. 10. c. παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲν δυνάμενον, ἀνέχου δὲ τὸ ἴσον ἔχειν· sed ἔχων procul dubio genuinum: verbo ἀνέχεσθαι participium iungunt *Herodot.* V, c. XIX. *Xenophon* K. Π. V. p. 118, D. Symp. p. 881. C. aliique: vid. *Ier. Markland.* ad *Max. Tyr.* p. 654. b. & *Dan Heins.* Lect. *Theocr.* p. 355. b. semper autem, nisi fallor, *Euripides*, quod rem conficit: Med. v. 38. —— οὐδ' ἀνέξεται κακῶς Πάσχουσ'· Alc. v. 952. οὐ γὰρ ἐξανέξομαι (Ms. Flor. οὐδὲ γὰρ ἀνέξομαι.) Λεύσσων —— Hippol. v. 354. οὐκ ἀνέξομαι Ζῶσ' ἐχθρὸν ἦμαρ. Heracl. v. 353. Νικωμένη γὰρ Παλλὰς οὐκ ἀνέξεται. add. Herc. Fur.

 v. 222,

v. 222. Ion. v. 947, *Euripides* apud *Clem. Alex.* Strom. IV, p. 621. 7. Σοὶ δ' ἔγωγε καὶ νοσοῦντι συννοσοῦσ' ἀνέξομαι, cum hoc versu proxime connexa mirifice fuerunt interpolata: similiter *Aeschylus* & *Sophocles* verbum illud construxere, nisi quod ille, qui ter in iis quæ supersunt participium adiecerat, posuerit in Eumen. v. 917. —— οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ —— τιμᾶν. Minerva loquitur. —— Nostro versu more veteri scripserat *Euripides* ἀνέξει.

Vs. 551. Καὶ τῷδ' ἀπονέμειν;] 'Απονεῖμαι præferebant Edd. Tragicis evitatum paribus sedibus anapæstum sustulit *Kingius*; posuit enim ἀπονέμειν e Cantabrig. Cod. cui duo Leidenses adstipulantur. Utrumvis forte favere videbitur lectioni versu præcedenti reiectæ; melius enim ἔχειν & ἀπονέμειν in una periodo iungi: diversa via *Battierius* insistens, in Schedis „ *necessario scribendum*, ait, ἀπονεί„ μας; *ratio Græcæ constructionis ele*„ *gantioris postulat hoc*, *& præcedit* „ *etiam alterum participium* ἔχων, *binc* „ *& alterum* ἀπονείμας *requiritur*." Utraque cum obtineat constructio, utramque ponere potuit in una periodo Tragicus. *Langio* monente, *Salmasius* hic legendum suspicabatur καὶ τῷδε νεῖμαι. Qui cum *Battierio* sentiunt, maluerint καὶ τῷδε νείμας. *Sophoclis* Aegeus apud *Strabon.* IX, p. 601. B. Πατὴρ δ' ἀπελθεῖν ὥρισ' εἰς ἀκτήν, ἐμοὶ / Πρεσβεῖα νείμας τῆσδε γῆς —— sic præter *Casaubon. Ios. Scaliger* emendavit in Catalect. p. 54. Est illud νέμειν, hoc sensu positum, eximie patris: vid. *Soph.* Trachin. v. 166. Oed. in Col. 1392. ut blandiatur Eteocli Iocasta velut auctoritate prædito, posuisse videtur *Euripides*, καὶ τῷδ' ἀπονέμειν. Horum sententiam *Dion* expressit *Chrys.* p. 250. A.

Vs. 552. 553. Τί τὴν τυραννίδ', ἀδικίαν εὐδαίμονα; Τιμᾷς ὑπέρφευ] Frustra *Barnes.* ὑπέρευ, vel ὑπέρευγε, quod adprobantis est alterius dicta, legisse Scholiasten suspicabatur: *Piersio* suspectum fuit ὑπέρφευ, quippe quod in Lexicis vulgatis non invenerat: *Hesychius*, dum 'Υπέρφευ per ὑπεράγαν interpretabatur, *Aeschyli* respicit & *Euripidæ* loca, quæ designantur in nota *Barnesii*, & in *Abreschii* Anim. ad *Aesch.* Pers. v. 822, 'Ως οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα χρὴ φρονεῖν· *supra modum*, ὑπεράγαν, id ipsum in versu significasse *Cratini*, constat e Lexico Bibl. Coislin. p. 467. Μηδένγ' ὑπέρφευ· Κρατῖνος (ita corrigit *A. Heringa* Obs. Crit. p. 295.) ἐπὶ τοῦ μηδὲν ἄγαν. — Aliter hoc in loco vocem cepit auctor Scholii recentioris: τὸ 'Υπέρφευ, σχετλιαστικὸν ὄν, διὰ μέσου ἔθηκεν· non inepte: sic censeri deberet ad indignationem Iocastæ designandam interiectum: Τί τὴν τυραννίδ', ἀδικίαν, εὐδαίμονα, Τιμᾷς, (ὑπέρφευ) καὶ μέγ' ἥγησαι; *Arrianus* Epict. IV, c. V, p. 606. 'Ετεοκλέα —— τὸ πεπονηκὸς, οὐκ ἄλλο, ἢ τοῦτο τὸ δόγμα τὸ περὶ τυραννίδος, —— ὅτι —— τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν. similia dederat in Enchiridio c. XXXVIII. Apud *Plutarchum* de Aud. Poët. p. 25. A. B. propter abusum vocis εὐδαίμων, mea quidem opinione pervenustum, nostra prostant Euripidea: Τί τ. τ. ἀ. εὐδαίμονα τιμᾷς. *Euripidis* est, ni fallor, versus, quem, in Append. Vatic. Prov. p. 280, vulgavit *A. Schottus*: 'Η γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ. *Accius* apud *Ciceron.* de Off. III. c. XXI,

Multi iniqui atque infideles regno,
pauci sunt boni.

Vs. 554. Περιβλέπεσθαι τίμιον; κενὸν μὲν οὖν.] Probem equidem, ut versus præcedentis fine τόδε, seiunctum a prioribus, commutetur in τί δὲ, hoc autem referatur ad Περιβλέπε-

πέσθαι· tum paululum ſubſiſtendum cenſeo, duplex ut ſtatuatur interrogatio. Neminem puto fore, qui negaturus ſit, his vigorem addi, ſi hunc in modum accipiantur:

——— ——— ——— τί δὲ
Περιβλέπεσθαι; τίμιον; κενὸν μὲν οὖν.

Quid autem eſt Digito monſtrari? pulcrum? imo vero res inanis. Huc alludit *Plutarch.* in Gryllo p. 986. A. τὸν ἀθάνατον σὺν ἐμοὶ βίον ἀφεὶς, ἐπὶ γυναῖκα θνητὴν διὰ μυρίων ἔτι κακῶν σπεύδεις, ὡς δὴ περίβλεπτος ἐκ τούτου καὶ ὀνομαστὸς ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν, γενόμενος, κενὸν ἀγαθὸν καὶ εἴδωλον ἀντὶ τῆς ἀληθείας διώκων. citat *Euripiden Aelianus* V. H. II, c. XII. ὅστις δὲ ἐρᾷ φθονεῖσθαι, τοῦτο δή που τὸ τοῦ Εὐριπίδου, Περιβλέπεσθαι, σπεύδει· ὅτι δὲ τοῦτό ἐστι κενὸν ὁ αὐτὸς Εὐριπίδης φησί. verbum *Euripidæ* Περιβλέπεσθαι reſtituit *Aeliano Caſaubonus*, verſus noſtri non memor, quem attulit deinceps vir Clariſſimus *Abr Gronovius*: vid. & Celeberr. *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* I, p. 563. Verbo Περιβλέπεσθαι frequentius nomen occurrit Περίβλεπτος. multo rarius eſt Περίοπτος, obvium apud *Diodor. Sic.* XIV, c. I. *Heſychius* per περίβλεπτον interpretatur. *In quem omnium vultus ſunt converſi*, quique veluti δακτυλοδεικτεῖται, dicitur etiam Ἀπόβλεπτος· *Caſaubon.* Lect. *Theocr.* p. 240. b. & *Rittershuſ.* ad *Iſid. Pelus.* II Ep. CI. In *Euripidis* Hecuba ſcribendum v. 354, Γυναιξὶ παρθένοις τ' ἀπόβλεπτος μέτα. ſupraſcriptum in duobus Codd. περιφανὴς, in uno περίβλεπτος· cuius margo ſcholion præbet a *Kingio* vulgatum, vitiis vacuum. Ἀποβλέπεσθαι multo magis frequentatur, quam verbum Euripideum.

Vs. 557. Ἐπεὶ τάγ' ἀρκοῦνθ' ἱκανὰ τοῖς γε σώφροσιν.] *Barneſ.* vulgavit τοῖσι σώφροσιν, e Cantabr. Cod. hæc lectio, licet duobus Codd. Leid. firmata, tamen alteri, velut multo deterior, locum cedere debuit: τοῖς γε σώφροσιν eſt in Edd. vett. & Flor. Cod. tum apud *Clem. Alex.* Strom. VI, p. 751, 5. ubi, cum verſus ſedem non indicarant, *Barneſius*, quem minime decebat omnium, ſenarium inter incertæ tragœdiæ fragmenta collocavit, v. 397. p. 514. his pæne proxima quæ poſuit, ſunt e Bacchis v. 266, 267. ——— In *Stobæo Geſneri* p. 514, v. 41. vulgabatur Ἐπεὶ τάγ' ἀ. ἱ. τοῖς σώφροσι. *Grotius* poſuit τοῖς γε in *Stob.* p. 383. & alibi: ſed in Adnot. ad *Matth.* VI, 25. τοῖσι σώφροσι. meliorem lectionem *Io. Pricæus* ſequitur in I Tim. VI, 6. ——— Bis in uno verſu collocatum γε neminem offendet: vid. *Soph.* Oed. in Col. v. 379. Oed. Tyr. v. 1040. Σοῦ γ', ὦ τέκνον, σωτήρ γε. ——— Noſtro loco prius γε ponitur πρὸς βύσιν χασμῳδίας· alterum in τοῖς γε σώφροσιν emphaſin habet egregiam, ſignificans *certe, ſaltem*: ὅστις γε σύνεσιν ἔχει, *qui quidem ſapit*, ſæpe recurrit apud *Herodot.* II, c. V. VII, c. XLIX. &c. apud alios legitur ἅπασι, τοῖς γε σώφροσι· ſed adferam Euripidea quædam, ut omnis in poſterum tollatur dubitatio. Or. v. 928, Καὶ τοῖς γε χρηστοῖς εὖ λέγειν ἐφαίνετο. Androm. v. 914, Χρὴ τοὺς γε νοῦν ἔχοντας, ——— Med. v. 1369, Ἡ τις γε σώφρων· mulieri non cuivis, ſed *quæ quidem modeſta ſit*, vel *ſaltem modeſtæ.* Bacch. v. 318, ἥγε σώφρων. *Soph.* El. v. 367. Οὐδ' ἂν σὺ, σώφρων γ' οὖσα, *neque tu, ſi quidem recte ſentires*: in *Soph.* Oed. Tyr. v. 597, γ' inſerendum: ὅστις σωφρονεῖν γ' ἐπίσταται. *Eurip.* Dictye ap. *Stob.* Τῶν εὐσεβούντων, οἵ τινές γε σώφρονες, Ἐρῶν· *Eurip.* apud *Clem. Alex.* IV. Strom. p. 621, 28. *maritum licet deformem.* Χρὴ δοκεῖν εὔμορφον εἶναι, τῇ γε νοῦν κεκτημένῃ· / Οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστιν, ἀλλὰ νοῦς, . . . / addatur γύναι· plenus erit trochaicus: in Excerptis p. 425. omiſſum ſic in

notis ſupplet p. 960. *Grotius:* Οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ μορφὴν κρῖνόν ἐστιν, ἀλλ' ὁ νοῦς. ſed alterum, γύναι, cur a *Clemente* fuerit omiſſum, patet. —— Nonnunquam tamen legitur, & recte quidem, etiam in Euripideis, τοῖσι σώφροσι. velut in Hippol. v. 1013. Ἀλλ', ὡς τυραννεῖν ἡδὺ τοῖσι σώφροσιν; *ſed dicesne regnare iucundum eſſe caſtis*, atque adeo mihi? ubi γε locum non reperit: ſentiri potius poteſt quam verbis explicari locutionis diverſitas: οἱ σώφρονες βροτῶν idem eſt ac οἵγε σώφρονες ſimpliciter. *Soph.* Phil. v. 303, Οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσι βροτῶν· qui Codices habuit Sophocleos plures, *Euſtathius* ſic ſcriptum verſum quater excitavit: Φόβος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι βροτῶν, recte legitur velut incerti Trag. ſenarius in Exc. *Grot.* p. 465. e *Plut.* de Aud. Poët. p. 34. A. deſcriptus, qui ſententiam, ut arbitror, *Sophoclis*, optime corrigit in hanc meliorem: Θάρσος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι βροτῶν· *Plutarchi* commodum memini; nam noſtri quoque verſus ſententiam ſic expreſſit de Cupid. Divit. p. 524. E. ἐπεὶ τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται.

Vs. 558. Οὔ τοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοὶ, —— 560.] Leguntur hi tres ſenarii ap. *Stobaeum* Tit. XCII. p. 512, 6. In horum ſecundo Cod. Flor. præfert: Τὰ τῶν θεῶν δ' ἑλόντες ἐπιμελούμεθα: In edita lectione cum ceteris conſpirat *Plut.* Conſol. ad Apoll. p. 116. A. Οὐ μόνον (ὥς φησιν Εὐριπίδης) τὰ χρήματα οὐκ ἴδια κέκτηνται βροτοὶ, ἀλλ' ἁπλῶς τῶν ἀνθρωπίνων οὐδέν, διὸ καὶ ἐπὶ πάντων λέγειν χρὴ,

Τὰ τῶν θεῶν ἔχοντες ἐπιμελούμεθα,
Ὅταν δὲ χρήζωσ', αὔτ' ἀφαιροῦνται πάλιν.

οὐ δεῖ οὖν δυσφορεῖν, ἐὰν, ἃ ἔχρησαν ἡμῖν πρὸς ὀλίγον, ταῦτα ἀπαιτῶσιν. *Euripideis* commode ſunt uſi *Lambin.* ad *Horat.* Epiſt. p. 476. & *Adolph. Vorſtius* ad *Luciani* Nigrin. p. 66.

Vs. 561. [Ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος] Eſt ille quidem *Euripidae* verſus, ſed, ut opinor, ex alio dramate primum ad marginem a ſtudioſo quopiam hic adnotatus ob adfinitatem quamdam ſententiarum, deinceps, ut fieri ſolet, reliquis interſertus. Primum prope nullus eſt inter hunc verſum, quique proximi præcedunt tres, ſi penſiculatius expendantur, nexus: iſtorum ſententia paucioribus verbis expreſſa ſic legitur in Supplic. v. 534. —— οὔτι γὰρ κεκτήμεθα Ἡμέτερον αὐτό· *propria non ſunt humana bona: Vitaque mancupio nulli datur, omnibus uſu*, *Lucret.* III, v. 983. Noſtri verſus ſenſus eſt, *humanas opes non eſſe durabiles*, contra *fluxas* & *evanidas*; quæ ſunt utique diverſi generis. Sed tres iſtos ſenarios præcedentes potuerat etiam omiſiſſe locaſte; nam non multum valent ad Eteoclem movendum: hoc ſi peccatum eſt, eſt illud *Euripidis*; quem tamen ut credam noſtrum in hac ſede verſum collocaſſe non poſſum in animum inducere: *Plutarchus* hunc adhibuit Conſol. ad Apollon. p. 104. A. εἰπόντος Εὐριπίδου,

Ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος·
καὶ ὅτι,
Μικρότατα τὰ σφάλλοντα· καὶ μί' ἡμέρα
Τὰ μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὰ δ' ἦρ' ἄνω·

poſtremis duobus iambis hunc præfixerat *Euripides:*

Ὁρᾷς τυράννους, διὰ μακρῶν ηὐξημένους,
Ὡς σμικρὰ τὰ σφάλλοντα·

quæ ſervavit nobis *Stobaeus* p. 559, 50. Locum emendavit & ex Inone petitum docuit *Th. Gataker.* A. M. P. cap. XI, init. eo tamen errans, quod verſum ap. *Plut.* Ὁ δ' ὄλβος οὐ β. α. ε. eſſe dicat ex *Euripidae* Supplic. Mihi ſic videtur; noſtrum verſum

ſum ex eodem Inonis Euripideæ loco petitum, qui ſic olim fuerit lectus:

Ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος·
Ὁρᾷς τυράννους, διὰ μακρῶν ηὐξημένους,
Ὡς σμικρὰ τὰ σφάλλοντα καὶ μί' ἡμέρα
Τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω.

nunc demum manifeſta mox adparet ratio, propter quam verſum *Plutarchus* omiſerit intermedium, hoc omiſſo mutarit ſequentis initium, Ὡς σμικρὰ τὰ σ. in Μικρότατα τὰ σ. non animadverterant illud *Gatakerus* aut *Rittershuſius* in *Phaedr.* L. v, Fab. I. Neque obſtat, ut prima facie plurimum obeſſe videretur coniecturæ, quod legitur apud *Sextum Empir.* 'Αντιγρ. XI. §. 54. p. 701.

Ὁ γὰρ ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος·
Ἐξέπτατ' οἴκων μικρὸν ἀνθήσας χρόνον.

Ne hæc quidem cohærent, neque potuerunt ab *Euripide* coniungi, cuius ſcribendi color mihi ſatis videtur notus: in his hæreremus, ſi periiſſet *Euripidis* Electra: hæc commodum ſuppeditat v. 942, 3.

Ὁ δ' ὄλβος ἄδικος, καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνών,
Ἐξέπτατ' οἴκων, σμικρὸν ἀνθήσας χρόνον.

ſic ſuſpicor ſcripſiſſe quoque *Sextum*; antiquarium autem, iſta transſcribentem, alteri verſui ſibi notiorem forte fortuna ſuppoſuiſſe noſtrum.

Vs. 562. Ἄγ', ἤν σ' ἔρωμαι, δύο λόγω προθεῖσ' ἅμα,] Ex optimo Leid. Cod. & Flor. λόγω recepi, δυϊκὸν, pro λόγους· in iisdem recte cum vulgatis Edd. ſcriptum erat προθεῖσ', id eſt *proponens*; quod huius loco centies vitioſe legitur, forte legebatur ut in Leid. B, ſic in Anglicis MſſT. προσθεῖσ' ἅμα· hoc *Kingius* arripuit, δύο λόγω προσθεῖσ' ἅμα interpretatus, *in eadem oratione bina complectens*: atque ita λόγῳ ſignificabit, *in eadem oratione*; προσθεῖσ' ἅμα, *bina complectens.* Una litura delenda eſt *Kingii* nota, cui, propter tot egregia, quæ nos docuit e Codd. peccata non pauca condonabunt Φιλευριπίδειοι. Non minus turpe Græci magiſtelli peccatum in hoc verſu proſtat in recentiorum Scholiis ad *Pind.* Ol. VI, v. 83. p. 73. A. fine. ὥσπερ φαμὲν — ὑβρίζω σε ὕβριν· οὕτω καὶ ἔρομαί σε λόγον. Εὐριπίδης, Ἄγ', ἤν σ' ἔρομαι (ἔρωμαι) δύο λόγω· ſunt in illis huiusmodi plurima, quæ ſatius eſſet ne memorari quidem. —— Ex ſequenti ſenario 564 notam interrogandi *Kingius* ſuſtulerat poſt Ἐρεῖς τυραννεῖν· *Kingio Barnesius* adſentitur: neuter me movet; ſenſus eſt apertus: *Age ſi te interrogem, duarum dans optionem, utrum malis; regnare, vel ſervare civitatem*, Ἐρεῖς, τυραννεῖν; *dicesne, regnare* te malle? neutiquam ſane. Convenit concitatæ matri βραχυλογία.

Vs. 566. Ὄψει δαμασθὲν ἄστυ Θηβαίων τόδε·] Præ vulgata nemini placebit, ἄστυ Θηβαῖον τόδε· quod eſt in Flor. Cod. ne cui autem forte collatus ad hunc locum *Aeſchylus* in Theb. v. 47, —— λαπάξειν ἄστυ Καδμείων· in eam inducat perſuaſionem, hic olim ſcriptum fuiſſe λαπάξειν, eiusdem *Aeſchylei* dramatis impediunt, ne nunc alia memorem, verſus 341, —— εὖτε πόλις δαμασθῇ. & v. 771, Δέδοικα δὲ σὺν βασιλεῦσι Μὴ πόλις δαμασθῇ. Legitur in Perſis v. 279, —— πᾶς δ' ἀπώλλυτο Στρατὸς, δαμασθεὶς ναΐοισιν ἐμβολαῖς. —— Verſus 567, 8, ſic expreſſit in Phœniſſis *Seneca* v. 573. &c. *Matres ab ipſo coniugum raptas ſinu Saevus catena miles* [illegible] *trahet*?

Vs. 569, 570. Ὀδυνηρὸς [illegible] τος, ὃν ζητεῖς ἔχειν, [Γενήσεται [illegible] σι, Φιλότιμος δὲ σύ. Horum verſuum [illegible]

ſecundus ſpurius eſt & inficetus; quod ſenſiſſe videri poteſt R. P. *Brumoi* Theatro Græc. T. IV, p. 170, 171. In priore, pro 'Ὀδυνηρὸς, olim lectum fuiſſe Δαπανηρὸς *Scholiaſta* monuit: quæ lectio vetus *Salmaſio* placuiſſe dicitur apud *Langium* in Specim. p. 411. hic vero, a *Barneſio Kingio*que recte poſitum, ἆρ' ὁ πλοῦτος, reiicere non debuerat: vulgo quidem interrogat ἆρα, ἄρα concludit argumentationem; ſed hoc, adfirmandi ſignificatu poſitum apud Poëtas, ubicunque verſus ſyllabam poſtulat longam, ἆρα quoque ſcribendum, optime decernit *Phil. Iac. D'Orvillius* Vanno Crit. p. 227. —— Scholiaſtes in hunc verſum, ἔστι δὲ, inquit, τοῦτο συμπέρασμα τῶν ἄνω· egregie: verſus enim hic Iocaſtæ concludit adverſus Eteoclem disputationem:

'Ὀδυνηρὸς ἆρ' ὁ πλοῦτος, ὃν ζητεῖς ἔχειν.

Sciolus Phœniſſarum interpolator adiecit ad hæc ſequentia, Γενήσεται Θήβαισι, ſcilicet ὀδυνηρὸς ὁ πλοῦτος. cur Thebis potius, quam Eteocli? quam frigidum, quod additur, Φιλότιμος δὲ σύ; abſurdius tamen, e Scholiis variam eruentis lectionem Φιλόνεικος, *Barneſii* commentum. Siccine tandem concluderet egregiam argumentationem Iocaſta, hoc ut efficeret, tanquam priorum conſequens, Eteoclem eſſe Φιλότιμον; ſed hoc in ipſo iam poſuerat orationis exordio: Τί τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι Φιλοτιμίας, παῖ; nec negaſſet Eteocles. Id conficit Regina mater, immoderatam regnandi cupiditatem Eteocli futuram & civibus luctuoſam:

'Ὀδυνηρὸς ἆρ' ὁ πλοῦτος, ὃν ζητεῖς ἔχειν.

Vs. 572. 'Ἀμαθεῖς "Ἄδραστος χάριτας εἴς σ' ἀνήψατο] In duobus Leid. Codd. in Cantabrig. forſan in aliis pluribus, legitur —— εἴς σ' ἠμείψατο· Quum χάριν & χάριτας ἀμείψασθαι, *acceptum referre beneficium*, ſolemnis ſit & nota forma loquendi, poterat illud ἠμείψατο ſtructuram minus animadvertenti mirum in modum adblandiri: ſed eo tamen ſuſpicioſior aliquis nihil temere novandum iudicaret. — χάριτας εἴς σ' ἀνήψατο, vel invitis Codicibus, omnino retinendum eſt: ἀνάπτειν τινὶ τὴν χάριν, vel χάριτας εἴς τινα ἀνάψασθαι itidem *acceptum alicui* notat *referre beneficium*. In altero Leidenſi Cod. B verbo ἠμείψατο veteris lectionis noſtræ adſcriptum legitur interpretamentum ἀνέθηκε· quod in Scholiis etiam eſt vulgatis; ubi præterea legendum περιήψατο, quodque ſubiicitur de tranſlata verbi ſignificatione (verumne ſit, nec ne, nunc non disputo:) lectionem omnino receptam ſpectat: χθονὶ πείσματ' ἀνάψαι & ἀνάψασθαι frequentantur. Ex hoc *Euripidae* loco deſumtum 'Ἀνήψατο *Heſychius* explicat προσέθηκεν, ἀνέθηκεν.

Vs. 573. 'Ἀσύνετα δ' ἦλθες καὶ σὺ πορθήσων πόλιν.] —— πορθήσων πάτραν, quod exhibet *Oenomaus Euſebii* Præp. Evang. VI, p. 259. c. mihi quidem perplacet. Contra verſu 576 legendum arbitror ἑλὼν πόλιν; admodum proclivi lapſu ſuſpicor in verſuum vicinorum fine voces πάτραν & πόλιν ſedes invicem commutaſſe; alteri loco πόλιν, huic verſui πάτραν multo eſt accommodatius. vid. *Aeſchyl.* Theb. v. 588, 591. *Soph.* Oed. in Col. v. 1416. *Seneca* Phœn. v. 555, —— *ne, precor, ferro erue Patriam ac penates.*

Vs. 576. Πῶς δ' αὖ κατάρξῃ θυμάτων, ἑλὼν πάτραν;] Scripſerat, ni fallor, *Euripides*: Πῶς δ' αὖ κατάρξει θυμάτων, ἑλὼν πόλιν; *quomodo vero ſacra redauspicaberis, urbe capta? Io. Kingius* in notis, *Omnes*, inquit, *libri impreſſi* κατάρξῃ *legunt, omnes vero Codices MSti* κατάρξεις, *quod melius*

lius videtur cum filo orationis convenire, ut illa ἀνεχώρησε, γνώμας, utrinque posita indicant. ad Codices Anglicanos, quibus usus est, adiici possunt duo Leidenses, κατάρξεις, quod *Kingius* in contextum intulit, repræsentantes; quin suspicor idem illud in plerisque Mss. repertum iri; ne his quidem exceptis, quibus *Aldus* primum fuit usus; ut adeo docti correctoris fecit κατάρξῃ. Attica vetus scriptio fuit *Euripidis* ævo κατάρξει quod in κατάρξεις commutatum hac in sede quis tandem miraretur? Non ignoro κατάρχειν τῶν ἱερῶν nonnunquam apud recentiores legi, velut apud *Heliodor.* II, p. 121, 38. 125, 14. X, p. 469, 7. III, p. 137, 5. *Philon. Iud.* Legat. p. 1026. B. αὐτοὶ κατάρξομεν τῶν θυμάτων οἱ καλοὶ ἱερεῖς. Sed *auspicari sacra*, vel ritu solemni *victimam immolare* veteribus dicebatur forma media κατάρξασθαι, semper autem *Euripidi*, sicut ad sacrorum ritus in universum describendos, sic ad hoc verbum usurpandum valde proclivi. *Euripidae* loca protulit, verbique vim *Lud. Kusterus* eleganter explicuit ad *Aristoph.* Av. v. 960. Qui præter illum legerit *Hemsterhusio* citatos in Schol. ad *Aristoph.* Plut. p. 419, *Budaeum* inprimis; *Moys. Solanum* ad *Luciani* Somn. §. 3. & ad huius Toxar. §. 6. Celeberr. *I M. Gesnerum*; plura veterum loca non requiret: *Euripidea* tamen addantur a *Kustero* citatis, Heraclid. v. 530, 601. Iphig. in Taur. v. 1155. de Iphigenia, *num iam* τῶν ξένων κατήρξατο; *Ovid.* Epist. e Ponto III Ep. II, v. 73. *Spargit aqua captos lustrali Graja sacerdos*, —— 75, *Dumque parat sacrum*, (κατάρχεται τοῦ θύματος) *dum velat tempora vittis*; &c: —— Sed cur secundam personam κατάρξει scribi malim hoc loco, quam κατάρξῃ, iuvenes ut intelligant, veterem hunc fuisse discant temporis *Euripidei* scribendi morem, quo nondum Ionicæ literæ η fuerat Athenis usus receptus; qui passim postea veterem mutarunt orthographiam, Grammatici reliquerunt in secundis personis pass. & med. sæpius intactam; & apud *Aristophanem* quidem illud ει permansit in hunc usque diem per Edd. propagatum. ex. gr. Pluti v. 456. ubi nonnullæ tamen Edd. λοιδορεῖς exhibebant perperam: vid. *T. H.* & vss. 632, 647, 828, 897, 964, 1136. &c. In Nubibus v. 36, pro στρέφῃ poni debuerat στρέφει, uti recte scribitur in Acharn. v. 384. & Thesm. v. 237. conf. *H. Steph.* Anim. in *Corinth.* § 54. p. 43, 44. In Atticistis recentioribus ista talia poni nolim. Apud Tragicos hae formae pleraeque sive iam olim fuerunt, seu ab Editoribus primis obliteratae: hic illic in scriptis Codd. conservantur. *Eurip.* Or. v. 530, Ms. Leid. A μισεῖ præfert, η tamen supra scripto. v. 1212, Ms. B ἁμαρτήσει Med. v. 622, Ms. Flor. ἀρνήσει. In *Aeschyli* versu Μέμψει, *Dionys. Halic.* Ἀρχ. I p. 33, 43. In *Eurip.* loco apud *Pollucem* IX, 75. Mss. præferunt ἄξει. Omissum *Barnesio* legitur Alcmæonis *Euripidei* fragmentum apud *Priscianum* p. 1182. Τί τοῦθ'; ἑκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός. Sensus esset optimus, si legeretur:

Πιθοῦ· γέροντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός;
da te mihi: parentem senem nihil revereris? sed hoc esset hariolari: quid vero vetat in alio loco tentasse sine dubio depravata? nam *Sophocli* quis Græce sciens imputabit quæ leguntur in *Stobaeo Gesneri*, p. 199, 23. *Grotii*. p. 127?

Οὔτοι ποθ' ἥξει τῶν ἄκρων ἄνευ πόνου.

Corrigo:

Οὔτοι γ' ἐφίξει τῶν ἄκρων ἄνευ πόνου.
Summa non certe sine labore consequeris.

Vs. 577. Κεῖς σκῦλα γράψεις πῶς

ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς;] Hic, nemine, quod sperem, invito, recta ratio Codicibus & Editionibus prævaluit: Καὶ σκῦλα γράψεις, e coniectura, sed in Lingua fundata, vulgavi pro Καὶ σκῦλα γράψεις —— quod præter Edd. exhibent Codices, certe Leidani. Ut origo veteris mendæ magis esset manifesta, fortasse quis Καὶ ἐς maluerit contractum in Κἀς σκῦλα γράψεις· prouti scribi solet apud *Aristophan.* Acharn. v. 183. Κᾀς τοὺς τρίβωνας ξυνελέγοντο τῶν λίθων. Avib. v. 950. Κᾀς τὴν πόλιν γ' ἐλθὼν ποιήσω δὴ ταδί. *Ioseph.* autem *Scaliger* notis in *Eurip.* Cyclopa, v. 234. reposuit κᾀς τὸν ὀμφαλὸν μέσον. ad eamdem rationem contracta reperiuntur apud Comicum κᾆστι, κᾆτι, κᾄπειτα, κᾀν, κᾀξ, κᾀξὸν, κᾆθ', κᾀργάτης, κᾀμποροι, & ubique κᾆτα pro καὶ εἶτα. vid. *Henr. Steph.* de Orthogr. p. 6. *Mich. Maittairium* Dial. Att. p. 16. Sed si quis prioribus peritior *Euripidis* editor ea norma scribi voluerit in posterum ubique κᾀς, me quidem id non faciet nolente, qui nunc tamen prætuli Καὶ ἐς, quia nunquam aliter illud, frequenter recurrens in *Euripideis*, invenitur, velut in Hec. v. 50. Alc. 841. Heracl. 603. Hel. 409, 887, 1574. Ion 1199, 1572. Herc Fur. 1005, 1276. eodem modo ex καὶ εἰ contractum ubique scribitur κεἰ ex καὶ σύ, κἀν neque hæc aliter scribi potuerunt. —— Καὶ σκῦλα γράψεις converterant: *Et quomodo inscribes spolia?* —— si saltem dedissent *spoliis*: σκῦλα γράφειν significaret *spolia pingere*: sed σκύλοις ἐγγράφειν & εἰς σκῦλα γράφειν est *in spoliis* vel *clypeis scribere*, vel *inscriptionem inarandam curare*; nonnihil enim est inter istas duas locutiones differentiæ *Eurip.* Supplic. v. 1202. Ἔγγραψον ὅρκους τρίποδος ἐν κοίλῳ κύτει· in templo Delphico dedicandi *tripodis cavo incidendum inscribe.* *Varro* Eumenid. apud *Nonium* in v. *Praebitio* p. 153. *In ianuam, Cave canem, inscribi iubeo.* Quo vultu Polynices in clypeos inscribi iuberet, quæ sequuntur apud *Euripiden*: Θήβας πυρώσας, τάσδε Πολυνείκης θεοῖς Ἀσπίδας ἔθηκε· quæ *Virgilius* imitatus in Aen. III, 288. *Aeneas haec de Danais victoribus arma.* nempe *consecravit*, vel *posuit*, *Servius*; ἔθηκε· locum adnotarat R. P. *Brumoi* Theatri Græc. T. IV, p. 171. Scutorum in templis dedicatorum inscriptiones commemorat *Pausanias* I, p. 31. V, p. 425. X, p. 849. De spoliis Diis dedicatis egerunt accurate *Des. Heraldus* in *Tertull.* Ad leg. Digress. I, c. XIII. & *Thom. Stanlejus* in *Aesch.* Agam. v. 587.

Vs. 580. (μήποτε κλέος) Τοιόνδε σοὶ γένοιτ' ὑφ' Ἑλλήνων λαβεῖν.] *Kingium* sequor: antea legebatur γένοιτ' ἂν ὑφ' Ἑλλήνων λ. quam delendam iudicabat *Barnesius*, voculam ἂν eiecit *Kingius*, ad evitandum anapæstum: tenaciter eam tamen retinent codices Anglicani, Batavi, Florentinus. Fortasse quis legi potuisse suspicabitur: —— κλέος Τοιόνδε σοὶ γένοιτ' ἂν Ἕλληνας λαβεῖν· quibus olim quis adscripserit tanquam interpretamentum ὑφ' Ἑλλήνων· *Timocreontis Rhodii* canticum in Themistoclem memorat *Plutarch.* in Themist. p. 122. F. cuius hoc fuerit exordium: Μοῦσα τοῦδε μέλεος Κλέος ἀν' Ἕλλανας τίθει. in talibus sæpe legitur apud *Euripiden* ἀν' Ἑλλάδα· quia nuspiam, ἀν' Ἕλλανας, mihi quidem prius placet: voculam ἂν sæpius in talibus adiectam memini.

Vs. 581. Ἢν δ' αὖ κρατηθῇς, καὶ τὰ τοῦδ' ὑπερδράμῃ,] Quod *Canterus* coniecerat, *Grotius* recepit pro ὑπεκδράμῃ· *Barnesius*, integros versus a se tornatos interserens Euripideis, unicam hic literam transmutare formidabat. Ambo sunt *Euripidea*, tam ὑπεκ-

δραμεῖν, quam ὑπερδραμεῖν, sed diversissimæ significationis. Ὑπεκδραμεῖν usu notat *effugere*, nihilque distat ab ὑπεκφυγεῖν. *Eurip.* Phœn. v. 880. Med. v. 524. Androm. v. 338. 414, —— ἢν δ' ὑπεκδράμῃς μόρον, *si mortem evitaris.* ibi Flor. Cod. præbet ὑπερδράμῃς perperam: nam ὑπερδραμεῖν, idem ac ὑπερθεῖν, a cursu translatum, notat *superare*, *vincere.* *Eurip.* Helen. v. 1540. —— μίαν ὑπερδραμεῖν χέρα Τοσούσδε ναύτας· Troasin v. 930 —— εἰ θεὰς ὑπερδράμοι Κάλλει· *Barnesius* veram lectionem optime recepit, & Ionis versu 973 adfirmavit. *Sophoclea* nunc non lubet expendere: *Philetaerus* in Atalante, ap. *Athen.* x, p. 416. F. Κἂν δέῃ, τροχάζω στάδια πλείω Σατάδου, / Τὸν Ταυρέαν δὲ τοῖς πόνοις ὑπερβαλῶ, / Τὸν Κτησίαν τε τῷ φαγεῖν ὑπερδραμῶ. pro Ταυρίτην, in hunc locum Ταυρέαν reduxi, quem velut ὀψοφάγον notat *Antiphanes* ἐν Πλουσίοις, ibid. VIII, p. 342. F.

Vs. 583. —— ὦ κακὰ μνηστεύματα, Ἄδραστε, προσθεὶς,] Usitatissimo vitio legitur in Flor. Cod. Ἄνδραστε. mox A Leid. præfert: διὰ μιᾶς νύμφης γάμων Ἀπωλόμεσθα· sincerum est γάμον· *Eurip.* Troasin v. 498, διὰ γάμον μιᾶς ἕνα Γυναικὸς οἵων ἔτυχον. —— Prius illud, in Scholiis vexatum, κακὰ μνηστεύματα προσθεὶς, tantumdem valet ac κακὸν κῆδος συναψάμενος· supra v. 77, de Polynice, Ὁ δ' Ἄργος ἐλθὼν, κῆδος Ἀδράστου λαβὼν, *Pausan.* de eodem IX, p. 722. Ἀφικόμενος δὲ ἐς Ἄργος καὶ θυγατέρα Ἀδράστου λαβὼν κατῆλθεν ἐς Θήβας. *Soph.* Oed. in Col. v. 370. Nostro loco congruit in Med. v. 1356. Οὔθ' ἡ τύραννος, οὔθ' ὅ σοι προσθεὶς γάμους Κρέων· sic legitur in Flor. non προθεὶς γ.

Vs. 585. —— δύο κακὼ σπεύδεις, τέκνον,] Scribitur in Codd. Leidensibus δύω, sicut in Edd. *Euripidis*, quæ *Grotianam* præcessere: bis hæc nostra *Priscianus* excitat p. 542, & 572. priori loco δύω legitur; altero recte δύο· hæc enim fuit Atticis usitata scribendi ratio, quod monuit *Rich. Dawes* Miscell. Crit. p. 347. Tragicis sæpe restituenda: nobilis ex Erechtheo ῥῆσις exstat *Euripidae*, cuius partem tantilla res ignorata penitus obscuravit. —— In versu 586 Ms. Flor. præfert, τῶν δ' ἐπ' ἐμπέσω πεσεῖν· in quibus adparet vestigium veteris scriptionis, ἐμμέσῳ· forte quis legi malit, τῶνδέ τ' ἐν μέσῳ 'κπεσεῖν.

Vs. 587, 88. —— ἀμαθία δυοῖν, Εἰς ταὔθ' ὅταν μόλῃτον, ἔχθιστον κακόν.] Primus *Barnesius*, a prioribus Edd. secedens, edi curavit ἀμαθίαι, *potuit tamen*, inquit, & ἀμαθία *in singulari stare:* quinimo καὶ παιδὶ δῆλον, formam hic esse dualem ἀμαθία· quam, licet invitis Mss. etiam Leidanis, prætulerim plurativæ. Poterat ἔχθιστον κακὸν in αἴσχιστον videri mutandum: αἴσχιστον ἔργον frequentissime legitur: sed ἔχθιστον κακὸν etiam reperitur in *Euripidis* Archelai fragm. *Stob. Grot.* p. 385. & alibi. ἐχθρὸς & αἰσχρὸς, ἔχθιστος & αἴσχιστος sæpenumero male fuerunt a librariis permutata: pro ἐχθροῖς reponendum αἰσχροῖς ἀποπήμασιν Homil. *Clementin.* x, §. 16.

Vs. 591. Μῆτερ, οὐ λόγων ἀγὼν 'εστ',] Antea vulgarant: Μᾶτερ, οὐ λόγων ἔστ' ἀγὼν, atque in hac mendosa scriptione cum Edd. vett. conspirant Codices Mss. etiam Leid. Flor. Cantabrig. dedit illa *Barnesio* coniectandi materiem; quam hic primam memorat, correctio *Canteri*, οὐ λόγων ἔτ' ἀγὼν, vel ὦ 'γὼν, etiam *Battierio* venerat in mentem: quam vero postremam e libro memorat *Scaligeri*, dederat illam lectionem dudum *Grotius*; hanc, *Piersio*, *Kingio*, *Langio*, pro-

batam hic quoque repræſentavi velut genuinam: οὐ λόγων ἀγὼν ἔστ' expreſſeris e *Turpilii* Lindia apud *Non.* in v. *Velitatio*, *Comperce verbis velitari.* —— In hac formula loquendi perparum diſtant voces ἀγὼν, ἀκμὴ, καιρὸς, ἔργον. *Soph.* Phil. v. 12. —— ἀκμὴ γὰρ οὐ μακρῶν ἡμῖν λόγων. Aj. v. 822. οὐχ ἕδρας ἀκμή. *Eurip.* Or. v. 1294. οὐχ ἕδρας ἀγών. *Euſtathius* Eroticus VII, p. 242. οὐχ ἕδρας καιρός. *Bacchylides*, Οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, apud *Dionyſ. Halicarn.* π. Συνθ. Ὀνομάτ. p. 55, 14. & apud *Athen.* XIV, p. 631. c. His, iſtius ævi more, partim *Caſaubonus* fuit uſus ad *Sueton.* Neron. c. XLV. *Homerum* imitantur, cuius Οὐχ ἕδος ἐστὶν, & Οὐχ ἕδος, hoc ſenſu leguntur in Il. Λ, 647. Il. Ψ, 205. recte *Heſychius*: Οὐχ ἕδος, οὐ καιρὸς τοῦ καθέζεσθαι, οὐ καθέδρας φροντίς.

Vs. 591, 92. —— ἀλλ' ἀνάλωται χρόνος Οὐν μέσῳ μάτην,] Lectio Flor. Cod. σύμμέσαι μάτην antiqui moris ſcribendi præfert indicium, σύμμέσῳ· paulo ſuperius vidimus ἐμμέσῳ· hæc quoque ſcribendi ratio obtinet in Alex. Cod. monente *Io. Ern. Grabio* Prolegom in T. I. V. T. p. 9. vid. Prolegom. in T. II, p. 84. b. T. III, p. 12. eadem eſt in marmoribus antiquis; fluxit e pronunciandi conſuetudine, neque hac parte diſtat ab illa, quam attigit *D'Orvillius* in *Charit.* p. 733. & in Vanno Crit. p. 588. conf. Clariſſ. *Lennepius* in *Coluthi* v. 208. —— Præterea diſcant hinc iuvenes rem minutam quidem, quæ doctos tamen aliquoties fefellit: ἀνάλωται ſcribendum Attice, non ἀνήλωται· Fieri facile poteſt, ut quis hic maluerit ἀλλ' ἀναλοῦται χρόνος, *ſed abſumitur fruſtra tempus.* *Philemon* in Pyrrho, apud *Stobæum* p. 367, 45. Περὶ τοῦτό τ' αὐτοῖς πολὺς ἀναλοῦται χρόνος. Veteres Attici Grammaticis ignotum frequentarunt tempus præſens Ἀναλόω. *Eurip.* Med. v. 325. Λόγους ἀναλοῖς· οὐ γὰρ ἂν πείσαις ποτέ. participium ἀναλῶν legitur in *Ariſtoph.* Pluto v. 248. Equit. v. 911. *Aeſchylus* Theb. v. 819. Αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύσποτμον γένος· *perdit*, *abſumit:* aptiſſimum locum *Dukerus* admovit *Thucydidis* III, c. 81, p. 216, 8. ἀνηλοῦντο, *ſe ipſos abſumebant*; ad quam lectionem *Suidam* ſuſpicor reficiendum: alibi formam eamdem adhibuit *Thucydides*. Litera verbi, ſemper producta, non erat augmenti capax, propterea formas vulgares ἀνήλωκα, ἀνήλωσα, ἀνήλωμαι &c. repudiantes Attici ſcribere ſueverant ἀνάλωκα, ἀνάλωμαι &c. Quod ſi quis itaque retinere maluerit in hoc *Euripidae* loco præteritum, non aliter ſcribendum, quam vulgatur, ἀνάλωται· ut & in Androm. v. 1154, 455. in his idem ſervatur in *Euripideis* tenor: ἀνάλωσεν eſt in Hippol. v. 1336. Elec. v. 681. De hac re minuta notare non dedignati ſunt viri Præſtantiſſimi *Carol. Andr. Duker.* ad *Thucyd.* VI, c. 31, p. 397. & p. 477, 38. (ubi debuerat ἀναλωκέναι e MſS. recipi) Cel. *Petr. Weſſeling.* Obſerv. I, c. 30, p. 132. & ad *Diod. Sic.* T. II, p. 245, 59. ad *Thomae Mag.* quam parat Cl. *Bernard.* Edit. p. 55, 56, Clar. *Sallierius*, ceterique; a quibus, ſi fas eſt, hoc diſſentio, quod formam a *Thoma*, *Moeride*, velut Atticam deſignatam, Atticis certe veteribus ſolam & ſemper imputandam iudicem, non quia ſic Grammaticis videtur, ſed quia nititur eorum obſervatio ſyllabae natura, quam vere iudicabant veteres augmenti minus capacem: exempla requirenti plura poterunt adnumerari: communes, quæ proſtant hic illic apud Atticos antiquos formæ, debentur Editoribus primis, vel correctoribus ad minuta minus attentis: ne *Grotius* quidem abſtinuit in *Stobaeo*, alios etiam novi,

qui

qui nobis *ἀνήλωσεν* in alterius vicem ſubſtituerint homines Eximios. Mitto reliqua, poſtquam monuero, verſum penultimum argumenti veteris Oedipi Tyr. *Sophoclis*, quod *Ariſtophani* tribuitur Gramm. *Διssαῖσι χερσὶν ἐξετύφλωσεν κόρας*· binis in Codd. Leid. *Euripidae* Phœniſſis præfixi, tum in Cod. Reg. Pariſ. ſic ſcriptum legi:

Διssαῖσι χερσὶν ἐξανάλωσεν κόρας.

eamdem lectionem, ex alio Codice petitam, mecum ante hos aliquot annos communicavit Eruditiſſimus Medicus *Io. Steph. Bernard.* dignam quæ hic legeretur.

Vs. 594. *Ὥστε με, σκήπτρων κρατοῦντα, τῆσδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός.*] Codices Leidenſes, Cant. forſan & alii præferunt *σκῆπτρα κρατοῦντα.* Niſi nonnullorum ſubire noluiſſem reprehenſionem, recepiſſet *Euripides*: *Ὥστ' ἐμὲ, σκῆπτρα κρατοῦντα, τῆσδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός.* ſupra ſcriptum in B Leid. *τὴν βασιλείαν*· non aliter legit Græcus interpres vulgatus: *ὥστε με τὰ σκῆπτρα κατέχειν δηλονότι καὶ βασιλέα ὑπάρχειν τῆς χθονὸς τῆσδε.* Præterea multo rarius illud *σκῆπτρα κρατοῦντα*, *ſceptra retinentem*, altera ſtructura, quæ vulgatur, eo, ni fallor, evitata Tragico, ne *μέρος* lectori videretur ſubaudiendum, quod ab Eteoclis mente longisſime remotum. Denique nihil differunt *σκήπτρων κρατεῖν* & *ἄνακτ' εἶναι*· ſed *σκῆπτρα κρατεῖν* notat, quod iam tenebat, *mordicus retinere*, idem ac *τὸ κράτος κατέχειν.* Doctis hæc lectio facile poterit adprobari.

Vs. 596. *Καὶ σὺ τῶνδ' ἔξω κομίζου τειχέων, ἢ κατθανῇ.*] Infra v. 617, — *Ἔξιθι χθονός.* & 639. Hæc loca reſpexit *Accius*, ubi ſuis in Phœniſſis iſta fecit Eteoclem forte dicentem, quæ *Nonius* habet p. 292, 20. *Egredere, exi, effer te, urbe elimina.* hic forte ſcripſerat Tragicus, *urbe elimina gradum:* quæſitum, *an gradus eliminat apud Accium in Tragoedia dici oportuiſſet*, diſcimus e *Quinctil.* I. O. VIII, c. III, p. 689. *Accii* verba *Ioſ. Scaliger*, *Fulv. Urſin.* & *Ioſ. Mercerus* alio retulerunt. —— Quæ ſequuntur Vs. 597, 598, ad *Eurip.* Helenæ verſum 816 comparanda, *Virgilio* quoque videri queant obſervata Aen. XII, 50. *Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra Spargimus, & noſtro ſequitur de vulnere ſanguis:* ſed *Homerus* iam dixerat in eumdem ſenſum Il. Δ, 510. *οὔ σφι λίθος χρὼς οὐδὲ σίδηρος, Χαλκὸν ἀνασχέσθαι ταμεσίχροα βαλλομένοισιν.* ſimilia dedit *Fulv. Urſinus* in *Virg.* p. 526. Ceterum v. 597. *Τίς ὧδ' ἄτρωτος*, ut *Kingius* vulgavit, legitur in Codd. Leid. olim *δ'* interſertum legebatur.

Vs. 599. *Ἐγγύς· οὐ πρόσω βέβηκας· εἰς χέρας λεύσσεις ἐμάς;*] Diverſam a vulgata (*Ἐγγὺς, οὐ π. β.*) lectionem recepit *Euripides*, quam præter duo Leidd. Codex præbet Cantabr. *Ἐγγύς· οὐ πρόσω βέβηκας;* *Prope adeſt: nonne procul abis quam longiſſime?* Sic legit Grammaticus, cuius hoc erat Scholion in Aug. Cod. *Τὸ δὲ, οὐ πρόσω βέβηκας; ἀντὶ τοῦ πέφευγάς με;* ſcripſerat is, *ἀντὶ τοῦ, οὐ πέφευγάς με;* ſed hanc lectionem ſatis adfirmat uſus *Euripidis*, apud quem *πρόσω* ſignificat *procul*: Iphig. Taur. v. 1330, 1378. Herc. Fur. v. 557. Elec. v. 298. *οὐ πρόσω*, *non procul*, legitur in eius Bacch. v. 847. Herc. Fur. v. 752. Elec. v. 77. Ut noſtro verſu, ſic *ἐγγὺς* & *πρόσω* opponuntur in Herc. Fur. v. 1106. —— *Εἰς χέρας*, quod habet Leidenſium alter A, recte repoſitum a *Kingio*, pro *εἰς χεῖρας*· mox *λεύσσαις* erat in Cod. Flor. *λεύσεις* dederat, ut alibi plerumque ſemper, *Aldus.* Locum noſtrum expreſſit forte *Theocritus* hymno in Caſtores (XXII) v. 69. Polluci dicenti, *Τίς γὰρ ὅτῳ χεῖ-*

χεῖρας καὶ ἐμοὺς συνερείσω ἱμάντας; reſpondet Amycus: *Ἐγγύς· ὁρᾷς; σὺ γύννις ὢν κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.*

Vs. 600. *Δειλὸν δ' ὁ Πλοῦτος, καὶ φιλόψυχον κακόν.*] Hæc eſt ſine dubio ſincera lectio; perverſas exhibent Cod. Flor. *Δεινὸν*, & margo *Stobaei* p. 507, 49. *Τυφλόνθ'*, hanc memorat etiam *Ti. Hemſterhuſ.* ad Schol. in *Ariſtoph.* Plut. v. 203. ad Ariſtophanea, *λέγουσι πάντες, ὡς Δειλότατόν ἐσθ' ὁ Πλοῦτος·* commodum adfert *Scholiaſtes Euripidea* noſtra; locum e Phœniſſis petitum ubi monuit Anglus in Miſcell. Obſ. III, p. 104. neſcio cur ſibi quosdam fingat, qui legerint *Δειλὸς δ' ὁ Πλοῦτος·* niſi ut nos doceret, vulgatam eſſe loquendi rationem uſitatiſſimam: inſpexerat, opinor, oculo fugiente, *Caroli Girardi* notam; *Kuſterum* rectius conſuluiſſet, ſuamque omiſiſſet. Præter *Schol. Ariſt.* & *Stob.* *Euripidae* dictum *Euſtathius* adhibuit ad *Hom.* Il. E, p. 390, 8. ut hic Flor. ſic in Oreſtis v. 778, Mſ. Leid. A exhibet *Δεινὸν τόδε.*

Vs. 601. *Κᾆτα σὺν πολλοῖσιν ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν ἐς μάχην;*] *εἰς μάχην* legitur in Leidenſibus Mſſ. *Barneſ.* pro *οὐδὲν* notat alios *οὐδέν'* legere, ſed utramque lectionem idem valere, notas citans in Ion. v. 594, ubi rem gerit infeliciſſime. Græce dicitur *ὁ οὐδὲν ὢν εἰς μάχην·* non item, *ὁ οὐδεὶς εἰς μάχην·* ſed, ſicuti ſcripſiſſe videtur *Euripides πρὸς τὸ οὐδὲν ἐς μάχην·* ſcribere quoque potuerat, *πρὸς τὸν μηδὲν εἰς μάχην.* —— Quid vero *Barneſius*? hunc nobis dedit in Ione verſum 594, *Μηδὲν καὶ οὐδὲν ὢν κεκλήσομαι· καὶ* ſcilicet, ut ab aliis Poëtis ante vocalem, ab Attico quoque Tragico corripi poterat! mihi quidem *Scaligeri* placet emendatio, ſi ſic iſta ſcribantur, *ἀσθενὴς μὲν ὢν / Ὁ μηδὲν ὤν, κἀξ οὐδένων κεκλήσομαι.* *homo nullius pretii Sophocli* dicitur *ὁ μηδὲν ὤν*, Aj. v. 778. *μηδὲν ὢν γοναῖσι*, v. 1113. opponitur *εὐγενεῖ·* & v. 1248. *Ὅτ', οὐδὲν ὤν, τοῦ μηδὲν ἀντέστης ὕπερ.* ſunt apud *Sophoclem*, *Euripiden*, & alios, huius generis plura; quantum ſatis eſt eam in rem locorum protulit Celeberr. *Alb. Schultenſius* ad *Iobum* p. 755, & p. 124. ubi proſtat inter *Euripidea* hic quoque verſus e Phœn.

Vs. 602. *Ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης.*] In *Stobaei* Florileg. Tit. LII, p. 360, v. 31. legitur hic trochaicus, tum apud *Sueton.* in Aug. c. XXV, tanquam Auguſto ſæpius uſurpatus: *Euripidis* eſſe verſum e Phœniſſis non meminerat *Fabricius* Bibl. Gr. L. III, c. XXIV, p. 597. Sequenti verſu ſcribi poterit *Κόμπος εἶ.* ex Aug. Cod. & Etymolog. M. p. 527, 47. *inanis tantum es crepitus.*

Vs 606. *Τοῦ μέρους ἔχων τὸ πλεῖον*] Sic Mſſ. Leid. & Flor. pro *πλεῖστον· πλεῖον* jam dederat *Grotius*; quem ſequuntur *Pierſ.* & *King.* —— Hic in Vs. 608. *Τίς ἂν* edidit, pro *Τίς δ' ἂν κ.* quod Leidenſes tamen Codd. exhibent.

Vs. 609. *Καὶ θεῶν τῶν λευκοπώλων δώμαθ'.*] Hunc locum non attigerunt, qui de *Caſtoribus* egere, vel etiam *λευκοπώλων* adpellationem Zetho atque Amphioni adfirmarunt. Utri hic *θεοὶ* dicantur *λευκόπωλοι*, Grammatici quoque Græci dubitant: Caſtor & Pollux albis equis utebantur dum eſſent inter homines; &, quia, poſtquam hinc ſeceſſerant, candidis in equis ſæpius adparuiſſe credebantur, *λεύκιπποι* dici ſolebant, vel *λευκόπωλοι·* docte notat ea de re *Io. Daviſius* in *Ciceron.* de Nat. Deor. II, c 2. p. 114. ſed *λευκόπωλοι* quandoquidem Zethus & Amphion quoque fuerunt dicti, dubium nul-

nullum est, quin arcis Thebanæ conditores Thebanus Polynices designarit adpellatione θεῶν τῶν λευκοπώλων. hoc prorsus confirmat *Euripidis* ex Herc. Fur. v. 29 & 30. Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονὸς, Ἀμφίον', ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός. ad quem locum quæ scribit *Hadr. Iunius* Animad. I, c. XII. rectius omisisset; si fuissent omissa, *Barnesianae* quoque adnotationis parte careremus. *Euripidis* ex Herc. Fur. locum commodum admovit *Hesychio* Cl. *L. Bos*, in Διόσκουροι· scripserit is forsitan: Διόσκουροι, οἱ Ἑλένης ἀδελφοὶ, ὡς Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, Λευκόπωλοι καλούμενοι. Præter ea, quæ notantur ad *Hesychium*, consulendus *Io. Davisius* ad *Ciceron.* de N. D. L. III, C. XXI, p. 342.

Vs. 610. Ἐξελαυνόμεσθα πατρίδος.] Olim hic legebatur Ἐξελαυνόμεθα ἀπὸ πατρίδος, dum variis illa modis tentabat *Battierius*, tamen viderat vir Egregius, abiiciendum ἀπό. Quod a me quoque repræsentatum, scriptis Codicibus obsequuti dederunt *Grotius*, & *Kingius*; reperitur illud in Leid. Flor. Si Codicis auctoritate nititur *Barnesii* lectio Ἐξελαυνόμεσθα πάτρης, crederem *Euripiden* πάτρας posuisse; hæc enim est Attica, πάτρης Ionica forma. Legitur apud *Plutarch.* Consolat. ad Apollon. p. 112. D. Φυγὰς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμᾶς, in *Euripidei* Thesei fragmento, ubi Doricum illud ἐμᾶς recte quidem in ἐμῆς, sed πάτρας insuper in Ionicum πάτρης convertit *Grotius* in Excerpt. p. 389.

Vs. 611. Ἀδικία γ', ὦ θεοί. E. Μυκήναις, μὴ 'νθάδ' ἀνακάλει θεούς.] *Kingium* sequor, sic omnes Codices legere monentem; cum Britannicis conspirant Leidenses. Enormis erat olim in Edd. trochaicus: Ἀδικία γε σῇ, ὦ θεοί. E. Μυκήναις, μὴ 'νθάδ' ἀνακάλει θεούς. Absque Codicibus esset, placere cui poterat *Grotii* lectio: Ἀδικίᾳ γε σῇ. E. Μυκήναις —— certe placuit *Sam. Battierio*, qui *Grotianam* non viderat Phœnissarum Editionem: me, præter Codices, sequentia potissimum movebant, ut alteram lectionem, Ἀδικίᾳ γ', ὦ θεοί. reciperem: huc enim referendum Eteoclis illud, Μυκήναις, μὴ 'νθάδ' ἀνακάλει θεούς. vidit hoc etiam *Langius*. ut omnibus constet, hanc esse genuinam lectionem, duo tantum loca subiiciam. *Eurip.* Iphig. in Taur. v. 780. Π. Ὦ θεοὶ I. τί τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖς ἐν τοῖς ἐμοῖς; Philoctetae, ἰὼ θεοὶ, ingemiscenti, Neoptolemus in *Soph.* Phil. v. 735, Τί τοὺς οὕτως ἀναστένων καλεῖς; hoc in loco cum ἰὼ θεοὶ extra versum ponatur, sic inter trochaicos quoque fortasse quis collocandum hariolетur ὦ θεοί, tumque adoptandum præterea quod *Grotius* dederat: ego vero Codicum hic malim auctoritate niti. Utrum autem dicatur Μυκήναις, an Ἀδικίᾳ γ', ὦ θεοί. 'ν Μυκήναις, nihil interest; ut apud alios frequenter, apud *Euripiden* in talibus omittitur interdum præpositio.

Vs. 615. —— Σὺ θεμιτόν σοι μητρὸς ὀνομάζειν κάρα.] *Grotii* lectio, σὺ θέμις σοι, si Codicibus plerisque niteretur, causæ nihil esset cur alteri postponeretur; sed hanc, *Kingio* quoque probatam, Codices agnoscunt Leidenses, Cantabrig. Flor. In altero Leidensium legitur, σὺ θεμιτὸν ὀνομάζειν μρὸς κάρα· perperam; e compendio scribendi patet, qua fide dederint Doricum ματρός. —— Vs. 616. Ὦ πόλις. μολὼν ἐς Ἄργος —— obversabatur Grammatico, qui ad *Aristoph.* Plut. v. 601. Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει· μετείληπται, inquit, ὁ στίχος ἐκ Φοινισσῶν Εὐριπίδου. errorem *Thomas Mag.* errat in v. Πόλις, dum ducem suum deserit, non dissimilem;

 quæ

quæ legerat apud *Aristophanem*, velut ex *Euripidis* excitans Oreste, verbo *πάσχω* pro *λέγει* posito. Videri poterat Comicus *Euripidis* respexisse versum e Supplic. 807, Ὦ *πόλις* Ἀ*ργεία*, *τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐσορᾶτε*: sed vir Summus monuit partem versus secundam in Medea legi; Medeæ autem *Euripideae* alia nonnulla præterea Comicus in Plutum, risus captandi gratia, recepit: exemplo sit Pluti v. 114.

Οἶ*μαι γὰρ οἶμαι, ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται,*
Τ*αύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας.*

Atticam vetulam potius decebat, quam ferocissimam Medeam, quod hanc dicentem facit *Eurip.* Med. v. 625. *σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται.* indidem alterum etiam hemistichium *Aristophanis* suspicor derivatum: versu Medeæ 916 vulgatur, Οἶ*μαι γαρ ὑμᾶς*· sed non absurde credi poterit, olim lectum: Οἶ*μαι γὰρ οἶμαι, τῆσδε γῆς* Κ*ορινθίας* Τ*ὰ πρῶτ' ἔσεσθαι.* ubi proxime *σὺν θεοῖς* præcesserat; quod, in sermone quotidiano contritum, in ambiguo sensu venuste jocantibus commode nonnunquam inserviit: Doctis nota sunt urbana *Diogenis* & *Stratonici* dicta, quibus etiam usi sunt *Dan. Heins.* Lect. *Theocr.* c. XXI, p. 366. b. *Aeg. Menag.* in *Diog. Laërt.* VI, §. 69.

Vs. 618. Εἶ*μι*· *τὸν δὲ πατέρα μοι δὸς εἰσιδεῖν.*] *Grotium* sequor, &, quos ille, forte Codd. Parisinos. Per Edd. hæc erat vulgata lectio: Ἔ*ξειμι. πατέρα δὲ* (Ms. Leid. B *δέ γέ*) *μοι δὸς ἰδεῖν.* E. *οὐκ ἂν τύχοις.* Leid. A, B, & Flor. præbebant *εἰσιδεῖν*· hoc, cum invenisset in Cod. Cant. recepit *Barnes.* in notis absurdæ, quam posuerat, conjecturæ locum esse negans, *ubi Autoritas adest tam sancta*: Docti rident istiusmodi verborum inanias. *Kingius*, Codices mendosos esse fassus, *Grotii* lectiones tandem adprobat. Mitto *Langium*, quodque imputat *Salmasio*, Ἔ*ξειμι.* Nostrum versum Εἶ*μι* sicut optime orditur, displicet idem illud Εἶ*μι* versus præcedentis initio, quo scriptum fuisse hariolabar: Εἶ*α*, *μὴ πόνει*, —— hoc, si Lectori perito non displicet, facile poterit adfirmari.

Vs. 619. Ἀ*λλὰ παρθένους ἀδελφάς.*] Si Codices interfertum *γε* præbuissent, non spernerem Ἀ*λλὰ παρθένους γ' ἀδελφάς*· *sed sorores saltem virgines.* Infra v. 1665, Ὦ *φίλτατ', ἀλλὰ στόμα γε σὸν προσπτύξομαι. Soph.* Oed. in Col. v. 1272, Π*ειράσατ' ἀλλ' ὑμεῖς γε κινῆσαι.* verum *ἀλλὰ* sæpenumero vel solum *saltem* denotat. *Soph.* El. v. 417. Λ*έγ' ἀλλὰ τοῦτο.* Schol. *κἂν τοῦτο. Eurip.* Iphig. in Aul. v. 1239 Ἵ*ν' ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ' ἔχω σέθεν* Μ*νημεῖον*· —— In versu sequenti, quod præferebant Editiones, *γ'* obliteravit *Barnesius*; hunc *Piers.* & *King.* sequuntur; eo reducendum quoque censui, quia legebatur in Mss. Leidanis.

Vs. 621. —— *χαῖρε.* I. *χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον.*] Respicit hunc locum *Eustathius* de Ismeniæ & Ismenes Amor. VII, p. 270. Ὑ*σμινία, χαίροις*· *ἐγὼ δὲ, ἀλλ' οὐ χαρτὰ πάσχω.* In *Eurip.* Hec. v. 427, Polyxenæ *χαῖρε* dicenti respondet Hecuba, Χ*αίρωσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν τόδε.* quod postremæ voci fuerat adscriptum interpretamenti loco, *χαρτὰ*, tanquam *Euripideum* per Editiones non tantum sed & Codices scriptos fuit propagatum; genuinum *τόδε* servavit de tribus Leidanis unus, recens ille quidem, sed ex optimo descriptus. *Eurip.* Alc. v. 510. Ἄ*δμητε καὶ σὺ χαῖρε.* A. Θ*έλοιμ' ἄν*· *εὔνουν δ' ὄντα σ' ἐξεπίσταμαι.* *δ'* e Codice est Flor. contra vero Gadatæ, *χαῖρε* dicenti, Cyrus ore *Xenophontis* K. Π. V, p. 128. B. *ἀλλὰ ποιῶ ταῦτ' ἔφη*· *σὺ γὰρ με σὺν τοῖς θεοῖς*

οὐ

σὺ κελεύεις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀναγκάζεις χαίρειν. *Sophocles* Elec. v. 1484. Χαίροις ἄν, εἴ σοι χαρτὰ τυγχάνει τάδε· *Aristaenet.* I Epist. XXII, p. 54. *Charisius*, χαίροις, εἶπε, φιλτάτη. ἡ δὲ, καὶ πόθεν ἂν ἐμοὶ γένοιτο χαίρειν; ubi mox legi malim: τί δαὶ, μή τι πρὸς θεῶν νεώτερον συμβέβηκεν; *Plato* Protag. p. 310. B. μή τι νεώτερον ἀγγέλλεις; *Basilius* epistolam sic orditur XLIV, Χαίρειν σὺ λέγομεν, ὅτι οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν.

Vs. 622. —— Εἰς πόλλ' ἄθλια πέφυκ' ἐγώ.] Olim hæc erat lectio vulgata: Εἰς πολλά γ' ἄθλια π. ε. *Grotius* dedit: Εἰς πόλλ' ἄθλια γε π. ε. *Barnes.* e Cod. Cant. Εἰς πόλλ' ἄθλια πέφυκ' ἐγώ· hoc coniectura *Battierius* etiam adsequutus est, &, suavius aures accidens, atque in Leidensibus Codd. inventum, prioribus antetuli. Neminem, hæc sola legentem, offendere poterit illud, Εἰς πόλλ' ἄθλια· Phœn. v. 1636, Ἀλλ' εἰς ἅπαντα δυστυχὴς ἔφυς, πάτερ. erat Oedipus πανάθλιος· *Nam is demum miser est, cuius nobilitas miserias Nobilitat.* ex *Euripidis* Alexandro legitur in *Stobaeo Grot.* p. 439. Ὥστ' οὔτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ. sed sequentia spectanti verisimile saltem videbitur, hic legendum: Ὡς πόλλ' ἄθλια πέφυκ' ἐγώ.

Vs. 624. —— ὡς τί μ' ἱστορεῖς τόδε;] Ista sic scripta vulgavit in *Epicteteis Arriani* Clar. *Io. Uptonus* L. II, c. XXII, p. 313. ubi ante legebatur interpretamentum verbi ἱστορεῖς, ἐρωτᾷς nimirum. —— Vocibus ὡς τί supra scriptum in Codice Leid. B εἰς τί, utrum veluti diversa lectio, an vice supplementi latet. Non equidem arbitror, quamobrem (πρὸς τί; vel εἰς τί; vel τί;) vocibus ὡς τί, simpliciter positis, designari: loca nemo mihi sobrius obiiciet, in quibus ὡς, quarto casui iunctum, tantumdem valeat ac εἰς vel πρός. In *Euripideis* etiam aliquoties legitur ipsum illud ὡς τί, sed, ut arbitror, semper in alium sensum adhibetur: Iphig. Taur. v. 557, ὡς τί δὴ θέλων; Rheso v. 99, Σὺ δ' ὡς τί δράσων πρὸς τάδ' ἐπλίζῃ χέρα; *tanquam quid facturus?* in ὡς τί δὴ alibi participium illud, vel δράσας, vel δράσασα, relinquitur subaudiendum, Orestis v. 797. Iphig. Aul. v. 1342. Ion. v. 525. Ὡς δή τι φίλτρον τοῦτ' ἔχων ῥάων ἔσῃ; legitur in Herc. Furente v. 1407. Non tamen vulgatum ὡς sollicitarem, ubi suppressa forte censeri posset præpositio, nisi paulo legeretur ante εἰς in versu, qui nostrum illud ὡς haud sane respuit. Suspicor in vicinis versibus voces ὡς & εἰς iam olim sedes commutasse, scriptum autem a Poëta v. 622, —— ὡς πόλλ' ἄθλια πέφυκ' ἐγώ. nostro versu 624, —— εἰς τί μ' ἱστορεῖς τόδε; *quamobrem hoc ex me sciscitaris? Sophocles* Trachin. v. 407, Σὺ δ' εἰς τί δή με τοῦτ' ἐρωτήσασ' ἔχεις. idem illud *Piersonus* Verisim. p. 20, sagaciter detexit in *Euripidis* Iphig. Taur. v. 494, —— ἐς τί δ' ἐστὶ τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν; concinit in eumdem sensum v. 496, Τί δ' ἄν; μάθοῦσα τόδε, πλέον λάβοις, γύναι; Antholog. III, c. VI, ep. 5. —— ἐς τί δὲ τοῦτο; IV, c. XII. ep. 25. *Philippus*: Ἐς τί δὲ ταῦτ' ἔνδυς ἀνδροκτόνα; epigr. 50, v. 3. —— ἐς τί δὲ τρισσὰ Στέμματα χερσὶν ἔχεις; —— Prius illud Vs. 622, Ὡς πόλλ' ἄθλια πέφυκ' ἐγώ. eo prætulerim, quia præpositio plerumque semper omitti solet in talibus. *Aeschyl.* Agam. v. 1304, Ὦ πολλὰ μὲν τάλαινα, πολλὰ δ' αὖ σοφὴ Γύναι· *Sophocles* Phil. v. 254, Ὦ πόλλ' ἐγὼ μοχθηρὸς, ὦ πικρὸς θεοῖς. *Euripides* Hec. v. 427, —— ὧδε πάντα δυστυχῶ. *Sosiphanes Stobaei* Tit. XXII, p. 187, sic. Ὦ δυστυχεῖς μὲν πολλὰ, παῦρα δ' ὄλβιοι Βροτοί· invenerat illud παῦρα *Sosiphanes* in loco *Soph.* Aj. v. 1041. Πολλὰ

λοὶ μὲν ἐχθροὶ, παῦρα δ' ὠφελήσιμοι· — Tandem ὡς vocibus πόλλ' ἀθλία præfigitur aptiſſime, ſignificans, *ut*, vel *quam: quam ego ſum in multis calamitoſa!* Exempla requirenti dabit *Sophocles* El. v. 508, 926, 1169, 1302. Trach. v. 398, 637, 676, 747, 1097. &c. Hoc non cadet in dubitationem, utrum iſta duo his ſedibus conveniant, ſed an non vulgata quoque ſtare poſſint, quod, ſi quis pertendere velit, non valide negaverim.

Vs. 625. Ἀντιτάξομαι κτενῶν σε.] Cum præcedenti hic quoque proſtat in Epicteteis *Arriani* II, c. XXII, *Euripidis* non nominati trochaicus: integrum *Arriani* locum, ſic ibi disputantis, ut τὸ φιλεῖν ſolius eſſe ſapientis evincat, adponam e p. 312, 313. ὁ Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης οὐκ ἦσαν ἐκ τῆς αὐτῆς μητρὸς, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρός; οὐκ ἦσαν συντεθραμμένοι, συμβεβιωκότες, συμπεπωκότες, (ſic recte corrigit *Io. Uptonus*, p. 161.) συγκεκοιμημένοι, πολλάκις ἀλλήλους καταπεφιληκότες; —— ἀλλ' ἐμπεσούσης εἰς τὸ μέσον, ὥσπερ κρέως, (*velut carnis fruſto canibus adulantibus obiecto*) τῆς τυραννίδος, ὅρα, οἷα λέγουσι, Π. Ποῦ ποτε στήσῃ πρὸ πύργων; Ε. ὡς τί μ' ἱστορεῖς τόδε; / Π. Ἀντιτάξομαι κτενῶν σε. Ε. κἀμὲ τοῦδ' ἔρως ἔχει. / καὶ εὔχονται εὐχὰς τοιάσδε. Iſthic loci deeſſe ſuſpicor, quas olim poſuerat *Arrianus*, utriusque fratris malas preces, e Phœn. v. 1376, 1377. & 1383, 1384. ubi quia genuinis ſpuria ſunt interiecta, iſtam quoque vellem in *Arriano* redimi poſſe iacturam, quam non magni fecerit Philoſophus.

Vs. 626. —— Ε. αὐτὸ σημανεῖ.] Eteoclis fuerit ex *Euripidis* mente, an Polynicis, dubitari poteſt: Eteocli facile potuerunt a librario tribui, qui hemiſtichia, quæ præcedunt, huius eſſe meminerat. In Leidenſi Cod. B perſona præfigitur Polynicis, forſan & in aliis: talia fere negligimus in Codicibus conferendis: mihi videntur tamen Eteoclis, animo iam tum agitantis, quod effecit poſtmodum: Αὐτὸ σημανεῖ, vel, αὐτὸ δείξει ſolemnis erat formula ſciſcitantibus eventum exſpectandum deſignantis; vel ſimpliciter ſignificans, *res ipſa indicabit*, aut *indicat*. *Euripides* in Bacch. v. 974, —— τἄλλα δ' αὐτὸ σημανεῖ. quod omittebatur vulgo, Tragicus etiam addidit in Androm. v. 264. —— τὸ δ' ἔργον αὐτὸ σημανεῖ τάχα. Or. v. 1131. Εἶτ' αὐτὸ δηλοῖ τοὔργον, ἢ τείνειν χρεών. parum diſtat in Helena v. 150. Πλοῦς, ὦ ξέν', αὐτὸς σημανεῖ. Recte *Suidas*: Αὐτὸ δείξει. παροιμία· ἐλλείπει τὸ ἔργον. ubi notat *Kuſter*. cum *Gatakero* ad *M. Anton.* XI, §. 15. conferri poterit *A. Schottus* ad *Suidae* Prov. p. 376. ſed hæc dudum dederat *Erasmus* in Prov. *Res indicabit.*

Vs. 630. Ὡς ἄτιμος, οἰκτρὰ πάσχων, ἐξελαύνομαι χθονός.] *Indigne exigor patria innocens*, e *Naevii* Danaë legitur apud *Non. Marc.* p. 291, 5. Quod olim hic legebatur Ὡς ἄτιμα οἰκτρά π. tentabat *Battierius* Ὡς ἄτιμα, κ' οἰκτρὰ π. ſed Codices ſcripti, quibus caruit, dederunt aptiſſimum ἄτιμος· quod expreſſere *Grotius*, *Barneſ. Pierſ. King.* hoc etiam in Leidenſibus & Flor: vid. verſ. 1749.

Vs. 631. Δοῦλος ὥς, ἀλλ' οὐχὶ ταὐτοῦ πατρὸς Οἰδίπου γεγώς.] Scribendi compendium pepererat πρὸς Οἰδίπου. *Gul. Canterum*, recte πατρὸς corrigentem, deinceps ſunt Editores ſequuti. *Sam. Battierius* in ſchedis „ *Prius*, inquit, *quam illud Canteri* „ *vidiſſem, putavi ſic ſcribendum eſſe* „ *verſum, quod non omnino eſt reiiciendum:* —— οὐχὶ ταὐτοῦ οἱ πρὸς Οἰδίπου γεγώς." hoc vereor ut Græcum ſit:

fit: *οἱ πρὸς αἵματος* nihil huc facerent. Genuinum utique *πατρὸς*, quod sæpius eamdem subiit corruptelam. Ex Codice Flor. hanc *If. Vossius* excerpserat lectionem, —— *οὐχὶ τ' αὐτοῦ πατρὸς Οἰδίπου μολών*. si postremum illud plures libri scripti præferrent, dignum esset, quod expenderetur.

Vs. 632. *Κἄν τι σοι πόλις γένηται, μή με, τόνδε δ' αἰτιῶ*] *Kingii* lectionem repræsentavi, non ut genuinam, sed ut e Mſ. petitam, *Scholiastis* au[illegible] atque illis, quæ prostant, præponendam: eadem in mentem venerat *Sam. Buttierio*, nec non *Ioanni Piersono*: olim fuerat vulgatum: —— *μή με τόνδ' αἰτιῶ* sex septemve diversas lectiones *Kingius* in notis commemorat, [illegible] repetitas, in [illegible]: [illegible] cramben hic reponi necesse non est; [illegible] lectiones [illegible]: in [illegible] eorum altero *μή με τᾶνδ' αἰτιῶ* legebatur; in altero *μ. μ. τᾶνδ' δ' αἰτιῶ*. Proxime veterem, ut puto, lectionem duo Leidenses accedunt; alter A præfert: —— *μή με τᾶνδε δ' αἰτιῶ*· Mſ. B —— *μή με τᾶνδέ γ' αἰτιῶ*· unam si literam Γ mutaverimus in Π, veram, nisi fallor, & antiquam reprehendemus scripturam:

Κ[illegible] *τι σοι πόλις γένηται, μή με τᾶνδ' [illegible]*

Et, si quid tibi civitas malorum evenerit, horum ne me incuses, vel, *ne mihi culpam [illegible]*. Habet, fateor, illud a me quoque vulgatum in contextu, quo se docto possit Lectori commendare, tanquam altero vehementius, *μή με, τόνδε δ' αἰτιῶ. si quid tibi contigerit mali, non me, sed hunc-ce, incuses.* Scholiasta recentior: *μὴ ἐμὲ αἰτιῶ, τόνδε δὲ, ἤγουν Ἐτεοκλέα*, addens *οὕτω χρὴ γράφειν τὸν στίχον*. his [illegible] Grammaticum tamen veterem invenisse lectionem *τᾶνδ'* in suo Codice; neque aliam alter repererat, explicans *Euripidea* hunc in modum: *ἐάν τι δέ σοι συμβῇ κακὸν ὑπ' ἐμοῦ, ὦ πόλις, μή με τούτων αἰτιῶ.* —— Præterea simplex *αἰτιῶ*, *incusa*, frequentatur eadem structura. *Eurip.* Med. v. 605. *Αὐτὴ τάδ' εἵλου· μηδέν' ἄλλον αἰτιῶ*. *Soph.* Oed. Tyr. v. 616. *Γνώμῃ δ' ἀδήλῳ μή με χωρὶς αἰτιῶ.* *Aristoph.* Ran. v. 643. *Αὐτὸς σὺ σαυτὸν αἰτιῶ.* deterius est quod ibi e Mſ. notatur. —— Me tamen hæc non [illegible], ut scriptorum Codicum lectionem *τᾶνδε*, verbo congruam, librariis aut sciolis tribuerem: ubi *τὶ* præcesserat, illis certe pluralis *τᾶνδε* displicere poterat, qui hunc transitum a singulari ad pluralivum non meminerant Tragicis inprimis in talibus adamatum: *Μή με, τόνδε δ' αἰτιῶ* in Sopa[illegible] recentiori potius probem, quam in *Euripide.* Tandem simplici non minus frequens, ista quoque structura, compositum *ἐπαιτιᾶσθαι* etiam apud Atticos Poëtas. *Sophocles* Oed. Tyr. v. 653. — *ἀρχαῖος, εἴ σέ τι Δέδρακ', ὀλοίμην, ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν.* Addatur Antig. v. 495. El. v. 606, 634. *μηδ' ἐπαιτιῶ τοὐμὸν στόμ'*· *Aeschylus* Prom. v. 973. *Ἢ κἀμὲ γάρ τι συμφορᾶς ἐπαι[illegible]* [illegible] *Abreschii* monitum p. 64. non impedit, [illegible] alterum [illegible]: [illegible] structuram mutandi nihil causæ Tragicus habebat. *Euripides* Heraclid. v. 462. *Ὦ πρέσβυ, μὴ νῦν τήνδ' ἐπαιτιῶ πόλιν.* ubi, si Codices præberent, *τᾶνδ' ἐπαιτιῶ πόλιν* [illegible] *Aristoph.* Vesp. v. 1438. *Thucydid.* VI, c. 28. *ὧν καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην ἐπῃτιῶντο.* Simplex eadem, ut notum, adhibetur structura: *Isocrates* p. 348. E. *πάντων αὐτὸν τῶν γενομένων αἰτιῶνται.* &c. utrumque etiam diversa: *Antiphon* p. 112, 29. *ἃ ἐπαιτιῶμαι τὴν γυναῖκα ταύτην.* *Xenophon* K. Π. VII, p. 183. A. *οὐκ αἰτιῶμαι οὐδὲ τόδε τὸν θεόν.* Est, ubi

ubi ſimplex locum non reperiat: *Euſebius* Præp. Evang. I, p. 31. c. ſcripſerat: *πλάνην* Ἕλλησιν *ἐπαιτιᾶται*, non *αἰτιᾶται*, prouti vulgatur. Activa legitur hic illic utriusque verbi forma, ſed perperam.

Vs. 633. [Οὐχ *ἑκὼν γὰρ ἦλθον, ἄκων δ' ἐξελαύνομαι χθονός.*] Vera quidem hæc, ſed odioſe repetita: dixerat abhinc tertio verſu Polynices: Ὡς *ἄτιμος, οἰκτρὰ πάσχων, ἐξελαύνομαι χθονός*· quid obſecro diſtat —— *ἄκων δ' ἐξελαύνομαι χθονός*; *invitum arma moviſſe ſe* dudum iam fuerat obteſtatus v. 437, —— *ἀκουσίως* Τοῖς *φιλτάτοις γ' ἑκοῦσιν ἠράμην δόρυ.* Eruditi Lectoris optio ſit, *Euripidine* verſus inutilis ſit attribuendus, an interpolatori; ſi mihi datur libera, poſterius elegerim.

Vs. 634. Καὶ *σὺ* Φοῖβ' *ἄναξ* Ἀγυιεῦ,] *Ratallerus: O compitorum Phoebe cuſtos.* Non video, quid impulerit *Ioſephum Waſſium* ad *Thucyd.* VI, c. 28. ut diſtingui maluerit: Καὶ *σὺ* Φοῖβ' *ἄναξ*, Ἀγυιεῦ, *καὶ μέλαθρα, χαίρετε*· nam, quem ſic dici noluit, Apollinis *Aguieus* cognomen fuiſſe, vel ex *Horatio* notum IV Carm. VI, 28. ubi memorantur Ἀ*γυιάτιδες θεραπεῖαι Eurip.* Ione v. 186, præter alia non adſpernanda noſtrum locum attulit *Barneſius.* vid. *Flor. Chriſtian.* in *Ariſtoph.* Vesp. v. 870. (ubi Scholia diligentius debuerant cum *Harpocratione in* Ἀγυιᾶς comparari) *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* h. in Dian. v. 144. in Del. v. 293. & ad *Heſych.* in Ἀγυιεὺς citatos.

Vs. 635. Ἥλικες *θ' οἱ 'μοὶ, θεῶν τε δεξίμηλ' ἀγάλματα.*] *Grotius* recte vulgavit *οἱ 'μοὶ*, prouti ſcriptum in Flor. quod in reliquis proſtat Editionibus *οὐ 'μοὶ* nihil habet quo ſe tueatur, præter exemplorum quamdam ſimilitudinem noſtris in exemplaribus: In *Ariſtoph.* verſu ap. *Athen.* x, p. 422. F. *Ὥρα βαδίζειν μοι 'στὶ πρὸς τὸν δεσπότην*· nemo facile ferat *μοὐ 'στὶ.* eadem eſt in ſimilibus ratio. —— Δεξίμηλ' *ἀγάλματα* (non ſane *ſimulacra*, ſed *altaria* victimis recipiendis deſtinata) reſpexit forſan *Accius* in Phœniſſarum verbis, quæ *Nonius* ſervavit p. 174. I. quæque *Scaliger* in *Varron.* p. 131. emendatius ſcripta retulit ad alium Phœn. *Eurip.* locum: *Delubra cœlitum, mari* (ed. *maris*) *ſanctitudines.* ubi forte ſcribendum, *in aris:* Quid ſi, *Delubra Zethi, in aris ſanctitudines?* ut illa ſint *Euripidis* v. 609. *θεῶν τῶν λευκοπώλων δώμαθ'*· hae, *δεξίμηλ' ἀγάλματα*, ſi non ſint, certe reſpiciant. *δεξίμηλον ἐσχάραν altaris craticulam* dixit *Eurip.* Androm. v. 1138. *altaria, δεξιπύρους θεῶν* Θυμέλας in Supplic. v. 64.

Vs. 638. *κρατήσειν τῆσδε* Θηβαίας *χθονός.*] Aliorum Codicum ante conſenſus exſpectandus, quam in hunc verſum recipi dignum ſit *τῆσδε* Θη*βαίαν χθονός*· quod præbet Mſ. Leid. B. *τῆσδε* Θηβαίας *χθονὸς* legitur in Bacch. v. 1041, 1200. Phœn. v. 294. *τῇδε* Θηβαίᾳ *χθονὶ*, v. 783, 890. addatur v. 1108, 1239. In Rheſi v. 471, Ξὺν *σοὶ στρατεύειν γῆν ἐπ'* Ἀρ*γείαν θέλω*· Mſ. Flor. legit Ἀρ*γείων.*

Vs. 639. Ἔξιθ' *ἐκ χώρας.*] Recte *Barneſius* e Mſ. recepit, pro Ἔξελθ' *ἐκ χώρας*· idem illud, e Pariſinis Codd. petitum, a *Grotio* potuerat accepiſſe: Ἔξιθι quoque legerat in Flor. Cod. *Voſſius.* Ἔξιθ' *ἐκ χώρας* invenitur in A Leid. Sed in altero B Ἔξιθι *χθονὸς*· hoc, niſi fulcrum addatur γ', trochaicum corrumperet; debetur autem deſcriptori, qui meminerat legi ſupra v. 617.

Vs. 639. —— *ἀληθῶς δ' ὄνομα* Πο-

λυ-

λυνείκην πατὴρ Ἔθετό σοι θείᾳ προνοίᾳ, νεικέων ἐπώνυμον.] Iudex inprimis idoneus, *Quinctilianus* I. O. V, c. X, p. 405. *& illud*, ait, *apud Euripidem frigidum sane, quod nomen Polynicis, ut argumentum morum. frater incessit.* hunc unum locum respicit, a *Turnebo* designatum: praeterea legitur Phoen. v. 1500, *ὦ Πολύνεικες, ἔφυς ἄρ' ἐπώνυμος.* Erudite *Grotius* in Prolegom. p. 21. excusare nititur *Euripidae* peccatum. *Aeschylus* quidem, *sui nominis* esse Polynicen, dicere non neglexerat, neque tamen in eam incurrit *Quinctiliani* reprehensionem: vid. Theb. v. 583, 84. & v. 835, 36. *Sophocli* tantum dicitur in Antig. v. 112, *Πολυνείκης Ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων.* *Eustath.* in Il. I, p. 686, 24. *Φερωνύμως καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς —— ὠνόμασται. καὶ τὸ τοῦ Αἴαντος δὲ ὄνομα, καθά φησι Σοφοκλῆς* (Aj. 430) *ἐπώνυμον ἦν τοῖς ἐκείνου κακοῖς ὡς ἀπὸ τοῦ αἶ, —— καὶ Πολυνείκης δὲ πολλῶν νεικέων ἦν ἐπώνυμος θείᾳ προνοίᾳ, ὡς Εὐριπίδης φησιν.* Nominis Ὀδυσσεὺς ex ipso quoque Summi vatis imitatore *Sophocle* petuerat originationem his simil. in excitasse. Auctor vitae *Sophoclis*, *παρετυμολογεῖ δὲ*, inquit, *καθ' Ὅμηρον καὶ τοὔνομα τοῦ Ὀδυσσέως. Ὀρθῶς δ' Ὀδυσσεύς εἰμ' ἐπώνυμος κακοῖς, / Πολλοὶ γὰρ ὠδύσαντο δυσσεβεῖς ἐμοί.* sic ista leguntur in Cod. Reg. Paris. *ὠδύσαντο*, quod apud *Hesych.* legerat, nollem in illum locum intulisset *Menagius* ad *Laërt.* IV, § 30. Mulierem *Σιδηρὼ* vocatam, *sui* quoque *nominis* esse dixerat *Sophocles*: vid. *Salmas.* in *Aelii Lamprid.* Commodum p. 122. F. & *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* I, p. 312, 99. Sed fatendum tamen, in his quoque, disparatis ab iis, quae superius attigi in Vs. 27, multo parcius versatum *Sophoclem*, quam *Euripiden*, quod vere monuit Ill. *Ios. Scaliger* Conj. in *Varron.* p. 146. cuius observatis qui *Burmannus* quoque citatum addiderit *Hieron. Columnam* ad *Enn.* fragm. p. 240, 241, is huius generis habebit affatim. In Aeschyleis quae supersunt nescio num praeter designatum quidpiam inveniatur tale, nisi nomen *Epaphi*. *Aesch.* Prometh. V. v. 849. *Ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς θιγημάτων Τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον·* vulgatur absurde *τῶν Δ. γεννημάτων.* egregiam correctionem veluti *Peyraredi* posuerat in margine libri sui *Ios. Scaliger.* *Hesychius*: *Θιγημάτων, μιασμάτων.* —— Quod ultimum adfert *Columna*, distichon inficetum, tanquam spurium, *Ovidio* pronunciat indignum Celeberr. *P. Burmannus* ad Heroid. XXI, v. 209. cui sane libenter adsentior; neque tamen talibus vel ipse prorsus abstinuit *Ovidius*: Epist. ex Ponto IV, XIII, 2. —— *quod es, vere, Care, vocaris.* XVI, 17. *Ingeniique sui dictus cognomine Largus.* Sed haec non invenusta sunt, ut nec illud in Anthol. III, XV, ep. 3. *Πανσανίαν ἰητρὸν ἐπώνυμον·* quaeque sunt eiusdem generis; a quibus multum distat illud in *Acontii* Graeco nomine quaesitum in Latino carmine *acumen*; quod, ut Ennianum de *Andromache*, quaeque sunt similia, Latinis auribus non minus absurda videri debuerunt, quam Graecis videbitur, quod de *Nabale* legitur in Alexandrina versione I *Reg.* XXV, 25. *κατὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ αὐτός ἐστι· Νάβαλ ὄνομα αὐτῷ καὶ ἀφροσύνη μετ' αὐτοῦ.* נבל שמו ונבלה עמו Nemo, nisi sciens Orientalium dialectorum, intelliget in *Sirach.* VI, 22. *Σοφία κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐστιν, —— οὐ πολλοῖς φανερά.* quaeque sunt in isthoc libello similia c. XLIII, 8. & XLVI, I. *Ἰησοῦς —— ἐγένετο κατὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μέγας ἐπὶ σωτηρίᾳ. κ. τ. λ.* —— Sed haec nihil ad *Euripidae* locum, quem *Io. Davisius* profert ad *Ciceron.* de N. D. II, c. XXXI. p. 181. ut ostendat ante *Platonem θεοῦ πρόνοιαν Euripiden* commemorasse.

Pp 2 Vs.

Vs. 642, 43. —— ὦ τετρασκελὴς / Μόσχος ἀδάμαστον πέσημα / Δίκε,] Postremum verbum e colo tertio retulit ad quartum *Kingius*, Codicis & Scholiastis auctoritate; huius ductu *Battierius* idem viderat. Isthæc præterea sic convertit *Kingius*: *cui quadrupes Vituli indomitum corpus Prostravit*: corrigendum scil. [illegible], ἀδάμαστον τὸ σῶμα Δίκε· excitat e Bacchis v. 600, Δίκετε πεδόσε τρομερὰ σώματα, Δίκετε, [illegible] *prosternite*. *Kingius* vulgatam hic lectionem adversus *Kingium* tueri voluit: mihi, quid sit antiquitus a Poëta profectum, non liquet. Μόσχος ἀδάμαστος est *indomita iuvenca*; *Nescia aratri*, *nullo collum Signata iugo*: Cadmea iuvenca, quam dixerat *Ovid.* Met. III, 16, *Nullum servitii signum cervice gerentem*: ibid. v. 23, *Procubuit*, *teneraque latus submisit in herba*: taurus, qui Iovem tegebat amatorem, II, 865, *latus in fulvis niveum deponit arenis*: Ὤκλασεν, in Europa *Moschi* v. 99. *Luciano* de Saltat. §. 41. memorantur p. 292, Κάδμου ἐπιδημία, καὶ βοὸς ὄκλασις· de eadem *Pausan.* IX, p. 733. Cadmo, ait, manendum erat, ἔνθα ἡ βοῦς ἔμελλε καμοῦσα ὀκλάσειν. de Cadmea [illegible] Dionys. IV, p. 132, 12. Καὶ βοὸς ἀμφήεσσα χαμευνάδος ὤκλασε χηλὴ, Ἄστεος ἐσσομένοιο προάγγελος. Minus, in hac re, proprium *Euripideum* Δίκε tantumdem valet, ac κάββαλεν ὀκλὰξ *Apollonii Rhodii*.

Vs. 645. οὗ κατοικίσαι / 6 Πεδία μὲν τὸ θέσφατον Πυροφόρα δόμαν ἔχρησε] Non infeliciter, ut arbitror, corrigo, Πυροφόρ' Ἀόνων· quod, hinc facile natum, Codices insidet & Editiones, [illegible], in quamcunque partem versaveris, nullam admittere videtur interpretationem, quæ sit specie veri commendabilis: nam quid obsecro sunt τὰ πεδία τῶν δόμων, *Scholiastis* memorata? quorum unus πεδία [illegible] interpretatur [illegible] καὶ ἱκανὴν τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτῇ τρέφειν· hæc, & reliqua [illegible] quoque, sunt hominum commenta, quos veritas latet. Colon autem 7 strophæ & antistrophæ sibi non respondent invicem; neque colon 7 antistrophæ, Κάδμος ὤλεσε μαρμάρῳ· versus est a *Scholiaste* designatus; sed Glyconius [illegible] cuius prima sede trochæo quoque locus conceditur:

Κάδμος ὤλεσε μαρμάρῳ / - ∪ / - ∪∪ - / ∪ - /

una voce transposita, noster versus ad hoc potenti [illegible] sic accommodari, ut legatur:

Χρῆσε, πυροφόρ' Ἀόνων / - ∪ / - ∪∪ - / ∪ - /

Præterea non convenit inter Editores, quomodo scribendum sit quinto colo verbum, κατώκησε, κατῴκησε, κατῴκισεν, κατοικίσαι pro lubitu quisque suo vulgantes; neque dubium quin eorundem quoque exstent in scriptis libris lectiones; sed in id, quod mirabar, cum prioribus etiam *Kingius* conspirat, ut illud verbum, prorsus ad sequentia non pertinere iudicantes, hinc posita maiori divulserint distinctione: mihi secus videtur, & *Scholiastæ* quoque veteri, quem hic [illegible] inquit, τῶν ὑπομνημάτων, ἀντὶ τοῦ, οὗ κατῴκισε, Κατοικίσαι. ὁ δὲ λόγος, πλεονάζοντος τοῦ μὲν, ἀντὶ τοῦ, οὗ κατοικίσαι μὲν καὶ οἱονεὶ κτίσαι τὰ πεδία —— ὁ θεὸς ἐμαντεύσατο, ἔνθα ἡ τῆς Δίρκης πηγὴ καταρδεύει τὰς γύας. Hæc est vera verborum structura, hic legitimus nexus. [illegible] insidet religio, nunquam a metrici dictatis esse [illegible], supra [illegible] neo, ni fallor, argumento confutata, commode videbor hunc locum enodasse, quem sic legi velim atque accipi:

—— —— οὗ κατοικίσαι
Πεδία μὲν τὸ θέσφατον
Χρῆσε (πυροφόρ' Ἀόνων)

ubi

ubi iusserat oraculum urbem condere. Deus edixerat oraculo : Ἔνθα κέ τοι πρώτιστα βοὸς κέρας ἀγρaύλοιο Ἵζηται, κλίνῃ τε πέδῳ γόνυ ποιήεντι, — Ὄχθῳ ἐπ' [illegible] κτίζειν πόλιν [illegible]. —— *qua requieverit herba, Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.* nihil differunt ista duo: κτίσαι πόλιν, *urbem condere*, & κατοικίσαι πόλιν· eodem sensu dicitur quis *insulam condere*, κατοικίσαι vel κτίσαι νῆσον. vid. Celeberr. *P. Wesselingius* Obs. II, c. XV, p. 208. *Euripidea* sic interpretari placet: *ubi [illegible] (vel incolis habitandos adsignare) [illegible] oraculum iusserat, frugiferos [illegible])* ut hæc postrema duo per ἐπεξήγησιν ex eventu Tragicus adiecerit, sicut sequentia, memorans & γύας Δίρκας χλοηφόρους· Cadmi autem ævo ne *Dirce* quidem innotuerat, nedum ut oraculo credi posset cum *Aonibus* designata. Iam necesse non esset, ut quam commoda sit hoc in loco, quo de Cadmi in has oras agitur adventu, *Aonum* mentio, monstraretur, si Doctos tantum lectores sperarem. Ponam nonnulla, ne his quidem ingrata forte futura: *Tyriis qui quondam pulsus ab oris, Cadmus in Aonia constitit exul humo*, Ovid. I Fast. v. 490. *Sidonius ex quo Hospes in Aonios iecit sata ferrea sulcos* Statius Theb. III, v. 180. Ibid. v. 645. [illegible] —— *Aonium, & diri [illegible] Cadmi* de Cadmo *Nonnus* Dionys. IV, p. 132, I. Ἀονίης σχεδὸν ἦλθε πέδον Βοιωτὸν ὁδεύων. Quæ vero πεδία πυροφόρ' Ἀόνων *Euripidi*, (*Homer.* h. in Apoll. v, 228. Θήβης ἀμπεδίον πυρηφόρον.) eadem Ἀόνια πεδία dicuntur *Apollon. Rhod.* III, v. 1184. Καὶ ῥ' ὁ μὲν Ἀονίοισιν ἐνισπείρας πεδίοισι Κάδμος Ἀγηνορίδης γαιηγενῆ εἴσατο λαόν. de Spartis scilicet quinque superstites ὁ Κάδμος ποιεῖται πολίτας, κατοικίσας αὐτοὺς ἐν Θήβαις, ut ait *Pherecydes* in Schol. ad *Apollon.* l. c. *Moscho* IV, 37. memorantur Ἀονίου πεδίοιο βαθεῖαν βῶλον ἀροῦντες. *Aonii campi, agri, Aonia arva, Statio,* Theb. VII, 229, 567. X, 134. XII, 192. Sed nemo sic est *Aonidum* expers, qui Poëtis quibus [illegible] veterem regionis adpellationem ignoret in deliciis fuisse. Serpens, quem Cadmus confecit, *Aonius* diceebatur: meminit *Apollonius* III, v. 1177. Ἀονίοιο δράκοντος, ὃν Ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ Κάδμος —— Πέφνεν. facillima transformatione serpens *Aonius* in *coelestem* transit apud *Nonnum* Dionys. II, p. 80, 33.

Οὐρανίοιο δράκοντος ἐναντίον ὄμμα τινάξας.

Corrigendum:

Ἀονίοιο δράκοντος ——

scriptum fuerat *ονιοιο*· librarius legit Οὐνίοιο· hoc erat vocis Οὐρανίοιο compendium. Si tanti videtur *Nonnus*, corrigi poterit insignis eruditi tamen Poëtæ locus L. IV, p. 142, 2. de Cadmo canentis: Ἀλλὰ μεθ' ἑρπυστῆρα, μετ' ἄγρια φῦλα γιγάντων Ἐκτήνων προμάχοισι, καὶ ἄορι μάρνατο λαῷ, Βάρβαρον ἀμάων στάχυν Ἄρεος ἀγχιπόροις δὲ Ἔχρας Τεμμίκεσσι —— secundum [illegible] interpres [illegible]: *Pro [illegible] antesignanis, & ense [illegible] (cum) populo*: [illegible] quid hoc in genere vix memini me legere: [illegible] commutato [illegible] in antiquum *Boeotiorum nomen*: emendandum enim:

Ἐκτήνων προμάχοισι καὶ Ἄονι μάρνατο λαῷ

Bœotorum scilicet antiquitus incolæ [illegible] ante adventum Cadmi, Ἐκτῆνες, Ἄονες, Τέμμικες, & Ὕαντες. *Strabo* L. IX, p. 615. c. ἡ Βοιωτία πρότερον ὑπὸ βαρβάρων ᾠκεῖτο Ἀόνων καὶ Τεμμίκων —— καὶ Λελέγων καὶ Ὑάντων. L. VII, p. 494. c. antiquitus τὴν Βοιωτίαν (ἔσχον) Ἄονες καὶ Τέμμικες καὶ Ὕαντες. *Pausan.* conf. IX, p. 719. *Lycophron* Ἀόνων meminit v. 1209. Ἐκτήνων, v. 1212, Τεμμίκων. v. 644. Doctus sane Grammaticus, *Probus* in

 Vi-

Virgil. Georg. III, v. 11. *Terram*, inquit, *quæ nunc Bœotia vocatur, babuerunt ante Hyantes, Leleges, Temmices, Phœnices, Aones: unde adbuc Aonia dicitur.* minus iſta vulgantur emendata. Ceterum *Aonius* uſitatius multo Poëtis, quam *Aon*: *Aona* tamen *Statius* dixit Theb. VIII, 475.

Vs. 648 —— 8 Κ ὕδατος ἵνα γε / 9 Νοτὶς ἐπέρχεται γύας / 10 Δίρκας χλοηφόρους / 11 Καὶ βαθυσπόρους] In his quoque *Battierium* & *Kingium* ſequutus ſum; niſi quod γυίας in γύας mutarim, atque ἵνα γε poſuerim pro ἵνα τε, ne ſcriptorum quidem Codicum conſenſum in tantillis, quia videbantur explorata, exſpectandum ratus: illud ipſum ἵνα γε, ſæpius recurrens apud Tragicos, recte *Kingius* recepit infra v. 1740. —— Sequentia ſic olim vulgabantur: 9 Νοτὶς ἐπέρχεται γαίας / 10 Δ. χ. / 11 Καὶ βαθυσπόρους γυίας. a quibus non diſcedunt MSſ. Leidenſes; in utroque tamen legitur 9 Νοτὶς ἐπέρχεται γᾶς· *Kingius* γυίας, ex undecimo colo petitum, hic voci γαίας ſuppoſuit: γυίας præferebat & Cod. Flor. γύας prætuli, hanc vocis genuinam cenſens ſcripturam, ubicunque ſaltem verſus ſyllabam poſtulat correptam, reducendam. velut in Phœn. v. 673. *Lycophron.* v. 1059, 1161. & alibi. In *Eurip.* Hec. v. 454, legebatur: ἔνθα —— Φασὶν Ἀπιδανὸν Πεδία λιπαίνειν· non aliter MSſ. Leid. præferunt: *Kingius* e duobus Codd. repoſuit Τὰς γυίας (ſcribe γύας) λιπαίνειν. ſupra ſcriptum fuerat πεδία· ſolent iſta duo permutari; ſicut in *Euripidis* & *Sophoclis* locis apud *Lucian.* in Conviv. T. III, p. 435, 23 & 437, 25. *agros uberis ſoli*, (ſic *Bœotios* vocat *Seneca* Phœn. v. 129.) εὐκάρπους γύας dixit *Eurip.* Androm. v. 1045. πυροφόρους γύας, *Apollon. Rbod.* I, v. 796. quique latet ſub nomine *Tbeocriti*, carminis Auctor XXV, v. 30. Laudat *Aeſcbylus* Prom. v. 369, Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευρὰς γύας. *arva genitalia* caſte *Sopbocli* dicuntur ἀρώσιμοι γύαι, Antig. v. 575. Quid eidem probabiliter fuerit Εὐήθης γύη docebit ad *Heſycbium Ti. Hemſterhuſius.* —— Ex undecimo colo *Kingius* & *Battierius* vocem γυίας (cuius loco χώρας habet Flor. Cod.) recte ſuſtulerunt; fecerat idem iam *Grotius*; ſed hic præterea, diſcedens ab omnibus aliis, pro γύας / Δίρκας χλοηφόρους / Καὶ βαθυσπόρους· vulgavit: γαίας / Δίρκας χλοηφόρου / Καὶ βαθυῤῥόου. incertum, Codicis, an ingenii fretus auctoritate: ſuſpicor, eo diſplicuiſſe βαθυσπόρους, quod inferius v. 673 legeretur, Εἰς βαθυσπόρους γυίας. verum *Euripidis* eſt conſuetudo, locis etiam vicinis eadem repetere vocabula: hoc in loco *arva Boeotia* dixerat γύας χλοηφόρους καὶ βαθυσπόρους, quæ paulo ſuperius πεδία vocabat πυροφόρα.

Vs. 654. 14. Κισσὸς ὃν περιστεφὴς —— 17.] Nihil in his quatuor colis variant Editiones, nihil etiam Leidenſes Codices, niſi quod, in Edd. omiſſum, ν adiiciatur ultimo verbo. Perverſam Flor. Codicis ſcripturam *Iſ. Voſſius* adnotarat, Κισσὸν ὃν περιστεφὴς καὶ λικτὸς, εὐθὺς &c. —— Quæ hic tradit *Euripides*, *Bartbio* commemorata in *Statii* Theb. IX, 796. minime ſunt protrita; ſi quid his ineſt obſcuritatis, admota mox illuminat Patarenſis *Mnaſeae* narratio, quam *Scboliaſtae* debemus, & huic quidem, ut puto, ſoli: Bacchum, de matre cadentem, κισσὸς περὶ τοὺς κίονας φυεὶς ἐκάλυψεν, *& ramis obductum illæſum conſervavit*: διὸ καὶ Περικιόνιος (ſic ſcribendum in Scholiis) ὁ θεὸς ἐκλήθη παρὰ Θηβαίοις. Bacchi Περικιονίου neſcio num alibi memoria ſuperſit, præterquam in *Orpbicorum* hymno XLVI, qui

qui inſcribitur, *Βάκχου Περικιονίου ὑμ-νήματα·* Inde manifeſtum eſt, nomen illud *Περικιονίου Orphicos* accepiſſe ſenſu myſtico, cuius originem & rationem ex hiſtoria veterrima repetiit *Mnaſeas*. De hac adpellatione quædam notavit, noſtris etiam *Euripideis* non prætermiſſis, *Ioach. Camerar.* in Miſcell. Quaeſt. Decur. IV, Probl. V. Originem fabulæ, quam ſequutus eſt hic *Euripides*, in iis mihi videor detexiſſe, quæ de Oſiride fabulantur Aegyptii: narrant apud *Plutarch.* de Iſ. & Oſir. §. XV, p. 38, arcam, cui fuerat Oſiris incluſus, fluctibus in litus expulſam circa Byblum, *ericæ* tandem inſediſſe; *ἡ δὲ Ἐρίκη, κάλλιστον* (*Squirii* non egemus ſupplemento:) *ἔρνος ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ μέγιστον ἀναδραμοῦσα περιέπτυξε καὶ περιέφυ καὶ ἀπέκρυψεν ἐντὸς ἑαυτῆς·* ſimiliter columnam & Bacchum *hedera* ſponte nata, *κισσὸς περιστεφὴς*, celerrime creſcens *περιέπτυξε καὶ περιέφυ καὶ ἀπέκρυψεν ἐντὸς ἑαυτοῦ*. Pleraque, quæ de Oſiride narrabantur, aut in eius honorem fiebant, in Bacchum quoque Thebanum Græcorum ab *Orpheo* vel a *Melampode* fuiſſe tranſlata, viri Docti ducum monuerunt: plerique Deum eundem crediderunt, Aegyptiis Oſirin, Græcis *Διόνυσον* dictum. vid. *Paul. Ern. Iablonski* in elaboratiſſimo Pantheo Aegypt. L. II, c. I, § 5. *Plutarch.* de Iſ. & Oſ. §. XIII, p. 32. § XXXV, & ſeqq. ubi nititur oſtendere *ὅτι ὁ αὐτός ἐστι Διονύσῳ*. citans in eam rem p. 94, 95, *Ariſtonem*, *Hermaeum*, & *Mnaſeam*, non Colophonium, quod *Squirius* putabat, ſed nobilem, illum Patarenſem, in Scholiis etiam ad h. l. *Euripidae* deſignatum: quid *Ariſton* tradiderit, quia latet in vocibus perverſe ſcriptis, quæ facile poſſint corrigi, ponam primum vulgata p. 94, *Ἀρίστων —— ἐπιστολῇ τινι Ἀλεξάρχου περιπέσεις νῆσος. ἱστορεῖται δὲ καὶ Ἴσιδος* &c. ſic iſta corrigenda puto: *ἐπιστολῇ τινι Ἀλεξάρχου περιπεσεῖν, ἐν ᾗ Διὸς ἱστορεῖται καὶ Ἴσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος, ὑπὸ Αἰγυπτίων οὐκ Ὄσιρις —— λέγεσθαι.* huic non diſſimilis locus eſt §. XXXIV. fine, p. 85. *τὸν Ὄσιριν Ἑλλάνικος Ὕσιριν ἔθηκεν ἀκηκοέναι ὑπὸ τῶν ἱερέων λεγόμενον.* locus, quem *inter omnium corruptiſſimos eſſe* putabat nuperus Editor, vide quantilla mutatione poſſit integritati reſtitui: ΕΘΗΚΕΝ tantum in ΕΟΙΚΕΝ refingendum eſt: *ἔοικεν ἀκηκοέναι*, *Oſirin Hellanicus Hyſirin videtur audiviſſe a ſacerdotibus vocatum*: cur autem videtur? *οὕτω γὰρ*, (hæc proxima ſubdit iſtis) *ὀνομάζων διατελεῖ τὸν Θεὸν*, *ſic enim Deum ſemper adpellat*: reliquis tentaminibus non anteponenda tantum eſt, ſed dubio vacat emendatio: hanc non invitus adprobabit Præſtantiſſimus *Iablonskius*, quem ad iſtum obhæſiſſe locum commemini.

Vs. 657. —— *ἔρνεσι Κατασκίοισιν ὀλβίσας ἐνώτισεν·*] Scholiaſtes, *ὅντινα Διόνυσον*, inquit, *κισσὸς ἔξωθεν περιπλακεὶς ἔτι βρέφος ὄντα κατὰ τοῦ νώτου ἐκάλυψεν·* in his omittitur *ὀλβίσας·* Poëtæ mentem *Kingius* perſpexit, interpretatus: *ramis opacis obductum beavit.* Per hypallagen, Tragicis etiam uſitatiſſimam, *ὀλβίσας ἐνώτισεν* ponitur, pro *νωτίσας ὤλβισεν·* Verbum *Ἐνώτισεν Heſychius* explicat, *τὰ νῶτα περιεσκέπασεν·* hinc enotatum viderant *Dan. Heinſ.* & *Abreſchius*; redditur in Scholiis ad h. l. *ἐσκέπασε· κατὰ τοῦ νώτου ἐκάλυψε· τὸ νῶτον περιέλιξε* ut nullum pene dubium ſit, quin hæc ſit vetuſtiſſima lectio: ſitne tamen hic *Euripidea* dubito: *νωτίζειν* ſignificat vel *in fugam vertere*, vel *terga dare*: *Eurip.* Androm. v. 1141. *πρὸς φυγὴν ἐνώτισαν*, *in fugam terga dederunt*. Bacch. v. 672. *Ἐτραυμάτιζον, κἀπενώτιζον φυγῇ Γυναῖκες ἄνδρας*, *in fugam verterunt*. [illegible] legitur apud *Heſych.* Sophocleum *Ἀπενώτισεν* [illegible] locum *Eurip.* adnotavit Cl. *Abreſch.* *Lect.*

chius in Νωτίσαι respicit *Sophoclis* ex Oed. T. v. 202. ubi Scholiastes in Cod. Reg. Paris. commode reddidit *νῶτα δοῦναι*. Cur illam *terga tegendi* significationem verbo propriam dicant viri docti, non exputo. Suspicor aliud hic ab *Euripide* verbum fuisse positum; coniecturam tamen periclitari nolo: *amicitur vitibus arbor*; & *amictae vitibus ulmi* dicuntur: *Catullo* LX, 34. *tenax hedera huc & huc Arborem implicat errans.* qui hinc eruere poterit, quid mihi venerit in mentem, illum ego coniectorem optimum perhibebo.

Vs. 658. Βακχεῖον χόρευμα] Scribi malim, Βάκχιον χόρευμα· nam versus est Ithyphallicus: ubi versus syllabam poscit correptam, ii semper producentes, Βάκχιον scribere solent Attici: vid. ad vs. 21 & v. 196 notata: ne diphthongus ει corriperetur, in plurimis sane vocabulis vocalium eliditur altera: praeter notissima, προάστιον exemplo sit in *Eurip.* Alcest. v. 836. ad eam normam scripta conteruntur a Comicis τἀρτοπώλιον, & τοὐπτάνιον· hoc quidem saepe perverse scriptum prostat in Comicorum locis apud *Athen.* L. III, p. 102. F. *Damoxenus*: Ἐγὼ γὰρ εἰς τοὐπτανεῖον οὐκ εἰσέρχομαι. scribendum εἰς τοὐπτάνιον· *Grotius* in Excerpt. p. 703, vulgavit Ἐγὼ γὰρ ὀπτανεῖον οὐκ ε. L. IV, p. 170. F. *Philemonis* locum emendavit *R. Bentlej.* Em. in *Philem.* p. 115. L. VII, p. 290. D. *Hegesippus* Adelphis: —— ἐὰν δὲ δὴ λάβω Τὰ δέοντα, καὶ τοὐπτανεῖον (lege: κἀς τοὐπτάνιον) ἁρμόσω μ' ἅπαξ. *Phrynichus* Ecl. p. 120, Ὀπτάνιον λέγουσι, τῆς μὲν δευτέρας συλλαβῆς ὀξυτονουμένης, τῆς δὲ τρίτης συστελλομένης.

Vs. 660. Καὶ γυναιξὶν Εὐΐοις.] *Aldus*, & Basileënses Εὐβοίοις dederant: *mulieribus Euvoicis*, qui primus *Euripidea* Latine convertit, latens sub nomine *Dorothei Camilli*. emendatam lectionem Codices scripti praeferunt. In Aeolico carmine non temere reiiceretur Εὐβίοις vel Εὐϝίοις. Spartani recentiores scripsisse dicuntur Εὐΐ & Εὔιος. apud *Etymol. M.* p. 391, in Εὔιος καὶ Εὔιος, legi poterit adnotatio, quam alibi frustra quaereremus.

Vs. 661. Ἔνθα Φόνιος ἦν δράκων Ἄρεος, ——] Iungi debent δράκων Ἄρεος, non Ἄρεος φύλαξ, quod censuit uterque Scholiasta: Draconem enim hunc e Marte genitum fabulabantur: vid. *Casp. Barthius* ad *Statii* Theb. x, 606. ubi *Martius anguis* Scholiastae quoque dicitur *Filius Martis, quem occidit Cadmus*. *Ovid.* III. Metam. v. 32, *conditus antro Martius anguis erat, cristis praesignis & auro; Igne micant oculi*: *Nonno* Dionys. IV, p. 132, 22. Ἄρεος αἰολόνωτος ὄφις, quod additur, μητρώσατο πηγήν, paene ridiculum. —— Mox colo 3 Νάματ' ἔνυδρα *Kingius* quoque dedit cum prioribus; solus ex Editoribus *Grotius*, Νάματ' εὔυδρα, procul dubio Codices sequutus: ita scripturam praeferunt MSS. Cantabrig. & Leid. optimus; alter B Νάματά τ' ἔνυδρα. vulgata non displicet.

Vs. 667. 7. Κάδμος ὤλεσε μαρμάρῳ / 8 Κρᾶτα Φόνιον, ὀλεσίθηρος / 9 Ὠλένας δικὼν βολαῖς.] Mihi quoque licere credidi, quod hic in aliis reprehensione caruit: olim fuerat vulgatum: 9 Ὠλέναις δικὼν βολαῖς· atque ita legitur in Cant. binisque MSS. Leid. Ingeniose Doctus iuvenis e nostratibus Ἀλέναις legendum suspicabatur: ὠλέναις plerisque visum fuit mendosum: ὠλέναιν sine Codicis auctoritate substituit *Barnes.* quem *Piersius* & *Kingius* sequuntur. *Canterus* dudum iam monuerat, veriorem sibi lectionem ὠλένης videri; hoc, *Battierio* quoque pro-

probatum, *Grotius* in contextum recepit: mihi Doricum ὠλένας ad vulgatum ὠλέναις propius videbatur: (φίλα pro φίλαι e MSſ. poſitum v. 1068.) hoc præterea ſuſpicabar repertum in antiquo Codice, e quo Leidenſis B fuerat expreſſus; ubi Scholion inter verſus poſitum legebatur: χειρὸς βολαῖς ῥίψας τὸν λίθον· ſic ille μάρμαρον etiam in v. 667 rectius interpretatur, quam fecere recentiores, *marmore*: errorem, evitatum *Rataliero*, *Grotio*, *Ez. Spanhemius* notavit Obſerv. in *Callim*. h. Apoll. v. 24. commode iungens *Euripidea*: ὤλεσε μαρμάρῳ Κρᾶτα φόνιον· ſic certe iungi debere iudico: ὃν — Κάδμος ὤλεσε — Κρᾶτα φόνιον ut ſequentibus modum clarius expresſerit: ὠλεσίθηρος ὠλένας ἐμᾶν βολαῖς nemini diſplicebit, opinor, in Tragico choro ὠλεσίθηρ ὠλένα. *Euripideum* eſt in Ione μιξόθηρ v. 1161. Dubitabant Grammatici, *ſerpens* hic ὠλεσίθηρος diceretur an Cadmus; mihi *brachio* videtur illud congruere; quod ſi verum, ὠλένας ſine controverſia legendum. Hercules in *Soph*. Trachin. v. 1106. Ὦ νῶτα, καὶ στέρν', ὦ φίλοι βραχίονες, *O Pectora*, *ô terga*, *ô lacertorum tori*, *Veſtrone preſſu quondam Nemeaeus Leo Frendens efflavit graviter extremum halitum!*

Vs. 670. 10 Δῖας ἀμάτορος / 11 Παλλάδος φραδαῖς / 12 Γαπετεῖς δικὼν ὀδόντας, 13 Εἰς βαθυσπόρους γύας.] In his nihil novatum, præterquam in voce γύας pro γυίας poſita; φραδαῖς, pro φραδαῖσι, *Grotius* iam receperat e Mſ. ex alio *Kingius*: ſolius metrici ductu *Battierius* φραδαῖς viderat reſtituendum; quod Schol. præfert ad v. 1068. in Aug. Cod. Iſthæc vero, Δῖας ἀμάτορος Παλλάδος φραδαῖς, quæ *Ioſ. Scaliger* convertit Caſtig. in *Catull* p. 7, *Divæ patrimæ Minervæ conſiliis*, poſita diſtinctionis nota, ab iis quæ præcedunt, ſeparavi, cum ſequentibus hic mea quidem ſententia coniungenda: *Grotio* tamen atque aliis aliter fuit viſum: vid. Celeberr. *Weſſelingii* Obſerv. II, c. X, p. 179. Dircæum Cadmus ſerpentem non adeo confecerat Minervæ conſilio; verum ſerpentis confecti dentes ipſius iuſſu veluti ſemen terræ matri mandaverat: *Apollodor*. III Biblioth. p. 136, Κάδμος κτείνει τὸν δράκοντα· καὶ, τῆς Ἀθηνᾶς ὑποθεμένης, τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ σπείρει. quæ leguntur & in Schol. ad *Hom*. Il. B, v. 449. ex *Apollodoro* deſcripta: *Hygin*. Fab. 178, *Cadmus* —— *dentes eius*, *Minerva monſtrante*, *ſparſit & aravit*: ſecundum *Pherecyden* in *Schol*. ad *Apollon. Rhod*. III, v. 1178, ὁ Κάδμος σπείρει αὐτοὺς εἰς τὴν ἄρουραν, Ἄρεος κελεύσαντος. ſed hoc conſilium cum *Euripide* Minervæ plerique tribuerunt: *Nonnus* Dion. IV, p. 134, 31. & ſeqq. *Ovid*. Met. III, 101. *Ecce viri fautrix* — *Pallas adeſt: motaque iubet ſupponere terræ Vipereos dentes*: —— *Paret*: *&*, *ut preſſo ſulcum patefecit aratro*, *Spargit humi iuſſos*, *mortalia ſemina*, *dentes*. quæ hoc e Phœniſſarum loco ſumta iudicabat *Herc. Ciofanus*: quia dentes terræ, niſi motæ, non poterant ſupponi, mihi quidem perplacet Cod. Medicei lectio, *Heinſio* laudata: *matrique iubet ſupponere terræ Vipereos dentes*: poſtea demum glebam Cadmus vidit ſponte ſua moveri, ſicut in Colchide Iaſon: *Valer. Flacc*. VII, 612. *Bellatrix tunc gleba quati*, *pariterque creari*, *Armarique phalanx*, *totisque inſurgere campis*. *matri* multo doctius videtur, quam ut a librario poſſit exſpectari: ſerpens enim erat Γῆς γόνος, *terrigena*: quod forte quem moveat, ut in *Euripideis*, colo 12, Γαπετεῖς in Γαγενεῖς cenſeat corrigendum. Ex iſthoc quoque Cadmi, ſicut & ex Iaſonis ſemine prodeuntes Γηγενεῖς fuerunt, *e terra*, velut *matre*, *nati*. *Sophocles* ἐν Κόλχοις apud

 Schol.

Schol. Apollon. Rhod. III, v. 1371, —— μητρὸς ἐξέδυ· *e terra matre prodiit:* ſic egregie correxit *Ian. Rutgerſ.* V. L. IV, c. XVI. pro μὴ προςεξέδυ, quod vulgatur; ſed, quod me monuit olim vir Summus *Tiber. Hemſterbuſius*. „ eximiæ correctionis laudem *Rutgerſius* obſcuravit interpretatione peſſima: —— eſt enim „ hic terra mater, unde iacto dentium ſemine Γηγενεῖς prodibant: „ quod non tantum ex titulo fabulæ „ colligitur, ſed ex *Scholiaſtæ* verbis „ clariſſime patet."

Vs. 674. 14. Ἔνθεν ἐξανῆκε γᾶ 15 Πάνοπλον ὄψιν ὑπὲρ ἄκρων 16 Ὅρων χθονός.] *Ferax Deorum terra*, —— *E cuius arvis eque fœcundo ſinu Stricto iuventus orta cum ferro ſtetit:* *Seneca* Herc. Fur. v. 260. Ponam *Sophoclea* quæ leguntur in *Schol.* ad *Apollon.* III, v. 1377, ſed loco non ſuo; (quod *Schultenſium* Patrem non latuit ad *Iobi* c. III, p. 46.) nam pertinent ad v. 1353, 54. Οἱ δ' ἤδη κατὰ πᾶσαν ἀνασταχύεσκον ἄρουραν Γηγενέες· Φρῖξαν δὲ περὶ στιβαροῖς σακέεσσι· *Scholiaſtes*, Σοφοκλῆς, ait, ἐν Κολχίσι πεποίηκε τὸν ἄγγελον τοῦ Αἰήτου (*T. H.* corrigit: τοῦ ἀγγέλου τὸν Αἰήτην) πυθόμενον περὶ τῶν προειρημένων οὕτως· Ἦ βλαστὸς οὐκ ἔβλαστεν ἐπιχώριος, / Καὶ κάρτα Φρίξας εὐλόφῳ σφηκώματι, / Χαλκηλάτοις ὅπλοισι μητρὸς ἐξέδυ; / ſic *Sophoclea* videntur integranda: primum ἦ interrogantis cur mutarit *Rutgerſ.* in Τί prorſus latet: pro σφηνώματι repoſui σφηκώματι· Huc pertinet *Heſychii* nota, ſic vulgata: Φρίξας εὐλόφῳ σηκώματι, ἀντὶ ἀναφὺς ἄρτιος· hunc in modum reſtituenda: Φρίξας εὐλόφῳ σφηκώματι, ἀντὶ τοῦ ἀναφὺς ἄρτιος· niſi quis cenſeat in Lexico Tragico lectum: ἀντὶ τοῦ ἀναδὺς ὄρθιος· Quum olim Sophoclea huc retuleram, hæc me docuit *T. H.* „ Nihil prius „ in mentem veniat ex *Sophoclis* loco, quam in *Heſychio* legi debere, „ ἀναδὺς ὄρθιος, quod malo, tametſi „ ἄρτιος ſervari poſſit, *integris corporibus.* Ἀναφῦναι ad ea proprie pertinet, quæ ſic oriuntur, ut radicibus connexa terræ adhæreant: „ ἀναδῦναι dici ſolent quæ ſoluta & „ libera indidem emergunt." Quæ dedit ad hunc locum & ad alia quædam *Heſychii*, nunc, ita ſuſpicor, non ſcripta mallet Medicus Clariſſ. *Dan. Wilb. Trillerus.* *Sophoclis* locus *Euripidi* fortaſſis in Supplic. v. 31, obverſabatur: —— πρῶτον φαίνεται (πρῶτ' ἐφαίνετο prætulerim, ſi Codices præberent) Φρίξας ὑπὲρ γῆς τῆςδε κάρπιμος στάχυς. *frugum* etiam cenſebantur *inventrices* Athenæ: illud ὑπὲρ γῆς τῆςδε, inprimis autem *Apollonii* III, 1362, Λάμπον ἀναλδήσκοντες ὑπὲρ χθονὸς, comparandum cum Euripideis, ὑπὲρ ἄκρων ὅρων χθονός.

Vs. 676 —— σιδαρόφρων (17) Δέ νιν φόνος πάλιν ξυνῆψε γᾷ φίλᾳ.] Ex optimo Codice reſtituiſſe ſe ſcribit *Kingius* γᾷ φίλᾳ, pro φίλᾳ γᾷ. ſed illud iam repoſuerat *Grotius*: *Battierius*, ut iambicus evaderet, corrigebat: φίλᾳ ξυνῆψε γᾷ. in Mſſ. Flor. binisque Leid. φίλᾳ γᾷ legebatur; in horum autem altero A præterea. Φόβος πάλιν ξυνῆκε φ. γ. in B, Φόνος π. ξυνῆκε φ. γ. cum interpretamento ſupra ſcripto, ἥνωκε γῇ προσφιλεῖ. ego quidem illud ξυνῆκε damnare non auſim, vi ſua propria parum diſtans a ξυνῆψε, ſignificans ἥνωκε, *commiſit.* uſum figuratum, qui potiſſimum invaluit, dubium non eſt quin *Homericus*, in ξύνεσις δύω ποταμῶν, anteceſſerit: armatos apud *Euripiden* ἐξανῆκε γᾶ, quos mutua cædes ilico πάλιν ξυνῆκε γᾷ φίλᾳ. Sed verſum noſtrum iambicum qui tandem fit ut ordiatur vocula Δὲ; quæ, ſicuti nunquam ſententiam, ſic ne verſum quidem inchoare poteſt, quod plus ſemel in Me-

Menandreis monuit *Rich. Bentlejus*: in choricis quidem, celeriter & continuo ductu decantatis, maior licentia; sed ne sic tamen in ista sede placet: Scholiastes, Οὗτοι, inquit, εὐθὺς ἅμα τῷ φανῆναι, ἀλλήλους ἐφόνευσαν· quid si scriberemus itaque, 16 —— σιδαρόφρων δ' / 17 Ἅμα νιν φόνος πάλιν ξυνῆκε γᾷ φίλα. ut illud ἅμα *Scholiasta* respiciens reddiderit εὐθὺς, ἅμα τῷ φανῆναι. In Colchide Sparti, ὥστε θοαὶ κύνες ἀμφιθορόντες Ἀλλήλους βρυχηδὸν ἐδήϊον, *Apollon. Rhod.* III, v. 1372. *Seneca* Med. v. 470. *Terrigena miles* [illegible] *cæde occidit.* Cadmi fuit idem & Iasonis, nomine tantum mutato, lusus; quin eiusdem quoque serpentis Dircæi dentes Cadmum inter & Aeëten fuisse divisos memoriæ prodidit *P*[illegible].

Vs. [illegible] 19 [illegible] Parisius [illegible] e Mf. reponeret [illegible], pro [illegible], quod, cum prioris insideret Editionis, absque scripti Codicis adiumento *Battierius* eadem emendarat ratione: libri Leidenses [illegible] praeferebant. Hæc *Euripidae* sic *Ovidius* interpretatur Met. III, v. 125, *Sanguineam trepido plangebant pectore matrem.*

Vs. 688. 8 Σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν,] Per Editiones & Codices vulgatam lectionem repræsentandam censui, eo vel inprimis, ut intelligeretur Scholiastæ minime vulgaris adnotatio: corrigendum ille iudicavit: Σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν / Αἱ διώνυμοι θεαὶ / ut sensus esset: τῷ ἐκγόνῳ σου (τῷ Κάδμῳ,) αἱ θεαὶ κατέκτισαν τὰς Θήβας. *Euripiden* scilicet scripsisse putat, ΣΟΙ ΝΙΝ ΕΚΓΟΝΟΙ· cum nondum *Euripidis* ævo vocales Ionicæ Η & Ω Athenis essent in usu, sub *Euclidis* demum Magistratu, seu anno 2 Olymp. XCIV auctoritate, ut videtur, publica receptæ: cum itaque postea Tragicorum describerentur dramata, ubicunque vocales Ε & Ο essent producendæ, harum in locum longas, Ionicas, substituerunt: hoc autem in loco veteres autumat Grammaticus forte fortuna relictas; quod non animadvertentes postea scripsisse, Σοί νιν ἔκγονοι, *tui illum posteri* —— hoc qui fecerunt, ἐτάραξαν, inquit Schol. τὸ [illegible]. Eruditissimi quique Scholiastæ videntur observationem adprobasse, *M. A. Muretus* V. L. XVIII, cap. I. ubi venuste de vocalibus disputat, & Atticos veteres τοῖ λαοῖ scripsisse monet pro τῷ λαῷ &c: *apud Euripidem*, ait, *in Phoenissis* σοῖ νιν ἐκγόνοι, *pro* σῷ ἐκγόνῳ, *quod qui non intelligebant, fecerunt* σοί νιν ἔκγονοι" *Salmasius* atque alii docta hanc in rem notarunt, dignum tamen quæ penficulatius expendatur. Scholion atque alia forsan huc spectantia deinceps attingam. *Euripidis* ævo literam Η Athenis usurpatam, monstrare locus videtur ex eius Theseo apud *Athen.* X, p. 454. c. qui ne literarum quidem noverat nomina, figuras earum designat, quæ conficerent nomen ΘΗΣΕΥΣ, secundam sic expingens: Τὸ δεύτερον δὲ, πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο· Ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία. prima dicitur Κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος. prostat ibidem, expressus ex Euripideo, locus simillimus *Theodectis* Tragici, cuius initium sic restituendum arbitror:

Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μεσόμφαλος κύκλος·
Ἔπειτα δισσοὶ κανόνες ἰσόμετροι πάνυ,
Τούτους δὲ πλάγιος διὰ μέσου συνδεῖ κανών.

vulgatur: Γ. ὁ π. ἦν μαλακόφθαλμος κύκλῳ Ἔπειτα δύο οἱ κανόνες. in quibus δισσοὶ dubio caret: primum versum, ex *Agathonis* loco vicino derivatum, aliter tentarunt *Scaliger* & *Grotius*, hic in Excerpt. p. 447. *Scaliger* apud

Casaubon. Animadv. in *Athen.* p. 765, 28.

Vs. 689 —— 694 (*Σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν,*) *Αἶ διώνυμοι θεαὶ* —— *'Εκτίσαντο*] Hæc quoque de Doctioribus interpretem exspectant; me frustra detinuerunt: locum tractaturis quia diversæ forte proderunt lectiones, studiose videbantur adnotandæ: sic olim legebatur in Editis: 8 *Σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν.* / 9 *Αἶ διώνυμοι θεαὶ* / 10 *Περσέφασσα καὶ φίλα* / 11 *Δαμάτηρ θεὰ, ἁπάντων* / 12 *"Ανασσ', ἁπάν-* / 13 *Των δὲ γᾶ τροφὸς,* / 14 *'Εκτήσαντο,* (*Aldus* & Basil. *'Εκτίσαντο*) *πέμπε πυρφόρους.* Nihil in his *Grotius* novavit: ultimum colon e Mſ. Cantabrig. *Barnesius* exhibuit *'Εκτίσαντο· πέμπε πυροφόρους.* *Barnesium* sequitur *Pierſ.* *Sam. Battierius* in schedas coniecerat verba Scholiastæ, quibus hæc subdit: „ *Scribi deberet: Σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν* „ *Αἱ διώνυμοι θεαὶ· si lectio vulgata locum habet, ᾇ monente etiam altero* „ *Scholiaste est Doricum pro ᾗ, quod est ὅπου.*" ad versus 11, 12, 13, 14, sequentia notarat: „ *primus teste Scholiaste est trochaicus πενθημιμερὴς, secundus & tertius vero jambici πενθημιμερεῖς· scribendi itaque mihi videntur sequentem in modum.*

Δαμάτηρ, θεὰ
"Ανασσα πάντων,
Τροφός τε πάντων.

„ *Lectio utique vulgata non potest tolerari, cum ipsa Δαμάτηρ sit ipsa terra, & γᾶ ex Scholiaste in textum sit receptum, unde etiam colligi possit θεὰ cum Δαμάτηρ non immediate coniungendum, sed virgulam interponendam, & post θεὰ delendam eandem: & sensus erit,* Ceres, quæ est Dea regina omnium nutrixque omnium. *Colligitur etiam ex Scholiastae verbis, pro ἐκτήσαντο etiam legi ἐκτίσαντο. Πυρφόρους θεὰς genuina mihi lectio esse videtur, cum etiam versus sic constet; Scholiastes autem, dum explicat locum illum dicit: πέμπε σιτοφόρους θεὰς ταύτας, ac si legisset πυροφόρους.*" —— Interim, dum meliora quis proferat, *Kingii* lectiones, ex optimo Codice petitas, repræsentavi: Leidensis uterque præferebat *Δαμάτηρ θεὰ πάντων ἄνασσα πάντων δὲ γᾶ τροφός·* mox alter A, *πυροφόρους.* B, *πυρηφόρους.* uterque præterea *ἐκτήσαντο.* in B supra scriptum *εἰς κτῆσιν ἔσχον.* equidem *'Εκτήσαντο* prætulerim alteri lectioni, quæ quem sensum admittat, quidquid narrent Grammatici, non exputo. —— *Γᾶ* miror cur *Battierio*, pro *δὲ* recte *τε* restituenti, fuerit suspectum. *Euripid.* Bacch. v. 275 —— *Δημήτηρ θεὰ, (Γῆ δ' ἐστιν, ὄνομα δ', ὁπότερον βούλει, κάλει.) Αὕτη μὲν ἐν ξηροῖσιν ἐκτρέφει βροτούς.* & sæpius Ceres eadem habita cum Tellure: fuere tamen numina diversa, *matres frugum, Tellusque Ceresque, Ovid* Faſt. 1, 671. ubi mox v. 673, *Officium commune Ceres & Terra tuentur: Haec praebet caussam frugibus, illa, locum; Consortes operum, per quas correcta vetustas.*

Vs. 695. *'Αμῦναι τᾷδε γᾷ*] Ab hac diversam præbet lectionem Scholion Augustani Cod. *Γρ' καὶ, ἀμυνετ . . . δὲ γᾶ ὅ ἐστιν ἱκανή ἐστιν ἡ πόλις ἀμείψασθαι ταῖς εὐεργεσίαις.* scriptum videtur: *'Αμύνεται δὲ γᾶ, haec terra gratiam referet accepto beneficio.* *Γᾶ* vel *γῆ* sic sæpe ponitur in Phœnissis. Alterum qua nitatur auctoritate dici poterit, ubi Scholia tractabuntur.

Vs. 704. *῏Η πόλλ' ἐπῆλθον, εἰσιδεῖν χρήζων σ', ἄναξ*] Quando mox sequitur, *πέριξ δὲ Καδμείων πύλας Φύλακάς τ' ἐπῆλθον·* fieri nequit, quin lector attentus eiusdem verbi minus grata repetitione saltem offendatur: *Euripides* quidem in locis vicinis, etiam in dramatis elaboratissimis, quale hoc Phœ-

Phœniſſarum, eadem interdum repetit; hic tamen ſi verſu 704. pro ἐπῆλθον Codex antiquus aliud verbum, iſti ſedi commodum, ſubminiſtraret, lubentiſſimus amplecterer: non ſane ſpernerem, Ἦ πόλλ' ἐμόχθουν, εἰσιδεῖν χρῄζων σ', ἄναξ. dixerat quidem paulo ante ποδῶν σῶν μόχθον, ſed Creonte, qui hic loquitur, nondum præſente: πολλὰ μοχθεῖν frequentatur etiam *Euripidi*, Phœn. v. 555. Troaſin v. 862. Med. v. 1030, Ἄλλως δ' ἐμόχθουν. Heraclid. v. 59. *Leonides*, Anthol. II, c. XIII, ep. 7. ——— πολλὰ δ' ἐμόχθει. *Gregor. Nazianz.* Carm. Iamb. Γ. II, p. 181. A. Ἦ πόλλ' ἐμόχθησ'. in Schol. ad Phœn. v. 44, πολλὰ καμόντες ἐπεὶ οὐκ ἠδύναντο εὑρεῖν. Diverſum quid excogitabit forſan, qui noſtri verſus memor inciderit in *Eurip.* Ion. v. 1108, ——— πανταχῆ γὰρ ἄστεος Ζητῶν νιν ἐξέπλιξα (ſic *Scal.* emendavit) κοὐκ ἔχω λαβεῖν.

Vs. 709. Ὡς εἰς λόγους συνῆψα Πολυνείκει μολών.] Quod in optimo Codice *Kingius* invenit, formæque præfert vulgatæ, Πολυνείκῃ Leidenſium exhibet etiam alter A. Πολυνείκης caſum quartum apud Atticos format Πολυνείκην, more in nominibus propriis iſtius moduli ſolemni; atque ita ſemper ſcribitur in Phœniſſis. Nihil eſt in recepta ſtructura minus expeditum; ſiquidem dativus Πολυνείκει tam referri poſſit ad συνῆψα quam ad phraſin εἰς λόγους μολών· ſcripſiſſe quidem potuerat *Euripides*: Ἐπεὶ λόγους συνῆψα Πολυνείκει μολών· ſed more ſuæ gentis formas amat Euripides locutionum contractas: plene diceretur: Ὡς εἰς λόγους μολὼν Πολυνείκει λόγους συνῆψα. Phœn. v. 778, Σοὶ μὲν γὰρ ἡδὺς εἰς λόγους ἀφίξεται. Ponam unicum *Neophronis* e Medea locum, ſervatum in Scholiis ad *Euripidis* Medeam v. 666. verba ſunt Aegei, qui Medeæ conveniendæ gratia Corinthum venerat, hunc in modum integritati ſuæ non dubitanter reſtituenda:

Καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἤλυθον λύσιν μαθεῖν
Σοῦ· Πυθίαν γὰρ ὄσσαν, ἥν ἔχρησέ μοι
Φοίβου πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμηχανῶ·
Σοὶ δ' εἰς λόγους μολὼν ἄρ' ἤλπιζον μαθεῖν.

Vulgatur v. 2, σοῦ πρίν. θείαν γὰρ ὀ. η. ε. μ. vſſ. 3 & 4, συμβαλεῖν ἀμηχάνως Οἶδ' εἰς λόγους. μολεῖν γὰρ ἤ. μ. Corrigebat iſta, ſcilicet! *Sam. Petitus* Miſcell. VI, c. ult. Σοῦ φρείν. θείαν γὰρ ὄ. η. ε. μ. Φ. π. συμβαλεῖν ἀμήχανος, Οὐδ' εἰς λόγους μολεῖν· ῥᾴ γ' ἤλπ. μ. Corrector! paravit etiam hac patella *Petitus* dignum operculum: Iſthæccine viris iſtius ævi perdoctis excidiſſe! mirificum illud φρεῖν *Barneſius* tamen recepit.

Vs. 710. Ἤκουσα μεῖζον αὐτὸν ἢ Θήβας φρονεῖν] Codicem Cant. adhibuerunt *Barneſ. Pierſ. King.* ſolus *Pierſius* diverſam ab edita nobis inde lectionem enotavit μεῖζον', non magni quidem illam momenti, neque tamen editori negligendam: vellem, quidquid tanquam rem nullius reiecit *Kingius*, cum orbe literato communicaretur ex Angliæ Codicibus; multa detegerentur, quæ, manu artifice tractata, dramatis Euripideis expoliendis inſervirent: μεῖζον, an μείζον' ſcribatur parum intereſt: μείζον' quinimo frequentius in talibus numero plurali: Tragicus tamen noſter in Heraclid. v. 933, μείζω τῆς τύχης φρονεῖν πολύ. Supplic. v. 844, ——— κρείσσον' ἢ λέξαι λόγῳ. quocum congruit Euripideum apud *Strabon.* VIII, p. 563. B. μείζον' ἢ λόγῳ φράσαι· ſed ibi iungitur cum voce ἀρετήν.

Vs. 711. Κήδει τ' Ἀδράστου καὶ στρατῷ πεποιθότα.] Pro πεποιθέναι ſic legebatur in Codicibus Bodleianis omnibus; in binis Leidd. (Flor. Κήδη

 τ'

τ' A. κ. στ. πεποιθότες) Cantabrig. quod itaque præferendum in notis cenſuit *Kingius*, id absque ulla hæſitatione Trag co reſtitui: nihil quidem erat in vulgata, quod quempiam offenderet; ſed in iſtis obſecundandum eſt Codicibus. Amant in talibus quoque loquendi formis nonnunquam ponere participium, ubi modum infinitivum nemo reprehenderet: *Eurip.* Rheſo v. 953, —— οὐδὲν μάντεως ἔδει Φράσαι, Ὀδυσσέως τέχναισι τόνδ' ὀλωλότα. Cyclopis v. 443, *nihil iucundius audirem*, ἢ Κύκλωπ' ὀλωλότα. *Sophocles* Oed. in Col. v. 1576, —— ξυντομωτάτως μὲν ἂν Τύχοιμι λέξας Οἰδίπουν ὀλωλότα. *Salvum te adveniſſe gaudeo* dicebatur & Χαίρω σε ἐληλυθότα. Hunc orationis formandæ morem Oropiis, Atticorum vicinis, Grammatici veluti proprium tribuunt: Auctor *Etymologici M.* p. 808, 4. Χαίρω σε ἐληλυθότα, Ὠρωπικοὶ οὕτω λέγουσιν, καὶ Εὐριπίδης Σισύφῳ. *Barneſius* in *Euripidis* fragm. p. 493. velut Siſyphi fragmentum nobis affert: —— Χαίρω σ' ἐληλυθότα: nihil præterea: prætermiſſi potuerat *Barneſius* apud *Suidam* invenire: ubi namque leguntur eadem in *Suidae* Lexico, dramatis titulum hæc ſequuntur: Χαίρω τέ γ', ὦ (X. τέ γε σ' ὦ —— *Suidas* habet *Aldi:*) βέλτιστε Ἀλκμήνης τέκος, Τόν τε μικρὸν ἐξολωλότα. Hæc apud *Etymologum* omiſſa non ſane reiicienda ſunt. Quia *Homereum* eſt τέκνον φίλε, nemo tamen adeo iacentem habebit aurem, ut hic idcirco ſervari velit βέλτιστε Ἀλκμήνης τέκος. Docti iudicent, an ſic ſcriptus locus videatur integer:

Χαίρω μὲν, ὦ βέλτιστον Ἀλκμήνης τέκος,
Σ' ἐλθόντα, τὸν δὲ μικρὸν ἐξολωλότα.

Euripides Rheſo v. 390, Χαίρω δὲ σ' εὐτυχοῦντα, καὶ προσήμενον Πύργοισιν ἐχθρῶν· Sed neque hæc neque illa nonnullis videbuntur *Euripidea:* mihi Rheſus *Euripidis*, *Critiae* fuiſſe videtur Siſyphus.

Vs. 712. Ἀλλ' εἰς θεοὺς χρὴ ταῦτ' ἀναρτήσαντ' ἔχειν.] Nihil in his adeo dignum erat notatu; nam ἀναρτήσαντ' ἔχειν poſitum pro ἀναρτῆσαι ſatis notum videri poterat: novi tamen, quos Ionica, ſed & Atticis valde frequentata, forma loquendi deceperit; illud præterea; uſus iſtius rationem plerisque minus fuiſſe perſpectam; propterea videbatur hæc tractaturis explananda. Vbi ſcriptor non ſanequam Atticus *Diogen. Laërt* IX, §. 40, poſuit ἐπαινέσας ἔχει, pro ἐπῄνεσε· *Iſ Caſaubonus*, ſed admodum iuvenis, *ita*, ait, *millies Poëtae, praeſertim Comici & Tragici; ſed & caeterorum ſcriptorum elegantiſſimus quisque non raro.* Comicorum diverſorum loca, in quibus iſthæc obtineat forma, legerat *Caſaubonus* perpauca; multo plura ſolus ſubminiſtraret *Herodotus*: ex aliis nonnulla collegit *Henr. Steph.* Append. de D. A. p. 165. quæ partim *G. Budaeo* debentur; quod e *Gregor. Naz.* protulit utrcque. potuerat apud optimos invenire: *Plato* Phædro p. 257. c. τὸν λόγον σου πάλαι θαυμάσας ἔχω. idem illud θαυμάσας ἔχω legitur in *Sophoclis* Oed. Col. v. 1136, Philoct. v. 1356. hoc in loco per θαυμάζω Scholiaſtes interpretatur, in altero per ἐθαύμασα· frequentarunt Atticiſtæ; *Lucian.* Alexandro §. 61. *Heliodor.* V, p. 228, ἐγώ σου τὴν —— τῆς θυσίας (οὐσίας male vulgatur) πολυτέλειαν ἔχω θαυμάσας· *Phrynichus* Eclog. p. 2, & p. 184. ceterique. Cum quibusvis verbis eadem obtinet ſtructura, ſed præſertim apud Tragicos; apud *Euripiden* aliquoties; apud *Sophoclem* multo frequentius: in *Aeſchyli* fabulis, quæ ſuperſunt, nuspiam illa, quod meminerim, locum invenit: nam ſi vel in Supplic. v. 925, ubi vulgatur ἐγὼ, mecum cenſueris corrigendum:
Πᾶς

Πῶς δ' οὐχί; τἀπολώλοθ' εὑρίσκων ἔχω. verbum tamen *ἔχω* vim ſuam nativam ſervare fateberis: *inveniens perdita teneo:* ſed in *Aeſchylei* dramatis deperditi fragmento, quod ſervavit *Ariſtoteles* Hiſt. Anim. IX, c. XLIX, (emendatum a *Scaligero* Comm. in Aetnam *Severi* p. 151, 152) p. 309, 20. legitur: *Πεποικίλωκε, κἀποδηλώσας ἔχει.* Verbum *ἔχω* hoc uſu ponitur in *Euripidis* Or. v. 1396. Med. v. 33. Hipp. v. 932. Iphig. in Aul. v. 659. Troaſ. v. 318, 1150, Bacch. v. 53. Hel. v. 840. Ion. v. 230, 615, 736. Herc. Fur. v. 264. Perperam legitur in Heraclid. v. 437, *αἰνέσας δ' ἔχω·* ubi ſcribendum *αἰνέσαι δ' ἔχω·* ut v. 486, *αἰνεῖν ἔχω.* Verſus eſt in Hecuba 1013 ſic vulgatus:

Ποῦ δῆτα; πέπλων ἐντὸς ἢ κρύψασ' ἔχεις;

interpretantur: *Ubi ſane? intra veſtes, aut occultans habes.* *ἢ* ponendum interrogantis:

Ποῦ δῆτα, πέπλων ἐντὸς ἢ κρύψασ' ἔχεις;

ubi tandem, an intra veſtes occultaſti? Scholiaſtes in *Euripidis* Med. v. 33, ut *ἀτιμάσας ἔχει* monſtraret Attice poſitum pro *ἠτίμησε*, duo profert *Sophoclis* e fabulis, quæ periere, loca: ſimilia triginta potuerant e ſeptem, quæ ſuperſunt, excitari; nonnulla deſignavit Clariſſ. *Weſſeling.* Obſ. I, c. XXIV, p. 97. optime reponens in Antigon. v. 930, *ἐκπροτιμήσασ' ἔχω·* pro *ἐγώ.* Hunc in cenſum non retulerim Antigones v. 1054, nam *τρέσας ἔχω*, pro *ἔτρεσα* poſitum, quomodo cum reliquis *Θάπτειν παρήσω κεῖνον* connecteretur? in iſtius dramatis v. 327, *Οὔκουν τίδ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ·* ſcriptus Codex præfert *ποιήσας ἐγώ.* corrigendum *ἔχω.* *Soph.* Aj. v. 21. *πρᾶγος ἄσκοπον Ἔχει περάνας.* Schol. *ἀντὶ τοῦ ἐπέρανε. εἰς τὸ ῥῆμα τῆς μετοχῆς γὰρ διαλύεται ὁ λόγος.* Illud arbitror ignoraſſe Grammaticos, quæ tandem ratio fuerit huius formæ loquendi, quacum altera *Φλυαρεῖς ἔχων*, itidem adamata *Sophocli*, licet ex eodem fonte derivanda, toties tamen ab hominibus Eruditis confundi non debuerat. *Ἔχειν* interdum idem ſignificat ac *εἶναι, τυγχάνειν, κυρεῖν*, velut in *Soph.* Aj. v. 320. Oed. Tyr. v. 600. Phil. v. 22. Ut autem iſta, participiis iuncta, periphraſi, quam vocant, inſerviunt, ſic in his, quæ protuli, verbum *ἔχειν.* utrum dicatur *ἔχει περάνας*, an *ἐστὶ* vel *κυρεῖ* vel *τυγχάνει περάνας* nihil intereſt: hinc facile poterit æſtimari quidquid eſt iſtius generis: alteram, quam attigi, formulam *ληρεῖς ἔχων* ſolus fortaſſe *Gregorius* recte cepit de Dial. Att. §. 70, poſitam, *ἀντὶ τοῦ ἔχεις καὶ ὑπάρχεις ληρῶν, ὃ καὶ αὐτὸ Ἀττικὸν ἀντὶ τοῦ ληρεῖς ἐστιν.* hæc ſubminiſtravit Codex Leidenſis, idem ille, quo *Henr. Stephanus* Animadverſ. in lib. de Dial. fuit uſus.

Vs. 713. *Ἃ δ' ἐμποδὼν μάλιστα, ταῦθ' ἥκω Φράσων.*] Excitat iſta ſub *Aeſchyli* nomine *Thomas M.* in v. *Ἐμποδὼν*, Clar. *Abreſchio* notatus Anim. ad *Aeſch.* p. 72. Inprimis apud Comicos & Tragicos frequentiſſime legitur *ἥκω Φέρων*, nuſpiam *ἥκω Φράζων·* ſemper *ἥκω Φράσων* vel *ἔρχομαι λέξων. ἔρχομαι Φράσων*, *Herodot.* I, c. 194. II, c. XI. & alibi. —— In Vs. 715, pro *αἰχμάλωτος*, neſcio quid *Barneſium* moverit, ut legendum ſuſpicaretur *αὐτομόλητος·* quod ne notum quidem fuit *Euripidi.*

Vs. 717. *Μέλλειν πέριξ πύργοισι Καδμείων πόλιν Ὅπλοις ἑλίξειν αὐτίκ' Ἀργείων στρατόν.*] Quod *Barneſ.* pro *Μέλλων* reſtituit, *Μέλλειν* iam dederant *Aldus* & *Hervagius.* Præterea literam, quæ ſæpius excidit a vicinis eliſa, reſtituendam arbitror ſcribendumque: *πύργοισι Καδμείων πόλιν Ὅπλοις θ' ἑλίξειν·* tantilla res ignorata

hunc

hunc quoque locum obscuraverat. Interpretes censuerunt iungi debere voces πέριξ πύργοισι, has interpretati *circum turres*, vel *undique ad turres* Thebarum scilicet! Quis, obsecro, Græce vel Latine sic loquutus est? Rectius reliquis *Ratallerus*: *Cadmea mox cingent Pelasgi moenia, Armisque & obsidione difficili prement.* Thebas dicuntur Argivi πέριξ ἑλίξειν πύργοις ὅπλοις τε· hæc istum in modum iungenda iudico; neque tamen adspernarer, si vocem magis aptam Codex antiquus pro πύργοισι subministraret. Vir quidam Eruditissimus per πύργους hic designari putabat *Argivorum copias, quae manipulatim & per cuneos* (πυργηδὸν) *Thebas invaderent.* Alii forte *turres* mallent intelligere, quas Argivi Thebarorum muris admoverent armatis implendas; si earum usus vel Thebano bello, vel *Euripidis* aevo saltem, iam fuisset a Græcis receptus: vid. *Lipsii* Poliorcet. II, Dial. IV. *Stewech.* ad *Vegetii* IV, c. XVII. Quidquid huius fuerit, Ὅπλα certe sunt *armati*, ὁπλῖται vel ὡπλισμένοι. Pictor in tabula Thebas obsessas repræsentante dicitur περιβάλλων τοῖς τείχεσιν ἄνδρας ὡπλισμένους, *Philostr.* Icon. I, c. IV, p. 768. *Euripides* in Oreste v. 444, Κύκλῳ γὰρ εἱλισσόμεθα παγχάλκοις ὅπλοις. *Schol.* ὑπὸ ἀνδρῶν ὡπλισμένων. Scribi malim isto versu, Κύκλῳ γ' ἑλισσόμεσθα· vel, si quis illud præferat, Πέριξ ἑλισσόμεσθα· vocem Πέριξ Grammatici interpretabantur κύκλῳ. est autem *Euripideum* πέριξ ἑλίξαι, quod in *Platonis* etiam est Timaeo p. 73. A. exstat in *Euripidis*, ex Antiopa procul dubio, verbis apud *Longinum* π. Υ. Sect. XXXIX, 7. conf. Androm. v. 265. Herc. Fur. v. 243. Elec. v. 561.

Vs. 719. Ἐξοιστέον γ' ἄρ' ὅπλα] Solus *Grotius* sic recte vulgavit: Ἐξοιστέον τ' ἄρ', ut erat in ceteris Edd. ferri nequit: neque enim, qui plus paulo fuerit in his exercitatus, τε & γε ab Atticis Poëtis promiscue poni posse censebit: ad evitandum hiatum sæpe quidem interseritur γε, nunquam huic uni fini τε inservit: *Aesch.* Choeph. v. 110. Ἐμοί τε καὶ σοί γ' ἄρ' ἐπεύξομαι τάδε; *Sophocli* pro γὰρ aliquoties γ' ἄρ' est restituendum.

Vs. 723. Ἐγᾦδα κείνους] In talibus sæpenumero, sicut hic in Codicibus MSS. obscurarunt librarii veterem scribendi contrahendique morem. Ἐγὼ οἶμαι prout in ἐγᾦμαι, sic ἐγὼ οἶδα passim ab Atticis in ἐγᾦδα contrahebatur: hoc legitur in fragmentis *Sophoclis*, *Strattidis*, *Cratini*, apud *Plutarch.* T. II, p. 74. E. *Athen.* XI, p. 467. C. 494. C. *Sophoclea* apud *Plut.* sunt Ulyssis ad iratum Achillem, abiturum se minitantem, verba, sic integranda:

Ἐγᾦδ' ὃ φεύγεις, οὐ τὸ μὴ κλύειν κακῶς,
Ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστί· θυμαίνειν καλόν.

quod vulgatur ἐστίν. οὐ μένειν καλόν· *Grotius* in Excerpta recepit p. 153. In Var. Lect. *Plutarcho* subiectis θυμαίνειν e *Turnebi* Codice profertur, ex illo *Vulcobii* θυμαίνειν· origo mendæ tironibus quoque patebit —— In Vs. 724. *Grotius* vulgarat: Ἔχει τίν' ὄγκον τ' Ἄργος· rectius omittitur articulus.

Vs. 726. Θέλοιμ' ἂν, ἀλλὰ τοῦθ' ὁρῶ πολλοῦ πόνου.] Non male supplet Schol. δεόμενον· *Plato* LL. IV, p. 708. D. τὸ δὲ συμπνεῦσαι —— χρόνου πολλοῦ καὶ παγχάλεπον. Si legeretur: ἀλλὰ τοῦθ', ὁρᾷς; πολλοῦ πόνου· sub audiendum esset δεῖ. *Aeschyl.* Prom. v. 874. ταῦτα δεῖ μακροῦ λόγου Εἰπεῖν· *Euripides* Hipp. Cor. v. 23, Οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ. Solet illud ὁρᾷς sic a Tragicis & Comicis adhiberi. *Soph.* El.

El. v. 630, Ὁρᾷς; πρὸς ὀργὴν ἐκφέρῃ. *Eurip.* Androm. v. 87. add. notata *Dawesio* Misc. Crit. p. 326, 327. —— Cum versu 725 conferatur v. 572. Herc. Fur. Νεκρῶν ἅπαντ' Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου.

Vs. 727. Ὡς σὺ κάθεξω τειχέων εἴσω στρατόν.] In quibusdam Edd. quæ *Barnesianam* antecessere, legebatur Ἴσθι ὡς σὺ κάθεξω τ. ε. στ. *Gul. Canterus* N. L. IV, c. I, *Quin*, ait, *e glossa primum* [illegible] *sit, quis* [illegible]*erit?* *Cantero* [illegible] & *Aem. Portus* adstipulantur: duorum ante *Barnes.* qui multum hic argutatur, Ἴσθι *Grotius* eiecerat: non equidem arbitror illud Ἴσθι, quod deest in MSS. Cod. Flor. Leid. [illegible] scripti Codicis contextu. [illegible] Venetiis *Aldus* vulgarat: Ὡς σὺ κάθεξω τ. ε. στ. non aliter *Io. Hervagius* Basileæ anno MDXXXVII. sed in Edit. Basileënsi, anno MDLI renovata, reperitur Ἴσθι ὡς σὺ κ. non sane petitum e MSto Cod. nam nullum adhibuit *Io. Oporinus*, qui huic præfuit Editioni, sed e nota marginali viri cuiusdam non indocti; nam in præfat. scribit se *priorum editionum vitia non pauca emendasse, & eruditi cuiusdam viri exemplar* [illegible] *secutum*: hic, quod in Scholiis invenerat, ἴσθι, (γίνωσκε Cod. Baroc. suppeditavit) in *Euripideis* [illegible], ad marginem libri sui posuerat, ab operis, nam *Oporino* hoc imputari nolim, in ipsius [illegible] contextum receptum: similimam huius versus structuræ *Canterus* & *Portus* deprehenderant in Phœn. v. 1658, Ὡς οὔτις ἀμφὶ τῷδ' ὑγρὰν θήσει κόνιν· eamdem invenire potuerant in v. 526, Ὡς σὺ παρήσω τῷδ' ἐμὴν τυραννίδα. & in v. 628, Ὡς τάχ' οὐκ ἔθ' αἱματηρὸν τοὐμὸν ἀργήσει ξίφος. Androm. v. 587. —— Nostro versu ἔσω, vel εἴσω scribatur, nihil refert: εἴσω præfert Cod. Flor. Secundum Grammaticorum placitum, ἔνδον hic fuerat ponendum, *intus*: ἔσω est *intro*; quod hoc sensu tribus & viginti locis adhibuit *Sophocles*, qui decies tamen ἔσω ponere non dubitavit in quiete. *Quinctilian.* I. O. I, c. V, p. 64. *Eo intus; & intro sum, soloecismi sunt.* —— Versu sequenti 728 *Io. Piersonus* corrigendum suspicabatur: Καὶ μὴν τὸ νικᾷν 'στὶ κᾷν εὐβουλίᾳ.

Vs. 731. Εἰ νυκτὸς αὐτοῖς προσβάλοιμ' ἂν ἐκ λόχου;] *Piersius* e MS. Cantabrig. προσβάλοιμ' ἂν in contextu posuit: hunc sequitur *Kingius*, hoc ut amplecteretur, eo potissimum motus, quod in vicinis versibus legerentur in singulari, καθέξω, τράπωμαι, προσβάλω. quia bini Leidenses MSS. idem illud exhibebant, προσβάλοιμ' ἂν recepi; neque tamen olim vulgatum, in Cod. Flor. repertum, προσβάλοιμεν temere spreverim. *Thucyd.* III, c. XXX. εἰ οὖν προσπέσοιμεν ἄφνω τε καὶ νυκτός· —— In Leidensium altero legitur: Ἢν νυκτὸς αὐτοῖς προσβάλοιμ' ἂν —— sæpe quidem εἰ & ἢν sedes commutarunt, sed hic stare nequit ἢν —— προσβάλοιμ' ἄν, aut προσβάλοιμεν. —— Ceterum in hoc Eteoclem inter & Creontem dialogo elucet *Euripidis* artificium non vulgare, Imperatoriam in Creontis persona prudentiam [illegible], in Eteocle contra militis audaciam minime providam: in *Euripidis* Rheso, quam hic Creon, personam sustinet Aeneas; quam hic Eteocles, illic Hector: cum *Euripideis* in Phœn. a v. 717. —— ad 755. conferatur Rhesus v. 87 —— 130. & eadem opera corrigatur isthæc pars dramatis e Cod. Flor. v. 90, Αἰνέα πύκαζε τεύχεσιν δέμας σέθεν. v. 94, Τί τῶνδ' ἂν εἴποις· v. 98, ἀφορμήσειν χθονός. 99, —— χέρας· v. 122 Αἴθων γὰρ ὡνὴρ καὶ πεπύργωται θράσει. *Homerus* in Il. M providentis Ducis ex-

exemplar expinxit in Polydamante, in Asio militis arrogantis: vid. *Dion. Chryf.* Orat. LV, p 562. D. p. 563. A.

Vs. 732. Εἴπερ σφαλεὶς γε δεῦρο σωθήσῃ πάλιν.] Sic *Pierf.* & *Barn.* vulgarunt: fed, quam pofuerant illi, fuftuli notam interrogandi: hæc etiam Codicum erat Leidenfium, Cantabr. Flor. nec non Editionum *Aldi Hervagiique* lectio; nifi quod in his σφαλεῖς fcriberetur: genuinum eft σφαλεὶς· *Chaeremon* in *Stob. Grot.* p. 29, Σφαλεὶς γὰρ οὐδεὶς εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ. Quod in Codice Scaligerano pofitum teftatur *Barnefius*, σφαλῇς *Kingius* in contextum recepit: ne teftificante quidem *Barnefio* crederem, Εἴπερ σφαλῇςγε corrigi voluiffe *Scaligerum*; hic enim pofuiffet Ἤνπερ σφαλῇς γε· ficut infra v. 765, ἐάν τι τῆς τύχης ἐγὼ σφαλῶ· In nonnullas Editiones irrepferat δεῦρο σ' ὠθήσῃ πάλιν. modefte *Gul. Canter. videtur*, inquit, *legendum* σωθήσῃ· Quid hic *Barnefius*? non minus aliam fibi lectionem ait placere σ' ὠθήσῃ, pro σὺ ὠθήσῃ, *repelleris*. Vbi tandem ὑψιλὸν in σὺ legerat elifum *Euripidis* Editor? Dediffe faltem potuerat δεῦρ' ἐσωθήσῃ πάλιν, *huc iterum in urbem repelleris*. cui tamen commento nimis arguto vulgatam præfero, vel ab hac paulo diverfam lectionem. Εἰς πόλιν σωθῆναι vel διασωθῆναι vulgo quidem fignificant *falvum & incolumen in urbem pervenire*: vid. *Gataker*. A. M. P. c. XXXI, fed vel unicum mihi dari velim *Euripidae* locum, in quo σωθῆναι πάλιν legatur, atque adeo fignificet *incolumen redire*. Dum illud fiat, fufpicabor σωθήσῃ fupra fcriptum genuinæ lectioni, quæ, fi vere conicio, hæc fuerit primitus:

Εἴπερ σφαλεὶς γε δεῦρο σῶς ἥξεις πάλιν. *fi quidem fpe fruftratus huc falvus redibis*, vel *redire poteris*. *Euripidis* eft ex Erechtheo verfus ap. *Stobaeum* Tit. III, p. 360. 17. Οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλιν. *Ariftoph.* Equit. v. 612. Καὶ νῦν ἐπειδὴ σῶς ἐλήλυθας πάλιν. *Aefchyl.* Agam. v. 627. Εἰ νόστιμός γε καὶ σεσωσμένος πάλιν Ἥξει σὺν ὑμῖν. Ἥκειν πάλιν & fimilia frequentat *Euripides*: Alc. v. 1019. δεῦρ' ὑποστρέψας πάλιν. Herc. Fur. v. 25, ἔνθεν οὐχ ἥκει πάλιν· Iph. Taur. v. 531, Κάλχας τις ἦλθε μάντις ἐκ Τροίας πάλιν; v. 772, —— ἥκει πάλιν; v. 1316, —— καθαρὸν ὡς μόλοις πάλιν· v. 1421, —— πάλιν μολοῦσα δεσποτῶν χέρας· Addantur Hec. v. 1020. Bacch. v. 1223. Herc. Fur. v. 1406. Rhef. v. 235, 591, 774. In talibus nonnunquam πόλιν vulgatur, ubi fententia πάλιν poftulat: exemplo fit noftro fimillimus locus in Rhefo, quo Hectorem Aeneas, ut hic Eteoclem Creon rationum pondere coërcet: dixiffe fertur v. 115, Νικώμενος μὲν, τήνδε μὴ μόλῃς πόλιν· fic loqui poterat, fi in urbe fuiffent verfati; fed caftra Troiani fuerant ad Græcorum navale metati, quod e toto dramate manifeftum & ex *Homeri* fcena in Il. K. Corrigendum puto: Νικώμενος μὲν τῇδε, μὴ μόλῃς πάλιν.

Vs. 733. Ἴσον φέρει νὺξ, τοῖς δὲ τολμῶσι πλέον.] Hic quoque locus effe poterit documento, quam utile fit, verfuum, qui hic illic fparfi iacent in Veterum fcriptis, perveftigaffe fedem: narrat *Polybius* in Excerpt. e Legat. CXIV. p. 189. ed. *Urf.* ad Demetrium, antequam fuga fe fubduceret ex urbe, male moras nectentem, mififfe fe tabellas, quibus aliquot effent infcriptæ Poëtarum fententiæ: quod latuit *Urfinum*, verfus effe vidit *If. Cafaubon.* iftorum verfuum fecundus fic vulgatur in ed. *Gron.* p. 1311,

Εἰς ὃ φέρει νὺξ· τοῖς δὲ τολμῶσι τὶ πλέον. fyllabam faltem fuperfluam tollere debuerant: nunc tandem corrigi poterit, Ἴσον φέρει νὺξ, τοῖς δὲ τολμῶσι πλέον· at-

atque interpretatio *Grotii* in locum *Casaubonianae* reponi, quæ hæc prostat: *Vbi atra nox. Fortuna forteis adiuvat*: iisdem mendis deformatum hunc versum cum vicinis adhibuit *Casaubon.* in *Sueton.* Aug. c. 89.

Vs. 734. Ἐνδυστυχῆσαι δεινὸν εὐφρόνης κνέφας.] Schol. in *Aristoph.* Vesp. v. 1115. Ἐμβραχὺ, τὸ βραχὺ, ὡς Ἐμφαγεῖν, τὸ φαγεῖν· καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ Ἐνδυστυχῆσαι, ἀντὶ τοῦ δυστυχῆσαι. nostrum versum designavit Vir D. in Miscell. Observ. V. 111, p. 108. & e Bacch. v. 508. ubi certe compositum illud vice simplicis poni videtur, sed nostro loco sua vi præpositio non caret.

Vs. 735. —— προσβάλω δόρυ;] Olim legebatur προσβάλλω δ. alterum *Kingius* posuit & in A Leid. reperitur: Ms. Flor. præbet προσβαλῶ· quod receperunt *Grotius* & *Piersius*: mihi dubitantis esse videbatur Eteoclis interrogatio; propterea signum subieci, alterique lectioni prætuli προσβάλω. tali quippe congruit modus subiunctivus. *Sophoclis* Trach. v. 394, Ἡμεῖς δὲ προσμένωμεν; Philoct. v. 541, Ἐπίσχετον, μάθωμεν; conf. *Eurip* Hec. v. 1041. Or. v. 218. Ex his aut e vicinia petitum βούλει nostro quoque versu poterit a Lectore suppleri.

Vs. 737. Βαθύς γέ τοι Δίρκαῖος ἀναχωρεῖν πόρος.] Quum δέ τοι vulgaretur, recte *Barnesius* & deinceps *Kingius* γέ τοι scribendum curarunt; neuter vim vocularum istarum percepit, quæ hic debuerat exprimi per *atqui certe*: hac virtute frequentantur ab Atticis. —— Videtur autem hic Tragico locus obversatus *Homeri* ex Il. M, v. 62, Ἀφραδέως διὰ τάφρον ἐλαύνομεν ὠκέας ἵππους· Ἡ δὲ μάλ' ἀργαλέη περάαν. *Statius* Theb. x, v. 515. —— *at patulas saltu transmittere fossas, Horror equis.* confer. *Eurip.* Rhes v. 111, 112. & *Ezech. Spanhem.* ad *Callim.* h. in Del. v. 76. —— In versu sequenti syllaba vocis κάκιον media, semper apud Tragicos & Comicos Atticos producta, *Battierium* fefellerat.

Vs. 739. Τί δ' εἰ καθιππεύσαιμεν Ἀργείων στρατόν;] Pro στρατῶν, ante *Burnesium*, *Grotius* emendate iam vulgarat στρατὸν, quod libri quoque præferunt Leidd. & Florent. Pro καθιππεύσαιμεν *Kingio* legendum videbatur καθιππεύσαιμ' ἂν, mihi vero, non esse recedendum a vulgato. —— Versu sequenti literam olim omissam in ἅρμασιν optime restituit, ut alibi sæpenumero, *Kingius*.

Vs. 743. Τίς οὖν πρόνοια γίνεται σοφωτέρα;] Quod scribit in hunc locum *Scholiastes*, iis nititur, quæ leguntur in Scholiis ad Hecubæ v. 85. ἀεὶ τὰ —— ἀπορίαν ἐμφαίνοντα ὑποτακτικοῖς συντάσσονται. οἷον, τίς γένωμαι; καὶ, πῆ τράπωμαι; —— Leve quidem, nec tamen editori negligendum, pro γίνεται in Attico Tragico scripturam emendatiorem γίγνεται postulare, quod Phœn v. 483. recte *Kingius* posuit e MS. & in v. 1356. Codex exhibet Flor.

Vs. 745. Τί προστετάχθαι δρᾶν.] Duplicem commemorat *Interpres* Græcus exemplarium veterum lectionem προστετάχθαι, & προστέτακται· quarum hæc correctori, illa debetur *Euripidi*: videantur superius notata in Vs. 394.

Vs. 748. Ἕπτ' ἄνδρας αὐτὸς καὶ σὺ πρὸς πύλαις ἑλοῦ.] *Grotius* recte vulgavit αὐτὸς καὶ σὺ, pro αὐτοῖς καὶ σὺ; quod Codices etiam exhibere videntur; nihil inde cogas, nisi vetustatem mendæ: paulo superius legebatur: Ἕπτ' ἄνδρας αὐτοῖς φασὶν, —— id, de-

describentis adhuc inhærens memoriæ, nostrum versum corruperat, e duobus expressum *Aeschyli* Theb. 57, 58, Πρὸς ταῦτ' (*Propterea*) *ἀρίστους ἄνδρας ἐκκρίτους πόλεως Πυλῶν ἐπ' ἐξόδοισι τάγευσαι τάχος.*

Vs. 751. —— *ἀμύνειν τειχέων προσαμβάσεις*] Antiquarum Edd. scripturam *πρὸς ἀμβάσεις* revocavit *Kingius*: alteram probarunt *Canterus*, *Grotius*, & *Battierius*. Codex Flor. (sed Codicum est in talibus auctoritas exigua:) *προσαμβάσεις* hic exhibet, & alibi in Phœn. v. 492, v. 1180, ubi *κλιμάκων προσαμβάσεις* sunt *scalarum gradus*, ut in Bacch. v. 1211. vid. *Gul. Canteri* N. L. III, c. III. Ἀμύνειν *τειχέων πρὸς ἀμβάσεις* quid significare possit non exputo: sed *ἀμύνειν τειχέων* (aut, si quis malit, *τείχεσιν*) *προσαμβάσεις* notat *a moenibus adscensum arcere*, atque adeo *moenia tueri*. sententiam expresserunt *Ratallerus* & *Grotius*.

Vs. 753. *Θάρσει προκρίνας, ἢ φρενῶν εὐβουλίᾳ;*] Hoc, quodque sequitur, Ἀμφότερον, *ἀπολειφθὲν γὰρ οὐδὲν θάτερον*· sæpius videri posset usui venisse; sed ista talia, simul loquentium accommodata scenæ, raro solent extra scenam usurpari, quoniam eorum pendet a præcedentibus intellectus. *Homericum*, Ἀμφότερον *βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής*, non dubito quin respexerit hic *Euripides*: *Regem ἀγαθὸν* conficit *φρενῶν εὐβουλία*; dos est Imperatoris non minima *θάρσος*, si primam, *τὴν εὐβουλίαν*, comes sequatur: *Libanius* Declam. IV, p. 259. c. *ἰσχὺς καὶ σύνεσις ἑκατέρα μὲν μικρὰ πέφυκε πράττειν· ἄμφω δὲ συνελθοῦσαι μεγάλα.* *Scholiastes* hic Θάρσος interpretatur *ἀνδρείαν*· Grammaticis Ἀνδρεία dicitur *σώματος δύναμις ἐπαινουμένη*· sic legendum arbitror in *Ammon.* p. 15. Insignis est ex *Euripidis* Oedipo locus in *Stob.* Flor. *Grot.* p. 47. Nostrum locum præter cetera protulit *Ios. Wasse* ad *Thucyd.* p. 174, 24. in præfat. Cl. *Dukeri*, quibus ostendere nititur, veteres etiam *θάρσος* in malam sumsisse partem; ab hoc saltem loco *Wassium* retrahere debuisset alter e Supplic. v. 161, ubi Theseus ad Adrastum: Εὐ*ψυχίαν γ' ἔσπευσας ἀντ' εὐβουλίας*, Ὃ *δή γε πολλοὺς ὤλεσε στρατηλάτας*· horum versuum secundum Adrasto male tribuunt Editiones; mitto *Barnesii* commentum, quodque positum olim videbatur γ' inde servi. Notat *εὐψυχία magnitudinem animi*; hæc *fiduciam* parit *in periculis suscipiendis*, *θάρσος*; quam, in duce necessariam, moderari tamen debet *φρενῶν εὐβουλία*· vid. notata *Spanhemio* ad *Iuliani* Orat. I, p. 301. A.

Vs. 755. Ἔσται τάδ'. *ἑπτάπυργον ἐς πόλιν μολὼν* Τάξω *λοχαγοὺς πρὸς πύλαισιν,*] Sic e Codicibus vulgarunt *Grotius*, *Piersius* & *Kingius*; nisi quod hic solus *ἐς* posuerit pro *εἰς*. *Barnesius* dederat *ἐλθὼν δ' ἑπτάπυργον ἐς πόλιν*, una tantum voce mutato, nam priorum hæc erat Editionum perversa lectio, Ἔσται τάδ', *ἐλθὼν δ' ἑπτάπυλον ἐς πόλιν*· unde fluxerit, Codex manifestat Leidensis B, in quo genuinæ scripturæ, E. T. *ἑπτάπυργον ἐς πόλιν μολὼν*, superscriptum *ἀντὶ τοῦ ἑπτάπυλον*· eamdem veram lectionem Leid. A & Flor. repræsentant; in illo tamen *εἰς* legitur; in hoc *δ'* ante *ἐς* male positum. Ἑπτάστομον *πύργωμα*, quod est in Phœn. v. 294, restituendum in *Eurip.* Supplic. v. 1221. pro Ἑπτάστολον· vid. *Eurip.* Bacch. v. 917, & *Sophoclis* versus apud *Dicaearchum* p. 16. —— Hoc *Phoen.* loco *Scholiastes*: Ἐλθὼν δ' ἐς πόλιν] Γελοίως τοῦτό φησιν, ὡς μὴ ἂν νῦν ἐν τῇ πόλει. non placet inventum *Barnesii*. *Grotius* in Prolegom. p. 29, *Reprehenditur*, inquit,

quit, *quod Eteocles dicat, iturum se in urbem ἑπτάπυργον, id est, Thebas, cum iam intra eam urbem esset: sed, quamquam regia in urbe est, quis tamen nescit posse urbem a regia distingui?* urbem a regia posse distingui, verissimum: Acropolis fuit *Cadmea*, urbs ipsa *Thebe*, Θήβη dicebatur antiquitus, numero singulari, qui numerus forte reponendus infra v. 827. Zethus & Amphion τὴν πόλιν τὴν κάτω προσῴκισαν τῇ Καδμείᾳ, *Pausan.* IX, p. 720. postquam urbi cœpit acropolis adiungi, numerus *Thebarum* pluralis invaluit: in acropoli fuisse regium, ex *Aeschylo* liquet in Septem contra Thebas v. 246. Sed est in eodem *Aeschyli* dramate locus, quem, quoniam [illegible] obversabatur *Euripidi*, non [illegible] integrum attulisse; sic legitur v. 288. & seqq.

Ἐγὼ δ' ἐπ' ἄνδρας ἕξ, ἐμοὶ σὺν ἑβδόμῳ,
Ἀντηρέτας ἐχθροῖσι τὸν μέγαν τρόπον
Εἰς ἑπτατειχεῖς ἐξόδους τάξω μολών.

Canterus, Ἐγὼ δ' ἐπάρχους ἕξ, vel quid simile, restituendum [illegible]; *Stanlejus*, præpositionem ἐπ' a verbo per tmesin semotam; hoc non adeo displicet, neque tamen legi nollem, Ἐγὼ μὲν ἄνδρας ἕξ, —— sed *Euripidea*, ἑπτάπυργον ἐς πόλιν μολὼν Τάξω —— πρὸς πύλαισι —— prorsus concinunt cum [illegible] [illegible] hunc locum imitantem *Euripidem* [illegible] mum est [illegible] tendisse; [illegible] his [illegible], quod [illegible].

Vs. 757. Ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς.] Versum excitat in exemplum *E*[illegible] παρὰ τοῖς Τραγικοῖς καὶ Κωμικοῖς συστέλλεται ἀεὶ τὸ ι. Concinit *Euripidi Sophocles* Antig. v. 146, Ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ, ἐφ' ἑπτὰ πύλαις Ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους, ἔλιπον Ζηνὶ τροπαίῳ πάγχαλκα τέλη. *Apollodor.* III, p. 154, Ἐτεοκλῆς, καταστήσας ἡγεμόνας. ἴσους ἴσοις ἔταξε. Septem adversus Thebas [illegible] tradentem *Aeschylum* ipsi [illegible] quuti sunt Argivi, quod ubi monet *Pausan.* II, p. 156. plures tamen fuisse duces innuit.

Vs. 758. Ὄνομα δ' ἑκάστου διατριβὴ πολλὴ λέγειν,] Vide quantum dissideant a se invicem hic quoque hominum Eruditorum iudicia: secundum *Grotium* Proleg. p. [illegible] *Aeschyli reverentiam eo demonstravit Euripides, quod de septem Thebanorum [illegible] locum praeteriit, ab illo eximie tractatum,* (in Septem adv. Theb. v. 413 —— 680.) Contra R. P. *Brumoy, dans son Théatre des Grecs* T. IV, p. 178, *si l'on y regarde de près, il paroit qu' Euripide donne ici un trait de satyre assés fin à son prédecesseur.* mihi si [illegible] arbitrium, verum esse iudico, quod suspicabatur *Brumoy*. *Aeschyli* Septem adversus Thebas cum *Euripidae* [illegible], illius [illegible] cum [illegible] Electra [illegible] quaedam etiam alia occurrent, quibus *Aeschylum* noster notaverit. Sed, quod hic paucis fieri posse desperabat *Euripides*, [illegible] *Statius* [illegible], [illegible] *Hippomedon*; [illegible] *Haemon*; *Hypsea*, *Proetides*; [illegible] *Capaneus*. Hoc loco nomina *Statius* elegit, quæ maxime versibus suis essent accommodata: [illegible] in Theb. vss. 420, 454, 480, 510, 561, 626, [illegible] p. 70.

 Vs.

Vs. 761. Καί μοι γένοιτ' ἀδελφὸν ἀντήρη λαβεῖν,] Καὶ mihi quidem hoc in loco non placet, ubi mox sequitur: Καὶ ξυσταθέντα —— Legendum putem, Εἴ μοι γένοιτ' ἀ. idem incommodum in Alcesti v. 296, evitabitur, si sublato κ, quod e sequentis versus adhæsit initio, scribatur Οὐκ ἄν. —— Frequentius εἰ γὰρ, nonnunquam εἰ simpliciter positum, optantis est, & significat *utinam*: *Etymologus* p. 26, 50. Αἰ —— ἐκ τοῦ Εἰ, σημαίνοντος τὸ εἴθε· —— ὡς τὸ, (*Eurip.* Hec. v. 835.) Εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσι —— καὶ, Εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα· versus est *Hipponactis* iambicus tetrameter, *Hephaest.* p. 16. *Euripides* apud *Eustath.* in Il. Ψ, p. 1415, 10. Εἴ μοι (ἤγουν, εἴθε μοι, *Eust.*) τὸ Νεστόρειον εὔγλωσσον μέλος, 'Αντήνορος τε τοῦ Φρυγὸς, δοίη θεός. conf. Clar. *Abresch.* ad *Aesch.* p. 97. Non nescio, qua via defendi possit in *Sophoclis* Philoct. v. 324, Θυμῷ γένοιτο χεῖρα πληρῶσαί ποτε· *irato mihi contingat*: non enim sequerer alteram interpretandi rationem; si quis illud Θυμῷ correctoribus aut librariis imputare maluerit, me non invito faciet; si scilicet legerit:

Εἴ μοι γένοιτο χεῖρα πληρῶσαί ποτε.

Nuspiam illud εἰ optantis cum καὶ, quantum memini, coalescit; quod eo dico, ne quis nostro loco forte præferendum censeat Κεἴ μοι γένοιτ'. sæpenumero quidem apud *Euripiden* legitur κεἰ, sed, nunquam significans *atque utinam*, semper vim suam retinet nativam.

Vs. 762. Καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης ἑλεῖν δορὶ, [763 Κτανεῖν θ' ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν.] Horum versuum secundum conditori, quisquis ille fuerit, perplacuisse necesse est, siquidem dignus fuit visus, ut infra post v. 1384 repeteretur, ne litera quidem mutata. Versus noster 763 sententiam continet ingenio castigato, atque adeo *Euripide* minus dignam, &, ne dolo dicam, absurdam. Patriam Eteoclis vastare desiderasset, quisquis tandem Thebas venisset oppugnatum: quanto rectius morte dignum dixisset, qui suam ipsius patriam veniret vastaturus! præterea vide quam al eno loco legatur infra: hoc qui revocarit ad animum, eo facile delabetur, ut spurium versum hic etiam censeat interfertum ab eadem mala manu. Sed si spurius est v. 763, qui præcedit quomodo tandem scriptus olim prodiit? Clariss. *Abreschius* Anim. ad *Aesch.* p. 16, sequenti potissimum motus, scriptum fuisse suspicabatur:

Καὶ ξυσταθέντι διὰ μάχης ἐλθεῖν δορὶ,

suam istam coniecturam p. 17. exornans erudite: non parum ad illam accedere videbitur ponderis, ubi Codicem Florentinum (in quo ξυσταθέντα recte tamen legitur) illud ἐλθεῖν hic exhibere dixero. Elegantis ingenii Iuvenis, *Ioannes Piersonus* aliam viam institit Verisimilium L. II, C. V, p. 192, corrigendum ratus:

Καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης θένειν δορὶ,

Si mihi dare voluerit Cl. *Abreschius*, spurium videri versum 763, nihil esse causæ fatebitur, propter quam præcedentem,

Καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης ἑλεῖν δορὶ,

corrigere tentaremus; ipsemet enim loca protulit idonea, in quibus ἑλεῖν pro ἀνελεῖν positum reperiatur, aut ipsum illud legatur ἑλεῖν δορί· quibus addi poterit e *Soph.* Trach. v. 244. Ponam Polynicis votum e Phœn. v. 1376, 77. Δός μοι κτανεῖν ἀδελφὸν, ἀντήρη δ' ἐμὴν Καθαιμάξασθαι δεξιὰν νικηφόρον· succedat illud Diomedis ex *Homeri* Il. Ε, v. 118. Δὸς δέ τέ μ' ἄνδρα ἑλεῖν, καὶ ἐς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν· *Eustathius* p. 400, 38. σχῆμά ἐστι πρωθύστερον, ἤτοι ὑστερολογία. ἔδει γὰρ οὕτω κεῖσθαι, δὸς τὸν Πάνδαρον εἰς ὁρμήν τε ἐλθεῖν μοι ἔγχεος, καὶ δός μοι καὶ

φο-

φονεῦσαι αὐτόν. sic & in versu nostro *Schol.* ἑλεῖν δορὶ reddidit φονεῦσαι διὰ τοῦ δορός. Plerisque tamen genuinum videbitur, quod Codex dat Flor. quodque probasse memini *Adrianum Heringa*, Καὶ ξυσταθέντα διὰ μάχης ἑλθεῖν δορὶ, *Et hasta congressum cum ipso pugnare.*

Vs. 764. Γάμους δ' ἀδελφῆς Ἀντιγόνης, παιδός τε σοῦ ——— 766 Σοὶ χρὴ μέλεσθαι.] Legendum arbitror, Γάμου δ' ἀδελφῆς ——— Σοὶ χρὴ μέλεσθαι· *Sophocles* Oed. Tyr. v. 1465, Αἷν μοι μέλεσθαι, καὶ μάλιστα μὲν χεροῖν ψαῦσαί μ' ἔχετον. *Euripid.* Heraclid. v. 354. Εἰ σὺ μέγ' αὐχεῖς, ἕτεροι Σοῦ πλέον οὐ μέλονται. frequentat hac structura τὸ Μέλεσθαι *Apollon. Rhod.* I, 967, 1124, 1355. II, 837. *Leonidas* Anthol. IV, c. XII, ep. 38. Τοῦγ' ἁρπακτῆρος μήτι μέλεσθε λύκου. ——— Qui has literas tractant adolescentes nolim hic offendant ad nomen Ἀντιγόνης in ista sede: senarii tragici necesse quidem *Ut pes secundus, quartus, & novissimus, semper dicatus uni iambo serviat:* ——— tamen *solet Temporibus aequus non repelli tribrachys.* Sed in Ἀντιγόνης nomine, brevis illa vocalis ο sic pronuntiabatur, ut propemodum elisa videretur, certe temporis ne momentum quidem conficeret; hæc est ratio, quapropter aliquoties tres istius nominis syllabæ quartum occupent in senario locum etiam in Phœn. v. 88, 1270. Eadem est in similibus ratio: sagaciter hoc vidit monuitque *Sam. Clarkius* ad *Homeri* Il. B, 811. Celeberr. quidem *D'Orvillius* se *Clarkio* obiecit in Critica Vanno p. 517, sed ita, ut ad usum Linguæ Græcæ quotidianum attendisse minus videatur; quo sic sæpe vocales breves elidebantur, ut ne scriberentur quidem: exemplo sint verba δμάω· τμάω· μίγνω· πίπτω· πέφνω· κλέπτω· θρύπτω· στρόω· τρύω· de centenis pauca.

Vs. 766 ——— τὴν δόσιν δ', ἐχέγγυον, Τὴν πρόσθε, ποιῶ νῦν ἐπ' ἐξόδοις ἐμαῖς.] Sic exhibent Codd. Leidd. & recte vulgarat *Kingius* pro τὴν δόσιν τ' ἐχ· Idem in v. 764 eamdem literam recte commutarat, quod iam ante fecerant *Grotius* & *Piersius*. In Flor. Mſ. legitur Τὴν πρόσθε ποιῶν νῦν ἐπ' ἐξόδοις ἐμαῖς. *Grotius:* ——— *dicta quæ nuper fuit Dos, haec maneto: sitque post obitum rata.* Vereor ne quis, sacras conscribillans observationes, hoc etiam abusus loco, ἐξόδους vel ἔξοδον hic *obitum* vel *exitum vitae* nobis interpretetur; quomodo *Iacobum Elsnerum* Obſ. Sacr. T. I, p. 219, vocem cepisse memini in *Heracliti* Alleg. *Hom.* p. 420, ἄχρι τῆς ἀναιρέσεως τοῦ Πατρόκλου καὶ τῆς δι' ἐκεῖνον Ἀχιλλέως ἐξόδου· cum Achillis *exitus ad pugnam* designetur: iungit *Eustath.* in Il. Π, p. 1098, 21, τήν τε τοῦ Πατρόκλου πτῶσιν, καὶ τὴν τοῦ Ἀχιλλέως ἔξοδον εἰς μάχην.

Vs. 768. Μητρὸς δ' ἀδελφὸς εἶ.] Infra v. 841. recte ponitur εἶ σὺ, hic, ut a pueris intelligeretur, verbo εἶ adscripserant Magistri σὺ, quod librarii receperunt in contextum; εἶ σὺ legitur in binis Codd. Leidd. & in Cantabrig. Vulgatur in Androm. v. 205, Ἀλλ' εἰ ξυνεῖναι μὴ 'πιτηδεία κυρεῖς. corrigendum censeo:

Ἀλλ' εἶ ξυνεῖναι μὴ 'πιτηδεία, κόρη.

ut Hermionem, adhuc adolescentulam, acerbe *puellam* vocarit Andromache; superius dixerat in eadem oratione v. 191, Εἶτ' ὦ νεᾶνι· *intacta virgo* eximie Κόρη dicebatur; *sterilem iuvenculam* cur sic dixerit matrona, viro licet nuptam, obscurum non est.

Vs. 773. Ἐν δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀργόν·] In versum præcedentem ex Aug. & Flor. Codd. τ' pro δ' recepi: hic *Grotium* sequutus sum ceterosque qui posuerunt e Codd. ἐστὶν ἡμῖν ἀργὸν, pro ἡμῖν

ἡμῖν ἀργόν ἐστιν, quod in vett. erat Edd., prius etiam erat in Leidd. Codd. alterum tamen, secus atque arbitrabatur [illegible], ferri quoque poterat, accentu tantum mutato: ἡμὶν & [illegible] frequenter [illegible] apud Sophoclem [illegible]; [illegible] in Electra [illegible] vulgarunt [illegible] ubi ponendum erat ἡμὶν, vss. 17, 1331, 1388, 1470. vid. ad Ajacis v. 744. *Triclinius*, *Eustath.* ad Il. P, p. 1151, 11. *Henr. Steph.* App. de D. A. p. 195. *T. H.* ad *Aristoph.* Plut. v. 286. *D'Orvill.* Vann. Crit. p. 92.

Vs. 776. Μενοικέα, σοῦ πατρὸς αὐτεπώνυμον,] Quando nuspiam alibi legitur hoc compositum, incertum, utro sit modo scribendum; uti vulgatur in Edd. plerisque, postquam in secundam Basileënsem αὐτεπώνυμον receperant? an αὐτεπώνυμον; quod, primitus Venetiis excusum ab *Aldo*, deinceps ab *Hervagio* [illegible]; quoque repræsentant Codd. Cantabrig. & Leid. B; in A Leid. scribitur αὐτ' ἐπώνυμον [illegible] liquet: ἐπώνυμος & αὐτεπώνυμος, ut κασίγνητος & αὐτοκασίγνητος.

Vs. 777. Ἀχθέντα πέμψω δεῦρο Τειρεσίαν,] Prodibit fortasse, qui sic Græcos Poëtas loquutos doceat; interim suspicabor, *Euripiden* dedisse: Ἄξοντα πέμψω δεῦρο Τειρεσίαν, Κρέων· Ge[illegible] interpretamentum [illegible] dersis, [illegible] Κομίζειν nonnunquam inservit ad verbum [illegible] *Hesychius*: [illegible] μίξειν. Ἀγηοχέτων, κομισάντων. &c. Verbum autem illud de Tiresia commode poni dubium nullum est: *Sophocles* Oed. Tyr. v. 306, Τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ' ἄγουσιν· de Menœceo Tiresias his in Phœn. v. 912, Ποῦ 'στιν Μενοικεύς, ὅς με δεῦρ' ἐπήγαγεν. Futurum autem participiorum sic solet veniendi mittendique verbis adiungi, ut in *Euripideis*, Ἄξοντα πέμψω δεῦρο Τειρεσίαν· *Euripides* Heraclid. v. 137, Πέμπει Μυκηνῶν δεῦρο μ' Εὐρυσθεὺς ἄναξ, Ἄξοντα τούσδε· vid. Iphig. Taur. v. 1441. Troad. v. 871. *Homerus* Il. Θ, 367. εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο προὔπεμψεν Ἐξ Ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀΐδαο· Od. Λ, 622, μ' ἐνθάδ' ἔπεμψε κύν' ἄξοντ', *Philostr.* Iun. Icon. I, p. 865. στέλλεται ὁ Φοίνιξ ἐς Σκῦρον, ἀνάξων τὸν παῖδα. *Aelian.* de N. A. III, c. XLVI. πέμπει —— τὸν Ἰνδὸν ἐπὶ τὴν δίκην ἄξοντας.

Vs. 784. Θνήσκειν δὲ τὸν θάψαντα,] Præstat Θνήσκειν τε τὸν θ. e Ms. Leid. B. [illegible] Creon edicto promulgari iussit v. 1626, 27. In fine versus male legitur in Flor. Cod. εἴ pro ἤ.

Vs. 785. Σοὶ μὲν τάδ' εἶπον· προσπόλοις δ' ἐμοῖς λέγω,] *Io. King.* in hunc locum, *Barnes.* ait, [illegible] Editores ita legunt: Σοὶ μὲν τάδ' αὐδῶ —— [illegible] præstat [illegible] Codicum atque in contextum recepit *Kingius* lectionem, & iure quidem: ad Angliæ Codices duo Batavi nec non Flor. accedunt: est tamen illud αὐδῶ huiusmodi, [illegible] ut alteri videri possit [illegible] nisi Codices vetusti [illegible] in [illegible] alterum, [illegible], [illegible] ab *Euripidis* studioso notatum in margine, qui legere se supra meminerat v. 571, Σοὶ μὲν τάδ' αὐδῶ· σοὶ δὲ, Πολύνεικες, λέγω· ubi Codices non variant. *Eurip.* Helenæ v. 1678, Σοὶ μὲν τάδ' αὐδῶ· συγγόνῳ δ' ἐμῇ λέγω· Troasin v. 1260, Αὐδῶ λοχαγοῖς· non alibi, quantum recordor, illud [illegible] reperietur hoc usu positum; [illegible] frequentius prostat: *Eu-*

Eurip. Supplic. v. 1213, Σοὶ μὲν τάδ' εἶπον παισὶ δ' Ἀργείων λέγω. —— Elec. v. 1276. Σοὶ μὲν τάδ' εἶπον· τόνδε δ' Αἰγίσθου νέκυν Ἄργους πολῖται γῆς καλύψουσιν τάφῳ. Med. v. 272, Μήδειαν εἶπον τῆσδε γῆς ἔξω περᾷν· Rhesi v. 640, Καὶ ταῦτ' ἐγὼ μὲν εἶπον· Phœn. v. 497, Ταῦτ' αὔθέκαστα, μῆτερ, οὐχὶ περιπλοκὰς Λόγων ἀθροίσας, εἶπον· Hæc eo collegi, quia sunt *Euripidi* peculiaria.

Vs. 786. Ἐκφέρετε τεύχη, πάνοπλά τ' ἀμφιβλήματα] *Scholiastes* a recepta diversam nobis lectionem commemorat; postquam intelligi dixerat, θώρακα, περικεφαλαίαν, κνημῖδας addit οἱ δὲ γράφουσι τὰ σάγματα. Quid ille repererit incertum est: militum, χαλκῷ μαρμαίροντι σεσαγμένων, armatura σάγη dicebatur; hinc πανσαγία *Sophocli*, quæ vulgo πανοπλία· vid. *Arnaldus* Lect. Gr. p. 108, 109, 119. Apud *Hesychium* pro Σάγματα conte xerim, Σάγματα, σκεπάσματα, περιβόλαια sic *involucra* vocabantur eximie; quibus scuta tegi solebant, cum essent usui detrahenda. *Euripidae* vocem usurpantis locum indicavit *Blasius Caryophilus* in libello de Veterum clypeis p. 35. *clypeum* ipsum σάγμα dixit *Aristoph.* Equit. v. 573. confer. v. 1123, 1185. Vesp. 1137. Aliam nostro versu præbet lectionem *Schol.* in Aug. Cod. in quo, postquam eadem ac in Edd. fuerant posita ad πάνοπλα ἀμφιβλήματα, hæc sequebantur, οἱ δὲ γράφουσιν, ἀγάλματα. Vtrum hanc lectionem sequuti scripserint, Ἐκφέρετε τεύχη πάνθ', ὅπλων τ' ἀγάλματα an, E. τεύχη, πανοπλίας τ' ἀγάλματα, latet; neutram lectionem facile quis absurdam dixerit: *Eurip.* Heraclid. v. 699, Ἔνεγκ' ὁπλίτην κόσμον ὡς ταχιστά μοι. v. 720, dixit ὅπλων παντευχίαν. dubium non est, quin *arma nitentia* potuerint sic designari: *galeas* dicebat *Alcaeus* κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν ἀγάλματα, ap. *Athen.* XIV, p. 627. E. Verum hæc *Scholiastarum* qua fide nitantur quum sit incertum, quumque neminem etiam offendere possit lectio vulgata, hanc retinendam arbitror: *corporis amictum*, *vestes* ἀμφιβλήματα vocat *Eurip.* in Helen. v. 430, Πέπλους δὲ τοὺς πρὶν, λαμπρά τ' ἀμφιβλήματα, Χλιδάς τε πόντος ἥρπασ'. *Aeschyli* locus, quem hic imitatus est *Euripides*, non erat prætermittendus: Eteocles in Sept. adv. Theb. v. 681. —— Φέρ' ὡς τάχος Κνημῖδας, αἰχμὴν, καὶ πετρῶν προβλήματα· sunt *Euripidae* πάνοπλ' ἀμφιβλήματα. Vt in *Euripideis*, in istis etiam *Aeschyli* variam *Schol.* a *Stanlejo* vulgatus lectionem adnotat: πτερῶν προβλήματα. *arma volatica*, πτερόεντα, *sagittae* si πτερὰ dicerentur, lectio non esset adspernanda: ἔρκος ἰσχοβελές, *thoracem* vocat *Alcaeus* loco cit. nam sic legendum puto pro ἰσχυροβελές· *pellem leoninam*, accommodatam corpori, νιφετοῦ καὶ βελέων ἔρυμα, *Callimach.* fragm. CXLII. Apud *Aeschylum* servandum tamen arbitror πετρῶν προβλήματα *Eurip.* Phœn. v. 1150. Ἐμαρνάμεσθα σφενδόναις θ' ἑκηβόλοις, Πετρῶν τ' ἀραγμοῖς. In *Callimachi* fragm. CXXIV. *Ios. Scaliger* ad marginem *Schol. Soph.* configebat: πρόβλημ' ἄλκαρ ἔκειτο πέτρου· vel, πέτρων· quod isti versui insertum, τι deest in Edd. vett. *galeam* autem & *thoracem* dixit *Aeschylus* πετρῶν προβλήματα, *adversus lapides munimenta*; quo sensu πρόβλημα χειμώνων posuit *Plato* Timæo p. 74. B (προκάλυμμα dixerat *Timaeus Locrus* p. 557.) isthoc etiam loco imitatus *Euripiden* in Suppl. v. 208. ubi laudat illum, qui primus in usum introduxerit vestimenta, χείματος Πρόβλημ' τ', αἰδῶς τ' ἐξαμύνασθαι θεοῦ· literam τ' omissam adieci; nec spreverim: Πρόβλημά τ', αἰδῶς τ' ἐξαμύνασθαι θεοῦ.

Vs. 790. Προσευξόμεσθα, τήν δε δικασ-

σῶσαι πόλιν.] Ante *Barnesium* *Προσευξόμεθα* perperam vulgabatur, & *διασώζειν*. *διασῶσαι* præferunt Mſſ. & in *Euripidis* Med. v. 934, Cod. Flor. *ἀποστεῖλαι*. Prius dubio vacat.

'ΕΠΩΔΙΚΑ] Pleraque *Canterus* in ordinem legitimum iam reſtituerat: nonnulla *Kingius*, optimis inſtructus membranis, emendavit. *Langius*, a Metrico recedens ceterisque, e verſibus XVII, unum & viginti nobis efformavit, omnes, duobus tantum exceptis, dactylicos tetrametros, atque id ne ſyllaba quidem Editionis *Kingianae* mutata. Facinus equidem laudo; ſed *Kingium* ſequor & Codicem antiquum.

Vs. 793. *Οὐκ ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνοισι νεάνιδος ὥραις* —— 795] Veterum Editionum ſcriptorumque Codicum revocavi lectionem *ὥραις*, (cuius loco *Kingius* e Scholiis *ὥρας* poſuerat:) non veluti genuinam, ſed tanquam propius ad hanc accedentem. Primum, quid mihi; deinceps dicam, quid aliis de hoc loco videatur, & quo modo defendi tamen poſſit vulgata lectio, ſi quis illam ſervandam contendat. Vocabulum *ὥραις* ego quidem in *αὔραις* transmutandum, atque ita locum præterea ſcribendum cenſeo: *τί ποθ' αἵματι* / *Καὶ θανάτῳ κατέχῃ, Βρομίου παράμουσος ἑορταῖς;* / *Οὐκ ἐνὶ καλλιχόροις στεφάνοισι νεάνιδος, αὔραις* / *Βόστρυχον ἀμπετάσας, λωτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπῃ,* / *Μοῦσαν, ἐν ᾇ χάριτες χοροποιοί*· *Cur tandem, Bacchi ſacris diſſona, ſanguinem & caedem furibunde ſpiras? Non Tu, caput cinctus choros ornante corona puellari, per auras leves crine iactato, carmen cantas ad tibiam, cui vis inſit amabilis ad choream concitans inſtaurandam.* Poſtremum illud, vulgato certe non deterius, *χοροποιοὶ*, Codex ſubminiſtravit Flor. firmat Auguſtanus. *Θεῶν χοροποῖ' ἄναξ* eſt in *Sophoclis* Aj. v. 707. Nemini diſpliciturum arbitror *ἐνὶ καλλιχόροις στεφάνοις*. Quod ſequitur, *αὔραις Βόστρυχον ἀμπετάσας*, hoc in loco tam apte hæret, ut mirum ſit illud nemini in mentem veniſſe, ubi tumultuoſum Martis furorem amabili Poëta Bacchantium opponit inſaniæ: Sæpenumero pinguntur errantes *Thyades effuſis per ſua colla comis*: ipſe *Bacchus* dicitur in *Euripidis* Bacch. v. 150, *Τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων*· *levem iactato crine per auram*: idem eſt noſtrum *αὔραις Βόστρυχον ἀμπετάσαι*, *crines*, tanquam vela (notum *Homericum ἱστία ἀναπετάσαι*) *ventis expandere*. *Eurip.* Hippol. v. 201, *Βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν*· *Ἄφελ', ἀμπέτασον βόστρυχον· οἴ μοι.* In pompa Dionyſiaca, quam deſcribit *Athen* v, p. 198. E. memorantur *Μιμαλλόνες, καὶ Βασσάραι, καὶ Λυδαὶ, καταχεχυμέναι τὰς τρίχας καὶ ἐστεφανωμέναι*. *Ecce Mimallonides ſparſis in terga capillis*, *Ovidius* Artis Am. I, v. 541. *Agaue Collaque iactavit, movitque per aëra crinem*, Met. III, 726. Sed hanc in rem unas *Euripidis* Bacchas legiſſe ſatis erit. —— Ad hanc interpretandi rationem aliorum qui comparaverit converſiones, illam haud paulo faciliorem melioremque fatebitur. Priores iungenda putabant vocabula *νεάνιδος ὥραις* vel *ὥρας*. Mitto reliquos; *Kingius ὥρας* recepit: in ſcholiis legitur, *ἔνιοι δὲ νεάνιδος ὥρας, τοῦ ἔαρος τοῦ πάντα νέα ποιοῦντος.* hoc *Grotius* arripuit. *Kingius* in notis dubitat, utrum hoc de *vere novo* ſit capiendum, an deſignari voluerit *Euripides nuptias puellae formoſae*: ſuſpicabatur ille, hac etiam parte Grammaticum Græcum ſequutus, perpaucis tamen adprobabit, *ὥρας* poſitum pro *ὡραίας*. Alius interpres: *οὐκ* —— *ἐπὶ γάμοις νεάνιδος μέλπῃ.* Sed *nuptiae* vel *nubile tempus puellae* nunquam *νεάνιδος ὥρα* vel *ὥραι* dicuntur; *puella viro matura* dicitur *ἀνδρὸς*, vel *γάμων ὡραία*. Quod

in *Moeridis* est libello Ὥρᾳ γάμων debetur Editori: genuinam lectionem praebent MSS. Codd. De verno tempore simpliciter positum ὥρᾳ vel ὥραις exspectandus qui doceat. Nihil me movent quae *Dan. Heinsius* eum in finem attulit Lect. *Theocrit.* c. XIII, p. 341. ut labefactaret *Casaubono* docte notata Animadv. in *Athen.* II, c. XIV. Semper aliquid addunt Poëtae, quod significatum istum definiat. Eorum loco, quae hic a quovis adferri facile possent, iuvat in lucem protulisse doctam coniecturam *Is. Vossii.* In Fistula *Theocriti* sic versus vulgatur septimus.

Ὅς μοίσᾳ λιγὺ πᾶξεν ἰοστεφάνῳ.

ad marginem Editionis *Salmasii* Parisinae p. 209, sequentia posuerat *Is. Vossius*: „ *μοίσα procul dubio scriptum* „ *fuit, unde fac μ' ὥρᾳ, ita legit ve-* „ *tus Scholiastes. Pani enim non Mu-* „ *sis dedicatur haec fistula.* Ὥρᾳ ἰοστεφάνῳ, *ut* καλλιστεφάνοισιν ὥραις *apud* „ *Plutarchum initio* περὶ σαρκοφαγίας. „ *sic enim leg.*" Graecus ille Grammaticus, cuius, ut & aliorum, penes me sunt e libro *Vossii* transscripta Scholia, ἰοστεφάνῳ, inquit, τῇ ὥρᾳ (omitti debuerat articulus:) τῷ ἔαρι· ἐν τούτῳ γὰρ κρούουσι τὰς σύριγγας. *Ver placidum vario nectit de flore coronas.* Locus *Plutarchi* legitur T. II, p. 993. B. ἐπιστρέψας κάλυκος στεφάνοισιν ὥραις, sic e duobus Codd. MSS. corrigendus: ἐπιστέψας καλλιστεφάνοισιν ὥραις. In cantico convivali apud *Athen.* XV, p. 694. C. D.

Πλούτου μητέρ' Ὀλυμπίαν ἀείδω
Δήμητρα στεφανηφόροις ἐν ὥραις.

Ὀπωρίαν docte reponenti non obniterer *Casaubono*, nisi versus essent Hendecasyllabi. —— Iam vero nostro loco si sit servandum ὥραις, primum iungenda viderentur καλλιχόροις —— ὥραις· tum, στεφάνοισι νεάνιδος βόστρυχον ἀμπετάσας· locus autem in hunc esset sensum capiendus: *Non tu, choris ducendis oportuno tempore, cincinnos corollis implicans virgineis, carmen ad tibiam accinis* &c. Sed mihi, quod supra posui, verum videtur: καλλιχόρους hic dixerit στεφάνους *Euripides*, sicuti καλλιχόρους ἀοιδὰς φιλοστεφάνους τε κώμους, in Cresphonte ap. *Polybium* XII, p. 929. & *Stobaeum* Tit. LIII, p. 367, 9. ubi recte coniectasse *Gesnerum*, primus docuit *Paul. Leopardus* Em. IV, c. XXII. Paene praetermiseram *Sam. Battierii* lectu non indignam adnotationem: „ *Mihi* „ *videtur scribi debere:* Κοὐκ ἐπὶ καλλιχόροις —— *ut praecedens* τί ποθ' „ *etiam ad illud & sequentia spectet* „ *cum interrogatione? cum* ἤδη *enim* „ *oratio magis est sic composita.*" Mallem sequentia nobis explicasset.

Vs. 796, 97. Ἀλλὰ σὺν ὁπλοφόροις, στρατὸν Ἀργείων ἐπιπνεύσας Αἵματι, Θήβας κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις.] Nomen Θήβας, quod cum Αἵματι iunxerant Priores, interposita distinctione retulit ad sequentia *Kingius*, in notis male fluctuans. Est in *Euripidis* Herc. Fur. chori cantus, cuius pars cum hac parte Phoenissarum unice congruit. Hic Martis, ibi furorem Herculis detestatur chorus v. 889, Κατάρχεται χόρευμα τυμπάνων ἄτερ. Οὐ Βρομίῳ κεχαρισμένα θύρσῳ· Ἰὼ δόμοι πρὸς αἷματ', Οὐχὶ τᾶς Διονυσιάδος Βοτρύων ἐπὶ χεύμασι λοιβᾶς. quae profecto pervenusta *Sophoclis* ingenium non dedecerent. Nostro loco στρατὸν Ἀργείων ἐπιπνεύσας Αἵματι significat, *Argivis caedis inspirans amorem. Euripidae*, quae sequuntur, Θήβας κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις, facilem sensum admittunt, ἔμπροσθεν Θήβας χορείαν χορεύεις ἀμουσότατον· quem sensum sic paulo liberius exprimas: *formidabilem comessationis chorum Thebas deducis:* Κῶμον ἀσπιδηφόρον dixit in Supplic. v. 390. ἀναυλότατον autem, quoniam Ἄρης —— Βρομίου πα-

παρχάμουσες ἑορταῖς· *Orpheus* H. LXIV, 5, *"Αρες ἄναξ* —— *"Ος ποθέεις ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσι δῆριν ἄμουσον·* *Aristoteles* Rhetor. III, c. XI, p. 138. 25. *ἡ ἀσπὶς, Φαμὲν, ἐστὶ Φιάλη "Αρεος, καὶ τόξον, Φόρμιγξ ἄχορδος.* *Horatius* I Carm. XVII, 21. *Hic innocentis pocula Lesbii Duces sub umbra: nec Semeleïus Cum Marte confundet Thyoneus Proelia.*

Vs. 798. *Οὐδ' ὑπὸ θυρσομανεῖ νεβρίδων μέτα δινεύεις, ἀλλ'* ——] Editorum numero, qui postrema voce deficientem versum vulgarant, *Grotium* excepisse *Kingius* debuerat; quam hic in duobus Angliæ Codd. in Parisinis lectionem *Grotius* invenit: eamdem duo præbent Batavi.

Vs. 799. *"Αρμασι, καὶ ψαλίοις, τετραβάμοσι, μώνυχα πῶλον·*] Hæc a sequentibus separanda iudicavi. Plerique voces *μώνυχα πῶλον* pendere censuerunt a verbo *θοάζεις·* mihi pertinere videbantur ad præcedens *δινεύεις*, hoc autem modo capienda: *οὐδ' ὑπὸ θυρσομανεῖ νεβρίδων μέτα* (id est *ὑπὸ Διονύσου, ἔχων Θύρσον τε χειρὶ, καὶ νεβροῦ στικτὸν δέρας*, Bacch. v. 833.) *δινεύεις, ἀλλ' ὑφ' ἅρμασι* —— *τετραβάμοσι μώνυχα πῶλον*, nempe *δινεύεις*, *gyro flectis equum.* *Aeschylus* Theb. v. 468, *ἵππους* —— *δινεῖ.* —— Versum hunc, ne *Grotio* quidem excepto, cum mendis sic scriptum ediderant: *"Αρμασι καὶ ψαλίοις τετραβάμοισι μώνυχα πώλων·* *Canter.* *πῶλον* correxerat, idem voluisse *Grotium* credo: *πῶλον*, præter Scholiasten, exhibet Flor. Codex: *Aldus* & *Hervagius* dederant, *"Αρμασι καὶ ψαλίων τετραβάμοσι μώνυχα πώλων·* In duobus Codd. Leid. legitur: *"Αρμασι καὶ ψαλίοις τετραβάμοσι μωνύχων πώλων·* *Thomas M.* in v. *Ψάλιον* hinc excitat: —— *ψαλίοις τ. μώνυχα πώλων·* addi debuerat *"Αρμασι*, vel omitti *τετραβάμοσι.* Sicut hic *ἅρματα τετραβάμονα*, noster in Troasin v. 515, paulo tamen aptius, equum ab Epeo fabrefactum, *ἀπήνην* dixit *τετραβάμονα.* illuc respiciens *Hesychius* *Τετραβάμονος* interpretatur *τετράποδος.* Nostrum locum ad *Thom. Mag.* comparavit Clariss. *Petrus Burmannus* Iun. ad *Henr. Valesii* Emend. II, c. X, p. 60.

Vs. 800. *'Ισμηνοῦ τ' ἐπὶ χεύμασι βαίνων, 'Ιππείαισι θοάζεις,*] Quam tres Codices curatissime collati cum Edd. Leidd. & Flor. hic copulam interserebant *τ'*, illam ego, non temere positam a librariis ratus, in suum locum restitui, eo præsertim motus, quod ista, *'Ιππείαισι θοάζεις*, non, ut *Kingius* volebat, sed significarent, *τῇ ἱππικῇ ἐκμαίνῃ*, prouti cepit Græcus interpres, hac parte laudatus *Abreschio* ad *Hesych.* in *Θοάζει*, ubi quidquid prostat interpretationum e Lexico videntur Tragico petitum; earum tamen nonnullæ loca spectant deperditorum dramatum. *Abreschio* notatis si addideris *Eurip.* Orest. v. 1544. Troad. v. 349, Bacch. v. 219, Iphig. Taur. v. 1142. in iis, quæ supersunt, Tragœdiis frustra plura quæras. E *Sophoclis* loco nuper illud verbum Comico restituendum suspicabatur Celeberr. *D'Orvillius* Anim. in *Char.* p. 147, 148. Ne ista quidem *sedendi*, vel *sessum eundi* significatio non fluxit a *celeri motu*; quod non mirabitur qui noverit originem verborum *Καθίζειν*, *Καθῆσθαι*, *Καθέζεσθαι*.

Vs. 801. *'Αργείους ἐπιπνεύσας* / 802 *Σπαρτῶν γέννᾳ* / 803 *'ΑσπιδοΦέρμονα θίασον, εὔοπλον,*] *Aldus* & *Hervagius* vulgarant: *'Αργείους ἐπιπνεύσας Σπαρτῶν γένναν·* Deinceps *'Αργείοις* in Editiones casu potius irrepsit, quam consilio fuit illatum. *'Αργείοις ἐ. Σ. γένναν* receperant *Grotius* & *Kingius*: hic tamen plerosque Codices legere fa-

fatetur, Ἀργείους ἐπιπνεύσας Σπαρτῶν γένναν· *Argivos adversus Thebanos concitans:* ad Codices Anglicos accedunt duo Batavi, *Battierii* præterea, sic emendantis, consensus. Vel sine Codicum auctoritate, quod a me repræsentatum, adoptari debuisse monstrant adiecta: neque enim, quod existimasse videntur veteres & recentiores interpretes, Σπαρτῶν γένναν dixerat *Euripides*, Ἀσπιδοφέρμονα θίασον, εὔοπλον· sed *Argivos*, qui Thebis venerant oppugnatum; Τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν — φῶτα βάντα πανσαγίᾳ, *Sophoclis* Antig. v. 107. *Eurip.* Phœn. v. 1106, Λεύκασπιν εἰσορῶμεν Ἀργείων στρατόν. *Aesch.* Theb. v. 90, Βοᾷ ὑπὲρ τειχέων Ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαὸς εὐπρεπής· utrum hoc, an εὐτρεπὴς esset in isto loco præferendum, non decernit vir Summus ad *Lucian.* T. 1, p. 316. B. Ἀσπιδοφέρμονα θίασον, εὔοπλον, spectanti λαὸς εὐπρεπὴς genuinum videbitur: in Persis *Aeschyli* v. 835, prætulerim εὐτρεπής, & in *Eurip.* Suppl. v. 392. in cuius, quæ supersunt, fabulis, alteri voci nuspiam locum esse puto. —— sed hic primus *Kingius* εὔοπλον e duobus Codicibus reposuit pro ἔνοπλον, quod in εἴνοπλον commutarat, incertum qua auctoritate, *Grotius*: in Leidensium optimo legebatur quidem ἔνοπλον, sed εὐ primæ fuerat syllabæ iam olim superscriptum. Scholiastes: εὔοπλον γράφε μὴ ἔνοπλον· οὕτω γὰρ ἁρμόζει τῷ μέτρῳ —— Commodum hic *Barnesius* *Eustathium* citat: is huc respiciens in Il. Δ, p. 354, 16. τοὺς ἀσπιστὰς, inquit, Ἀσπιδοφέρμονα θίασον ἡ Τραγῳδία εἶπεν.

Vs. 804. Ἀντίπαλον κατὰ λάϊνα τείχεα.] Hoc etiam veram esse monstrat paulo superius adfirmatam lectionem: ἀντίπαλον enim κατὰ λάϊνα τείχεα dicit ἀσπιδοφέρμονα στρατὸν, Ἀργείων utique. Hic Editionum quæ præcesserant illam *Kingii*, commemoranda lectio: cola 12, 13, 14, sic vulgabantur: 12 Σπαρτῶν γένναν ἀσπιδοφέρμονα, / 13 Θίασον (vel Θίασσον) ἔνοπλον, ἀντίπαλον κατὰ / 14 Λάϊνα τείχεα χαλκῷ κοσμήσας. / postremis modulus inerat nullus; ista tamen, χαλκῷ κοσμήσας, Codices exhibent antiquissimi, Flor. etiam, & duo Leidd. Corrigere tentabat *Gul. Canter.* sed, quod reponi volebat, χαλκοκοσμήσας Græcum non est; nec tamen absono *Barnesii* commento deterius: *Battierius*, *Canteri* sibi minus placere conamen significans, hærebat. Tandem unum vel duo Codices invenit *Kingius*, in quibus ista fuerant omissa; in eorum autem altero hanc Scholiastæ, *Triclinii* fortasse, notam: περισσὸν ἐνταῦθα τὸ, χαλκῷ κοσμήσας· διὸ καὶ ἐξεβλήθη παρ' ἐμοῦ· sic sæpe loquitur in Schol. ad *Sophoclem*. *Qui Poëtas ita tractant, incedere per ignes suppositos cineri doloso videntur D'Orvillio* V. C. in Miscell. Obs. 11, p. 169. —— Versus huius Strophes ultimus syllabam postremam (nam ante in Editionibus scribebatur πολυμοχθοις.) opera *Piersii*, quem laudat *Kingius*, acceperat.

Vs. 809. Ἀρτέμιδος χιονοτρόφον ὄμμα Κιθαιρὼν,] Hexametri loco Dactylicum tetrametrum præbet Codex Flor. nam in eo desunt voces ὄμμα Κιθαιρὼν, quocunque casu male prætermissæ. Quem Dea venatrix reliquis montibus antetulit, & plus oculis suis amavit, Dianæ vocat ὄμμα χιονοτρόφον. Ubi *Peninsularum*, *Sirmio*, *insularumque Ocellus Catullo* dicitur xxxi, 2. excitat *Euripidea Jos. Scaliger*, vocis χιονοτρόφον accentu aliter posito, quam vulgo collocabatur. —— Vs. 810. Ἰσχάστας quod pro Ἰσχάστης posuit *King.* habet Leid. etiam B —— Vs. 811. Flor. Cod. legit βρέφος ἔκβολον οἴκου· forsan οἴκου scriptum librarius invenerat. In isto versu legi malim Οἰδιπόδαν.

Vs. 812. *Χρυσοδέτοις περόναις ἐπίσαμον.*] Ista protulit *Eustathius* ad *Hom.* Il. z, p. 513, 41. Infantis quidem talos ferro Laius olim perforari iusserat, *Σφυρῶν σιδηρᾶ κέντρα διαπείρας μέσον*, v. 26. Matris vero maritus deprehensus Oedipus dicitur *Χρυσηλάτοις πόρπησιν αἱμάξας κόρας*, Phœn. v. 62. *Sophocles* Oed. Tyr. v. 1277, *Ἀποσπάσας γὰρ εἱμάτων χρυσηλάτους Περόνας ἀπ' αὐτῆς, αἷσιν ἐξεστέλλετο*, ——— v. 1285, *Ἤρασσ', ἐπαίρων βλέφαρα*· quæ postrema reponi poterunt apud *Plutarch.* T. II, p. 497. D. Aureis istis locastæ fibulis notatum Oedipum Chorus, ut equidem arbitror, dicit *Χρυσοδέτοις περόναις ἐπίσαμον.* Oedipo magis etiam infortunatum futurum Penthea Bacchus *πᾶσιν ἐπίσημον* inquit futurum in *Eurip.* Bacch. v. 965. quo sensu parum hinc distet *ἐπιβόητος, ἐπίφατος, ἐπίρρητος.* Postquam hæc scripseram, in eumdem ista sensum accepta vidi in Scholio Codicis Augustani; quo modo si cepissent alter *Schol.* editus, & *Grotius*, nihil fuisset, cur *Euripiden* hic vel errasse crederent, vel excusationis indigere.

Vs. 813. *Μηδὲ τὸ παρθένιον πτερὸν, οὔρειον τέρας, ἐλθεῖν Πένθεα γαίας, Σφιγγὸς,*] Quam *οὔρειον τέρας Euripides*, hunc imitatus *Lycophron* v. 1465. *Φίκειον τέρας* dixit, interprete *Scaligero*, *Picatum monstrum.* De Sphingis nomine veteri mons, in quo versabatur, secundum veteres traxit adpellationem, *Φίκειον* vel *Φίκιον* dictus. *Apollodor.* III, p. 148. *ἐπὶ τὸ Φίκειον ὄρος ἐκαθέζετο. Palaephatus* c. VII, *καθεζομένη ἐπὶ Φικίου ὄρους αἴνιγμά τι τῶν πολιτῶν ἑκάστῳ ἔλεγε.* *Plutarch.* in Gryllo p. 988. A. *τὴν Σφίγγα* dicit *περὶ τὸ Φίκιον ἄνω καθεζομένην.* Hæc loca, minus licet accurate designata, non fugerunt *Thom. Galeum* ad *Palaeph.* *Sam. Bochart.* G. S. Part. II, L. I, C. XVI. *Io. Georg Graeviu mad Hesiodi* Theogon. v. 326, Sphinga suæ gentis more *Φῖκα* vocantis. Sicut hic Sphinx *monstrum montanum*, draco *γᾶς πελώριον τέρας* dicitur in Iphig. Taur. v. 1247. quod Hippolytum perdidit, *monstrum marinum*, *Αἰγαῖον τέρας* dixerat Hippol. v. 1214. si vera coniecit *Is. Vossius*: vulgatur, *Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, ἄγριον τέρας.* cum legebatur in Flor. Cod *ταύριον ἀγαῖον τέρας*· adscripserat *Is. Vossius*: „ *Forte* „ *Κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον, Αἰγαῖον τέρας.* „ *ita* v. 1247, Ms. —— *τὸ δύστηνον* „ *τέρας Ταύρου*, *non κάρα, ut vulgo*: hic cum Flor. conspirat Cod. Paris. in v. seq. recte præferens *ὅπου*· sed in altero v. 1214, Reg. Cod. ab editis non dissentit: *ἄγριον* autem *τέρας* neminem offenderet: vid. Celeberr. *Burmanni Ζεὺς Καταιβ.* p. 268. *οὔρειον* etiam hoc loco *τέρας* Scholiastes *ἄγριον* interpretatur: Phœn. v. 1030. Sphinx vocatur: *Μιξοπάρθενον δάιον τέρας.*

Vs. 815. (*Ἅ ποτε Καδμογενῆ, τετράβαμοσιν ἐν χαλαῖσι, Τείχεσι χριμπτομένα, φ. α. ε. α. φ. Γένναν.*)] Ut reliquis hæc interserta liqueret, parentheseos adscripsi signa: *τετραβάμοσιν ἐν χηλαῖσι* vulgarat *Grotius*; *Grotium Piersius* sequutus est; idem ex optimo se restituisse Codice scribit *Kingius*: in reliquis Edd. posuerant: *Ἅ ποτε Καδμογενῆ, τετραβάμοσι χηλαῖς*· e Ms. Cantabrig. dederat *Barnes.* *τετραβάμοσι χηλαῖσι.* atque ita legi suspicor in plerisque Codd. Quia supra v. 799, *τετραβάμοισι* scribebatur olim loco non suo, suspicari liceret, (nam forma vocis non obstat, siquidem *Δίβαμος* reperitur in Rhesi v. 215.) hic forte positum antiquitus *τετραβάμοισιν χαλαῖσιν*· hanc formam Doricam, quam duo subministrabant libri Leidenses, & Florent. nihil erat cur vulgatæ non anteponerem: *χαλαῖ-*

λαῖσι legitur etiam v. 1032, & Elec. v. 474. Doricum tamen illud *χαλᾶ* fine librorum auctoritate recipere non fustinuiffem: occurrit in veteri Scolio apud *Athen.* XV, p. 695. A. Ὁ καρκίνος ὧδ' ἔφη, χαλᾷ τὸν ὄφιν λαβὼν, Εὐθέα χρὴ τὸν ἑταῖρον ἔμεν καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν. Sic corrigi debet ex *Eustath.* ad Od. H, p. 277, 3. Stupendos errores *Dalecampii*, *cancrum* in Poëtam *Carcinum* transformantis, eo minus miror, quod ipfius hic hebefcit acies *Cafauboni* L. XV, C. XV. Veram fententiam dicti veteris, *παιδεύοντος εὐθύτητα φιλικὴν*, petere potuiffent ex *Euftathio*, ifta fic interpretante: *καρκίνος, χηλῇ τὸν ὄφιν συσχὼν, εἶπεν, ὡς ὀρθὸν χρὴ τὸν φίλον εἶναι καὶ μὴ σκολιόφρονα.* conf. *Aefopica* Fab. LXX, p. 52. —— Ex *Euripide* receptum in Lexicon Tragicum, *Χαλαῖσιν, ἔνυξε* hoc apud *Hefychium* ubi degeneravit in *Χαλέσιν*, vocem non Græcam, *χάλος* nobis comminifcitur *Guietus*: Præterea legitur apud *Hefych.* *Χαλᾶ, χαλάσσει, καὶ πόδαι·* dubites, utrum nauticam Grammaticus antiquior refpexerit locutionem *Χαλᾷ* —— *πόδα·* an legendum fit, ΧΑΛΑΙ, *χαλάσσει, καὶ ἐπλαί,*

Vs. 817. *Γένναν·*) *τὰν ὁ κατὰ χθονὸς Ἅιδας Καδμείοις ἐπιπέμπει.*] Olim vulgabatur; 10 *Γ. ἂν ὁ καταχθόνιος* 11 *Ἅιδας* K. ε. *Barnefius* dedit; 10 *Γένναν, ἂν ὁ κατὰ χθονὸς Ἅιδης* 11 *Καδμείοις ἐπιπέμπει.* *Grotius*: *Γ. ἂν ὁ κατὰ χθονὸς ᾄδας* K. ε. *Kingius* ex optimo, quod ait, Codice, Γ. *τὰν ὁ κατὰ χθονὸς Ἅδης.* a *Kingio τὰν* mutuatus fum, a reliquis *Ἅιδας·* hoc Leidenfes etiam libri præbebant. *Battierius* fic emendanda credidit: vulgata: *Γένναν* / *ἂν ὁ κατὰ χθονὸς ᾄδης.* / *Καδμείοις ἐπέπεμπεν* vel *ἐπέπεμψεν*, & recte vidit, *ἂν* non ad proximum *γένναν*, fed ad remotiora referendum: *ἐπιπέμπει* tentari non debuerat: præfentia de re præterita Tragici frequentant. Thebanos, *τέκνα Κάδμου τοῦ πάλαι*, vocat hic *Euripides* *Καδμογενῆ γένναν.* Iuvenes hic figuram obfervent, qua verborum genuina poteftas refpicitur potius, quam externa forma: quoniam *τὸ παρθένιον πτερὸν* —— *Σφιγγὸς* nihil eft aliud, quam ipfa *Sphinx*, fequitur Ἅ, & *ἂν*, vel *τάν.* ifte quidem fcribendi mos Doctis eft notiffimus; fed hoc forte minus animadverfum, ad nomen *Sphingis* fœmininum adiungi, quæ *latronem* marem defignent, in Ithyphallico carmine, quod Athenis Demetrio cecinerunt Poliorcetæ, quodque nobis e *Duride Samio* fervavit *Athen.* VI, p. 253 F. *Τὴν δ' οὐχὶ Θηβῶν, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος / Σφίγγα περικρατοῦσαν / Αἰτωλὸν; ὅστις ἐπὶ πέτραν καθήμενος, / Ὥσπερ ἡ παλαιὰ / Τὰ σώματ' ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας φέρει.* Noveramus & aliunde *Σφίγγ' ἄῤῥενα.*

Vs. 818: 11. —— *δυσδαίμων δ' ἔρις ἄλλα* (12) *Θάλλει παίδων* (13) *Οἰδιπόδα κατὰ δώματα καὶ πόλιν.*] Secundum metrum a Schol. defignatum verba fic difpofuit *Kingius*, ut ad Strophæ verfus curate refponderet antiftrophe. A reliquis Editoribus fecedens, *Grotius* ea dedit, quæ nufpiam opinor alibi, non certe repererat in Scripto Codice: *Δυσδαίμων δ' ἔρις ἄλλα θαλεῖ παισ'* / *Οἰδίποδος κατὰ δώματα* κ. π. illud *θαλεῖ παισ'* effe Græcam loquendi formam non equidem dixerim: *ἔρις ἄλλα*, illius refpectu quam v. 805. memorarat, dicitur iam nunc *θάλλειν*, in horas veluti *crefcere*. Nihil a me novatum præterquam in *Oedipodis* nomine: *Οἰδιπόδου* loco, formam minus certam, *Οἰδιπόδα* fuppofui, quia tres minimum Codices hanc exhibebant, Cantabrig. & duo Leidd. Tragici Doricum hunc nominis flexum amant in Choricis carminibus, *Aefchylus* Theb. v. 892, 1063. *Sophocles* An-

Antig. v. 386. *Euripides* Suppl. v. 836, memorans Οἰδιπόδα δώματα. Ubi meminit *Homerus* Οἰδιπόδαο, (qui flexus est Aeolicus, Boeotis inprimis solemnis, *Etymol.* p. 11, 11. p. 35, 37. p. 154, 5.) *Eustathius* in Il. *, p. 1445, 46. ὁ Οἰδίπους, inquit, πολλαχοῦ εὕρηται τετρασυλλάβως καὶ Οἰδιπόδης λεγόμενος.' Latinis etiam Poetis *Oedipodes* Hinc quia casum quartum more Dorico Tragici flectunt Οἰδιπόδαν, *Aeschylus* ter minimum in Septem. adv. Theb. *Sophocles* Oed. in Col. v. 214, & aliquoties in his ipsis Phoenissis *Euripides*, idcirco paulo superius si posuerimus Οἰδιπόδαν, versum 811 magis efficiemus sonorum: sed hic Οἰδιπόδα, quia dubio vacabat, e Codd. restitui: istius moduli nominum hunc in casu genitivo flexum Dorieusibus usitatum fuisse multa sunt documento: *Archimedes* Praefat libri περὶ ἑλίκων· —— ἐν τοῖς ὑπὸ Ἡρακλείδα κομισθέντεσσιν. in *Diotogene Stobaei* p. 330, v. 4. κυβερνάτα μὲν ἔργον ἐντί. *Eurysus* ap. *Clem. Alex.* v. Strom. p. 662, 24. σκᾶνος —— ὑπὸ τεχνίτα εἰργασμένον λώστω· quae sub *Ecphantae* nomine bis leguntur in *Stobaeo Gesneri* p. 324, 5. & 333, 7.

Vs. 821, 824. Οὐ γὰρ ὃ μὴ καλὸν, οὔποτ' ἔφυ καλὸν,] Quomodocunque haec interpreteris, frigida manebit sententia. Sicubi legeretur in scripto Cod. ἔφυ λον· syllabam existimarem periisse genuinam, absorptam a praecedenti; legendum autem οὔποτ' ἔφυ φίλον· atque adeo vetus hic latere pervulgatum dictum, celebratum Theognidi v. 17, Ὅττι καλὸν, φίλον ἐστί. τὸ δ' οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστί· Τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων· *Euripid.* Bacch. v. 879, 899. Ὅ, τι καλὸν φίλον ἀεί. meminerat ibi *Theognidis Barnesius*: vid. *Erasmus* in Adag. *Quod pulchrum, idem amicum.* Quae sequuntur, in hunc poterunt sensum accommodari: Οὐδ' οἱ μὴ νόμιμοί ποτε παῖδες, nempe φίλοι ἔφυν, Ματρὶ λόχευμα μὴ καλὸν, μίασμά τε πατρός. —— In colo 15 *Grotium* sequor, inserentem vulgatis voculam ποτὲ, *Kingius* dedit Οὐδ' οἱ μὴ νόμιμοί τοι παῖδες. sed hoc multo minus accommodatum. Codicem quemque suum, in quo sic legeretur, sequutos suspicor: Leidenses, Flor. & Cantabr. hic conspirabant cum Editis. —— Ultimum colon antistrophes hic ferebatur: Ἡ δὲ σύναιμον εἰς λέχος ἦλθεν· *Grotius* edidit: Ἡ δὲ σύναιμον γ' ἦλθε λέχος· quod quum inveniret in Codd. *Kingius* sequutus est. Hoc versu, ni fallor, causam aperit chorus, propter quam dixerat Ματρὶ λόχευμα nimirum μὴ καλόν. Aliquando futurum hariolor, quum in his novissimis colis alia libri suppeditabunt collatis fideliores. Quae iam intercidisse suspicatus *Sam. Battierius* sic haec legi posse iudicabat: Οὐ γὰρ ὃ μὴ καλὸν / Οὔ ποτ' ἔφυ καλὸν, οὐδ' οἱ μὴ νόμιμοι /. Παῖδες. ματρὶ λόχευμα κατάρατον. /: Ἡ δὲ μίασμα πατρὸς Ἰοκάστη / Εἰς λέχος ἦλθε συναίμου. Quam parum his vir optimus tribuerit, subiecta verba monstrant: „ *si quis* „ *rectius istis aliquid hic deprebendere valeat, nae lubentes illud amplectemur.*"

Vs. 826. Βάρβαρον ὡς ἀκοὰν ἐδάην] Si vera *Samuelis* est *Bocharti* perdocta coniectura G. S. Parte 11, L. 1, c. XIX, fabula, de Cadmi spartis e serpentis dentibus natis, dici certe poterat βάρβαρος ἀκοὰ, e Linguae nempe Phoenissae vocabulis ambigui significatus, perperam intellectis, nata. Sed tantumdem fere significaret Euripidea ac si legeretur: Βάρβαρον ὡς φήμην· ἀκοαῖσι δέδεγμαι. vid. Iphig. in Taur. v. 1496. Scribi quoque potuit: Βάρβαρος ὡς ἀκοάν γ' ἐδάην· *Sicut barbara quondam fama atque auditione accepi.* Hoc saepe notat ἀκοὴ in *Thucyd.*

cyd. I, c. XX, *τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων.* Schol. interpretatur *τὰς ἀκροάσεις, τὰς φήμας*, & *Ioach. Kühnius* in *Diogen. Laërt.* x, §. 53. *ἄλλων ἀκοῇ ἐπίσταμαι* legitur apud *Thucyd.* IV. c. 126. *Herodotus* & *Thucydides*, de re quam rumore tantum acceperant, ſic ſæpenumero loquuntur. *Antiphon* de Herod. cæde p. 137, 16. *ἤδη δ' ἔγωγε καὶ πρότερον ἀκοῇ ἐπίσταμαι γεγονός.* p. 138, 10. *ἃ μηδαμῶς ᾔδειν, ἀκοῇ δὲ ἠπιστάμην.* *Aelian.* Hiſt. Anim. x, c. XLIV. *ἀκοῇ παρεδεξάμην.* Hinc parum diſtat, quum quis auritum ſe teſtem eſſe dicit, oculatum negat, aut vice converſa: *Dion. Chryſ.* ſic orditur Orat. VII. *Τόδε μὴν αὐτὸς ἰδὼν, οὐ παρ' ἑτέρων ἀκούσας, διηγήσομαι.* *Aeſchylus* Perſ. v. 266, *Καὶ μὴν παρών γε, κοὐ λόγους ἄλλων κλύων, Πέρσαι, φράσαιμ' ἄν·* Choëph. v. 852, *Εἴτ' αὐτὸς ἦν θνήσκοντος ἐγγύθεν παρὼν, Εἴτ' ἐξ ἀμαυρᾶς κληδόνος λέγει μαθών.* vid. *Eurip.* Helenæ v. 116. & corrige Heraclid. v. 847.

——— *τἀπὸ τοῦδ' ἤδη κλύων*
Λέγοιμ' ἂν ἄλλου· δεῦρο δ' αὐτὸς εἰσιδών.

Quod vulgatur *Λέγοι μὲν ἄλλος* hic ſenſum non admittit.

Vs. 827. *Τὰν ἀπὸ θηροτρόφου.*] Hæc notarat *Buttierius*: „ *Scholiaſtes legit* „ *θηρότροφον, illud enim cum γένναν* „ *coniungit: eius verba haec ſunt: θη-* „ *ροτρόφον δὲ γένναν, περιφραστικῶς* „ *τοὺς Σπαρτοὺς, ἐπεὶ ἀπὸ θηρίου ——* „ *τοῦ δράκοντος ἐγεννήθησαν*, &c. Dubium nullum eſt, quin ſerpentis aptum ſit epitheton. ——— *Γένναν ὀδοντοφυῆ* *Joannes* hinc attigit *Jonſenus* Epiſt. de Spartis p. 213

Vs. 828. *Θήβαις κάλλιστον ὄνειδος*] *Euripiden* ſcripſiſſe ſuſpicor, *Θήβας κάλλιστον ὄνειδος*, *Thebes opprobrium honoratiſſimum*, *κλέος, ἐγκώμιον*, ut recte cepit *Scholiaſtes*, eodem modo vocem *ὄνειδος* interpretatus v. 1722. ubi Latinorum *Kingium* correctorem perperam *dedecus* poſuiſſe, proxima manifeſtant. *Etymologici M* Auctor. p. 626, 37. *Ὄνειδος λαμβάνεται καὶ ἐπὶ τοῦ κλέους, ὡς Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις.* *Euſtathius* in Il. A, p. 66, 18. *Ὅτι οὐκ ἀεὶ τὸ Ὄνειδος βαρεῖα λέξις ἐστὶ καὶ ἀηδὴς, δηλοῖ οὐ μόνον ὁ γράψας, Καλόν γ' ὄνειδος σπαργάνων ἀνειλόμην, ἀλλὰ σὺν ἄλλοις καὶ ὁ εἰπὼν, κάλλιστον ὄνειδος.* *Euripidae* locum reſpici monuit *H. Stephanus* Theſ. L. G. T. II, p. 1321. B. quamvis legatur etiam in incerti Poëtæ diſticho, quod e *Diogeniani* Cent. III. Prov. 85, *Suidas* deſcripſit: *Γαστέρα μοι προφέρεις, κάλλιστον ὄνειδος ἁπάντων.* Senarius excitatus *Euſtathio* *Sophoclis* eſt in Oed. Tyr. v. 1045. ubi recte vulgatur: *Δεινόν γ' ὄνειδος σπ. ἀ.* neque bis in iſto loco poſuiſſe debuerat *Euſtathius* *Καλὸν*, quod & legitur in eius Comm. in Il. P, p. 1129, 45. non enim ibi ſanequam *ἐπὶ κλέους* accipi poterit: duo ſenarios tragicos confudit; cum *Sophocleo* nempe verſum ex *Euripidis* Medea 514, *Καλόν γ' ὄνειδος τῷ νεωστὶ νυμφίῳ.* Idem Iphig. in Aul. v. 305, *Καλόν γε μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας.* præter iſta loca, quæ item uſurparat *Marc. Ant. Muretus* V. L. VI, c. XVIII, non putem plura dari. —— Quandoquidem autem bis in hoc cantu chorico v. 797, 830, numero legebatur ſingulari *Θήβας*, hic eumdem plurali præoptabam; quumque *Θήβα* corrigi poterat, vel *Θήβας*, hoc antetuli, quia *τῷ ὄνειδος* caſum ſic ſæpe iungi quoque memineram ſecundum: *Aeſchylus* Sept. contra Thebas v. 545, *Τὸ γὰρ πόλεως ὄνειδος*, —— *Σφίγγ' ὠμόσιτον·* *Sophocles* Aj. v. 1215, *Τροίαν* vocat *Δύστανον ὄνειδος Ἑλλάνων.* *Lycurgus* contra Leocrat. p. 148, 24. *τῆς τε πατρίδος ὄνειδος καὶ πάντων ὑμῶν γεγενημένον.* *Eurip.* Herc. Fur. v. 130, *εὐκλεεστάτας Πατρίδος οὐκ*

ὀνείδη. *Horatius* IV. Carm. XII, 6. *Cecropiae domus Aeternum opprobrium.* Nostro quinimo loco Θήβας legisse videtur Scholiastes; reddit enim κλέος κάλλιστον τῶν Θηβῶν. *Thebarum* autem urbs primitus numero singulari Θήβη vel Θήβα vocabatur; atque ita plerumque dicitur a Poëtis, res antiquissimae memoriae Thebanas commemorantibus, *Homero*, Cyclicis, Tragicis, ceterisque: *Sophocles* sit documento, in cuius una Antigone Θήβη vel Θήβα saepissime recurrit vss. 102, 155, 744, 857, 949, 1135. atque ita passim *Euripides.* hac quoque parte *Statius Antimachum* sequutus *Theben* saepenumero memorat Theb. IV, 610, 676. IX, 255, 294. X, 588. Utriusque numeri sua constat in *Athenis*, *Mycenis*, *Thebis*, similibusque nominibus urbium ratio.

Vs. 829. Ἁρμονίας δέ ποτ' εἰς ὑμεναίους Ἤλυθον Οὐρανίδαι] Manifestum, quod vetustis inerat Editionibus, vitium emendavit *Grotius*, Ἤλυθον reponendo, pro Ἦλθον· hoc libri Leidd. praeferebant; illud, Florentinus: *Grotium* sequuti sunt Editores Angli. Veterem lectionem repraesentavit *Bern. Martinus* V. L. III, c. VIII. hoc usus loco, ut uxorem Cadmi *Harmoniam*, non *Hermionem* dictam evinceret. Hanc Harmoniam, e Martis & Veneris natam concubitu, sensus sub fabulis latentis venatores libenter memorant: vid. *Heraclit.* Allegor. *Hom.* p. 494, ubi scribendum: εὐλόγως ἐξ ἀμφοῖν Ἁρμονία γεγένηται. Scriptor vitae *Hom* p. 328, ubi vocum quarundam defectus fecit, ut lateret *Harmonia.* Hanc divinitus datam quum duceret uxorem *Cadmus*, Καὶ χθονίου δείπνοιο θεοὺς ἔχε δαιτυμονῆας, ut cecinit *Nonnus* Dionys. II, p. 80, 26. Legendus potius *Pindarus* Pyth. III. 158. & seqq. Euripideis utitur *Muretus* V. L. IV, c. V.

Vs. 830, 31. —— Φόρμιγγί τε τείχεα Θήβας Τᾶς Ἀμφιονίας τε λύρας ὑπὸ πύργος ἀνέστα] Praeter alia, vulgatis longe deteriora, Codex Florent. praefert ἀνέσταν· hoc si plures libri veteres exhiberent, nihil esset cur repudiaremus: τείχεα τε καὶ πύργος ἀνέσταν. Arcem ab urbe discernere videtur, *Homerum* sequutus, cui Zethus & Amphion Od. Λ, 262, πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο Πύργωσάν τ'· ita certe censuit *Pausan.* II, p. 125. Ὅμηρος —— Θήβας φησὶν οἰκίσαι πρώτους, ἀποκρίνων τὴν κάτω πόλιν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἀπὸ τῆς Καδμείας. Fabulae vero, Cyclicis & *Antimacho*, hinc reliquis Poëtis, decantatae, de saxis Amphionis lyra motis, non meminit *Homerus*: οὐκ οἶδε τὸν ῥηθέντα διὰ λύρας τειχισμὸν, inquit *Eustath.* ad Od. Λ, p. 432, 30. Ne quidem ad lyram, dum muri conderentur, Amphiona cantasse tradidit: *Pausan.* p. 720. *Euripidae* verba secundum sententiam *Palaephati* c. XLII. poterunt explicari: conf. *Max. Tyr.* XXXVII, §. 6.

Vs. 832. Διδύμων ποταμῶν,] Recentioris Graeculi, quod in Cantabrig. Cod. repererat, Scholion sequutus *Kingius* haec cum sequentibus iungenda credidit: mihi videbantur ad priora pertinere. *Dirce* non poterat insigniri appellatione διδύμων ποταμῶν, sed urbs ipsa Thebarum, πόλις dicta διπόταμος in *Eurip.* Suppl. v. 621. vid. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* h. in Del. v. 78. cuius ad versum 87 notata docebunt, cur Thebis vicinos campos supra v. 650, γύας dixerit χλοηφόρους· hic autem v. 833., χλοεροτρόφον πεδίον. In *Dicaearcho* p. 17, *Vulcanii*, *Berkeliique*, vel *Casauboni* potius a *Spanhemio* recipi debuerat correctio, legentis ἐχόπωρος. Thebarum urbem *Antimachus* dixit φλοίουσαν ὀπώραις, *Plutarcho* teste Symp. V, qu.

qu. 8. nisi tamen *Antimachus* scripserit φλύουσαν· nota sunt φλέω & φλύω, sed significandi tantum virtute figurata; propria *manandi* vis in Latinis *fluo* & *fleo* remansit.

Vs. 838. Ἑτέρας ἑτέραις μεταμειβομένα,] ita vulgarunt *Barnes. Piers. King.* Codices sequuti; nam eodem modo hæc scripta prostant in Leidensibus: antea legebant, Ἑτέρας ἑτέροις μ. Flor. Cod. exhibet: ἑτέροις ἑτέρας μεταμειωμέναν· Μεταμειβόμενον in *Euripidis* Chrysippi fragmento restituendum est, in quo *Barnesius*, *Grotium* sequutus in Exc. p. 417, vulgavit διακρινόμενον· neque aliter *Gataker* ad *M. Antonin* VII, §. 50. hi duo sic scriptum repererant apud *Philon Jud.* p. 939 D. & 948. D & *Clem. Alexandr.* VI. Strom. p. 750, 23. sed hic e *Philone* sua transscripsit. Ex istis dictum illud *Plutarcho* poterit restitui de Placitis Philos. V, c XIX ubi legitur μεταμειβόμενα. Prætérea versus sic integrandos arbitror; —— θνήσκει δ' οὐδὲν / Τῶν γιγνομένων· μεταμειβόμενον δ' / Ἄλλο πρὸς ἄλλου / Μορφὴν ἑτέραν ἀπέδειξεν. Idem illud fragmentum duobus versibus e *Sexto* potuerat *Empirico* p. 360 locupletari.

Vs. 841. Ἡγοῦ πάροιθε θύγατερ· ὡς τυφλῷ ποδὶ Ὀφθαλμὸς εἶ σύ,] Anapæstus olim erat in secunda sede: προπάροιθε *Barnes.* in πάροιθε recte transmutavit. Hoc Tragici frequentant, illud Epici. —— Mirificus iste baculus, cœlitus Tiresiæ datus (de quo notant *Casp. Barthius* in *Statii* Theb. IV, 542. & *Ezech. Spanhem.* ad *Callim.* p. 639.) cœcitatis solatium, Tragicis displicuit, qui filiam Manto dant cœco patri ducem: Græcos sequuntur *Seneca* Oed. v. 290. *Tiresias tremulo tardus accelerat genu, Comesque Manto luce viduatum trahens.* —— *patriasque illuminat umbras*; *Statius*, Theb. X, v. 597. Ut hic apud *Euripiden*, Tiresias in scenam prodit apud *Soph.* Antig. v. 1000, —— ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν Δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε· τοῖς τυφλοῖσι γὰρ Αὕτη κέλευθος ἐκ προηγητοῦ πέλει. In *Grotii Stobaeo* p. 499. dixit *Euripides*, Τυφλὸν προηγητῆρος ἐξηρτημένον. Quod ibidem proximum sequitur, Κακοδαίμονος *Grotio* tribuendum, sic emendanti veterem lectionem sensu vacuam Ἀ δαιμόνων. corrigi debuerat, Εὐδαιμονῶν· sensu aptissimo: *si quem olim viderem*

Τυφλὸν προηγητῆρος ἐξηρτημένον,
Εὐδαιμονῶν ταῖς συμφοραῖς ἐλοιδόρουν.

Novi *Sophocleum*, Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ. sed, præter *Euripiden*, neminem, qui τυφλῷ ποδὶ ducem dederit alterius oculum: ne cui tamen illud suspectum sit Euripidi ei facient, quæ collegit Celeberr. *Io. Iac. Wetstenius* ad N. F. T. I, p. 332. —— Leve quidem, non negligendum tamen, ὡς illud prius interpretes cepisse perperam: ubi sic in eadem periodo bis collocatur ὡς, alterum significat οὕτως· *Ut sidus nautis, ita tu coeci parentis es regimen.* Per ἄστρον *helicen* intelligit: ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες Ἀχαιοὶ Εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν. *Aratus* Phæn. v. 37. *Septem illam stellae certantes lumine signant; Qua duce per fluctus Graiae dant vela carinae.* *Manilius* I, v. 304. hinc ἑλίκωπες Ἀχαιοὶ secundum Grammaticos. —— Ceterum ὡς, in talibus pro οὕτως positum, ut ab altero discernatur, scribi solet ὥς. In *Platonis* Phædro legitur p. 241., D. Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ', ὥς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί. expressit *Aristaenet.* II. Epist. XX, Ὡς γὰρ λύκοι τοὺς ἄρνας ἀγαπῶσιν, οὕτω τὰ γύναια ποθοῦσιν οἱ νέοι. Incerti Poëtæ versus antiquitus lectus fuit in Scholiis ad *Hom.* Il. X, v. 263. prostat in nuper editis, ut erat interpolatus in Leid. Cod. *Plato* L. VII. Πολιτ. p. 530. D.

κινδυνεύει, ὡς πρὸς ἀστρονομίαν ὄμματα πέπηγεν, ὡς πρὸς ἐναρμόνιον Φορὰν ὦτα παγῆναι *Callimach.* h. Cereris v. 121, Ὡς αἱ τὸν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι ἄγοντι Τέσσαρες, ὡς ἀμῖν ——

Vs. 843. Δεῦρ', εἰς τὸ λευρὸν πέδον Ἴχνος τιθεῖσ' ἐμὸν, Πρόβαινε,] Casu receptum, an consulto, vitiosum est in Editione *Grotii* τιθὲς ἐμὸν, neque etiam iungenda sunt δεῦρο —— τιθὲς, vel τιθεῖσ', at δεῦρο πρόβαινε· *Barnes.* πεδίον in πέδον mutavit: Quis credat *Scaligerum* legi voluisse: Δεῦρ' εἰς τὸ λευρὸν πεδίον ἴχνος θεῖσ' ἐμόν. multa *Scaligero Barnesius* tribuit, quæ, libri cuiusdam margine derivata, viro Maximo non deberent imputari.

Vs. 845. Κλήρους —— Οὓς ἔλαβον, οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθὼν,] *Eustathius* in Il. Γ, p. 317, 52. Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις καὶ μαντικάς τινας ψήφους Κλήρους καλεῖ, ἅς, Φασὶ, δέλτοις παρεσημειοῦντο, ἔν τε πτήσεσιν ὀρνίθων καὶ λοιποῖς. Mopsus *Pindaro* Π ιv, 338, 39. dicitur Μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλάροισι θεοπροπέων ἱεροῖς. Hic apud *Euripiden* Κλήρους *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* h. in Pall. p. 626, recte *tabellas vaticiniorum* interpretatur, *Canterum* tamen sequutus, & *Scaligerum*, hoc urentem loco Castig. in *Tibull* p. 158 Sequentem versum excitans *Des. Heraldus* I Digress. xx, posuit οἷς μαντεύομαι, frustra.

Vs. 850. —— ὡς γ' ἐμὸν κάμνει πόδα] Spondeus in quarta sede senarii, τοὐμὸν, *Barnesium* non offendit: ὡς ἐμὸν *Grotius* iam restituerat: hoc, in Codd. repertum Britannicis, *Piersius* & *Kingius* exhibent: his concinunt Leidenses. Scriptura Codicis Flor. ὥς τ' ἐμὸν mihi quidem illam indicare videbatur, quam repræsentavi. —— In versu præcedenti quum perperam vulgaretur ἄστεος ὁδὸς, e Mf. *Barnesius* ἄστεως recepit: hoc quoque potuerat apud *Grotium* invenire.

Vs. 853. Ἐξώρμισαι σὸν πόδα.] Ex diversis hanc tandem lectionem elegi, revocatam ex Edit. *Aldi* & Basil. prima *Hervagii*, repertam in Leid. B. Hæc, auctoritate munita, lectio *Barnesii* saltem coniecturæ, ἐξώρμισα, quam exhibent *Piersius* & *Kingius*, videbatur anteponenda. *Cantero* probatum Ἐξόρμισαι præbent Codd. Leid. A, & Flor *Scholiastae* lectionem, Ἐξορμίσαι, *in infinita & activa forma* sibi magis altera placere scribit *Battierius*; *sed tamen*, ait, *vehementer* „ *existimo Euripidem scripsisse* Ἐξώρμισας σὸν πόδα. *prope enim tuos amicos* „ *extulisti tuum pedem i. e prope tuos,* „ *ad tuos amicos pedem tuum pertulisti.*" —— Scholion exstat in Aug. Cod. Ἐξορμίσαι, λείπει τὸ ἐστὶν, ὥστε ἐξορμίσαι σὸν πόδα ἐστιν· —— ἢ τὸ ἀπαρέμφατον ἀντὶ τοῦ προστακτικοῦ, ἀντὶ τοῦ ἐξόρμισον, στῆσον. —— Ἐξώρμισαι σὸν πόδα nihil impedit quominus reddamus, *Promovisti pedem, o Teresia, prope amicos tuos*: *Aeschylus* in Choëph. v. 674, —— δεῦρ' ἀπεζύγην πόδας.

Vs. 854. Ὡς πᾶσ' ἀπήνη, πούς τε πρεσβύτου, Φιλεῖ Χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κουφίσματα.] *Phil. Melanchthon* interpretabatur: *Quia omnis currus & pes senis amat Alienæ manus alievationem.* Qui dicitur *Dorotheus Camillus*: *Nam omnis gressus pesque senis solet Manus alienæ expectare levamina.* ex his duabus vulgatam maxime conversionem conflarunt. Nec *Ratallero* neque *Grotio currus* in hac sede displicuit. Sed cur obsecro præ multis aliis in sua quæ erat si motum communicet aliunde, mansuris, eligeretur ἀπήνη, *senilis instar pedis* desiderans χειρὸς θυραίας κουφίσματα; Ἀπήνην sive *carpentum* interpreteris, seu

ſeu *plauſtrum*, ſive *vehiculum*, *muli* trahebant vel *boves*: vid. *Schefferus* de Re Vehicul. II, c. XVII, p. 220, 221. c. XIX, p. 250. *taurus* ὑποδμηθεὶς ἐρύει πολύφορτον ἀπήνην, in *Moſchi* Europa v. 83. Miror itaque cur hos duo verſus *Grotius*, tanquam præ ceteris eximiam ſententiam, ſuis in Excerptis collocaverit; quos, ſi ſic ſcripti prodierunt primitus, ego quidem ab *Euripide* hoc loco mallem omiſſos. Sed ſuſpicor profecto mendam his inſidere, Codicibus collatis antiquiorem. Elegantiſſima coniectura *Io. Pierſono* venit in mentem, corrigendum exiſtimanti:

Ὡς παῖς τιθήνης, πούς τε πρεσβύτης φιλεῖ
Χειρὸς θυραίας ἀναμένειν κουφίσματα.

adferebat eam in rem e *Sophoclis* Philoct. v. 705. Τότ' ἂν εἱλυόμενος Παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας. *Aeſchyl.* Agam. v. 72. & ſeqq. Eumen. v. 38. Ut excitentur alii ad perveſtigandam genuinam lectionem, dicam quid mihi probabile fuerit viſum, *Euripidis*, in quibus fit ἀπήνης mentio, loca conſideratius ſpectanti. Curru mulieres deſcenſuræ manu ſolebant & olim ſublevari: Clytæmneſtra in *Eurip.* Iphig. Aul. v. 618. Καί μοι χερός τις ἐνδότω στηρίγματα, Θάκους ἀπήνης ὡς ἂν ἐκλίπω καλῶς. conf. v. 599, & 600. Eadem in *Eurip.* Electra v. 998, Ἔκβητ' ἀπήνης, Τρῳάδες, χειρὸς δ' ἐμῆς / Λάβεσθ', ἵν' ἔξω τοῦδ' ὄχου στήσω πόδα. ubi στήσω cur in θήσω mutaremus, vel in βήσω, nihil eſſe cauſæ docuit Doct. *Aug. van Staveren* Miſcell. Obſ. x, p. 98. *Aeſchylus* Agam. v. 915, Clytæmneſtram facit ad maritum loquentem, tanquam Aſiatico Phrygum luxui iam adſuefactum:

Ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε, μὴ χαμαὶ τιθεὶς
Τὸν σὸν πόδ', ἄναξ, Ἰλίου πορθήτορα.

vocem ultimam in πορθήτορας corrigendam arbitror: reſpondet Agamemnon v. 927, μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἐμὲ Ἅβρυνε. Infra dicitur in eodem dramate Caſſandræ v. 1048, Ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε. Ad priorem *Aeſchyli* locum Euripidea dedit Clariſſ. *Abreſchius* Anim. p. 354, nobis, ut puto, commodum inſervitura. Suſpicabar hinc noſtro, qui præ manibus eſt, Phœniſſarum loco corrigendum:

Ἐκβᾶσ' ἀπήνης, πούς τε πρεσβύτου, φιλεῖ

curru mulier deſcendens, & pes ſenis manu deſiderant (vel *debent*) *alterius ſublevari*. Hoc præferebam, quia muliebre fuit potiſſimum vehiculum ἀπήνη. Quoniam tamen ἀπήνῃ viri ſenes vecti quoque leguntur, & vehiculo Tireſias partem confeciſſe videtur itineris, nonnullis melior videbitur ſcriptura:

Ἐκβὰς ἀπήνης πούς γε πρεσβύτου φιλεῖ

Pes certe ſenis deſcendentis carpento ſublevari deſiderat alterius manu. Prudentes literarum in emendando cautique venatores, quos audacibus illis Maiorum gentium Criticis non poſtpono, meminerint illi, *Canterum* ἐκ νόμου recte correxiſſe pro ὡς νόμου in *Aeſchyli* Choëph. v. 991. ſcriptumque apud *Iamblichum* de V. P. p. 116, 15. pro ἐκ τελετῶν, ὡς τελετῶν ſcriptum in Cizeri Cod. reperiſſe Celeberr. *Hemſterhuſium*.

Vs. 856. —— τί με καλεῖς σπουδῇ, Κρέον;] Non neſcio, τί με καλεῖς, ſaepenumero legi ſic recte ſcriptum, velut in *Ariſtophanis* Nubib. v. 223. Pace, v. 254. In Equit. v. 150. vulgatur: Τί ἐστι, τί με καλεῖτε; reſtituendum cenſeo: Τί 'στιν; τί με, τί με καλεῖτε; Δ. Δεῦρ' ἔλθ', ἵνα πύθῃ. Sic legitur in epigrammate *Diogenis Laërt.* VII, § 31. Ἔρχομαι αὐτόματος δή· τί με, τί με καλεῖς· ut hic, non nunquam alibi quoque τι producitur: quod in Editione *Wetſten.* ſubſtitutum a *Meibomio*, δή· τί καλεῖς με, μωρέ; ut verbo dicam, abſurdum eſt: præceſ-

 ſe

ferat proxime: προσκέψας ποτ' ἔφη, χερὶ γαῖαν ἀλοίσας· hoc, quum Græcum non sit, corrigi debuerat in χερὶ γῆν ἀλοήσας· id est παίσας, τύψας· *terram* itaque matrem alloquitur. De eodem Zenone *Laërt.* § 28. προσέπταισε καὶ τὸν δάκτυλον περιέῤῥηξε· παίσας δὲ τὴν γῆν τῇ χειρὶ, Φησι τὸ ἐκ τῆς Νιόβης, —— Ἔρχομαι, τί μ' αὔεις; ne hoc quidem genuinum; lege: τί μ' ἀΰτεῖς; hoc tragicum, illud non item. —— Sed, ab instituto ne nimium deflectam, apud *Euripiden* hic scribi malim:

—— τί μ' ἐκάλεις σπουδῇ, Κρέον;

Cur me vocabas? tempus illud præteritum rei nondum perfectæ hic requiritur: recte legitur in *Euripidis* Elec. v. 1123. Παῦσαι λόγων τῶνδ'. ἀλλὰ τί μ' ἐκάλεις, τέκνον; Tiresias ad Oedipum in *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 430. Οὐδ' ἱκόμην ἔγωγ' ἂν, εἰ σὺ μὴ 'κάλεις, elisæ vocalis index omissus apud Tragicos sæpenumero, tempus illud in alterum ut perverse transmutaretur, effecit: In *Sophoclis* Aj. v. 1119, scribendum:

Ποῦ σὺ 'στρατήγεις τοῦδε;

pro στρατηγεῖς. Pro κλύεις prætulerim in eiusdem Oed. Tyr. v. 312, —— εἰ καὶ μὴ 'κλυες τῶνδ' ἀγγέλων. Pro μοχθεῖς in *Euripidis* Ione v. 918, ἢ μόνη 'μόχθεις τάδε· pro δοκεῖ in huius Hippol. v. 507, Εἴ τοι' δόκει σοι, χρῆν μὲν οὔ σ' ἁμαρτάνειν. Tempus illud imperfectum non sane dubito quin reponi debeat in *Soph.* Antigon. v. 1006. ubi dicenti Regi: Οὔκουν πάρος γε σῆς ἀπεστάτουν Φρενὸς, respondet augur: Τοιγὰρ δι' ὀρθῆς τήνδ' ἐναυκλήρεις πόλιν. vulgatur τήνδε ναυκληρεῖς. supra legitur v. 173, —— ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν. His simillimum quod *Aeschylo* sit restituendum non commemini; nec dissimile tamen in Prom. Vincto v. 235. Ἐγὼ δὲ τολμῶ· corrige, sodes:

Ἐγὼ δ' ἐτόλμησ'· ἐξελυσάμην βροτοὺς

Τοῦ μὴ &c. His plerisque tuendis machina quidem adhiberi poterit; &, si quid auguror, admovebitur: semper enim fuere literatores, & erunt aliis in annis, qui veluti scopulis adhærent vulgatis lectionibus. Augmentum ab Atticis Poëtis non omitti monuit *Rich. Dawes* Miscell. Crit. p. 267. quod scribit p. 346, *hoc nos primi fortasse monemus*, rectius omisisset. Qui recentiorum scripta perpauca legimus, multa tanquam nova miramur, quæ dudum aliis venerant in mentem.

Vs. 857, 58. —— σύλλεξαι σθένος, Καὶ πνεῦμ' ἄθροισον, κἄπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ.] Codex Florent. præfert, ἀπὸ σ' ἐκβαλὼν ὁδοῦ· librarius invenerat ἄπος, quod, cum non intelligeret, isto modo corrupit: ἄπος enim hic in nonnullis libris antiquis inventum, monstrat *Eustathius*, *Barnesio* iam citatus, & *Piersio*, ad Il. Γ. p. 288, 39. inter ἅπαξ λεγόμενα, quædam commemorans Euripidea, Phœnissis & Hippol. v. 821, & 1172, derivata: Εὐριπίδης inquit ἄπος οὐδετέρως τὸν κάματον ἔφη. *Schol. Eurip.* ἄλλοι δὲ, ἄπος, τὸ ὕψος. scripserat, opinor, Grammaticus: αἶπος, τὸ ὕψος. *Hesychius*: Αἶπος κάματος, ἢ ὑψηλὸς τόπος· ibi Celeberr *Alberti* nostrum locum & *Scholiastæ* notam attulit; conf. *Bentlejus* ad *Callim.* Fragm. ccccv. Sed pertinet ista nota ad *Eurip.* ex Alc. versum 500, ubi potuit αἶπος a Grammatico per κάματον exponi: propria potestate Παρνάσιον αἶπος legitur in *Theocr.* VII, v. 148, & in *Simmiae* Securi πύργων αἶπος. Quantumvis autem αἶπος in *Euripidae* loco designato significare possit κάματον, hoc tamen ista vox locum non invenit: Κἄπος hic plerique legisse videntur Grammatici, eam vocem sæpenumero per πνεῦμα interpretantes eo, quod *Homerus* dixerat κεκαφηότα θυμὸν, & in Il. Χ, v. 467, ἀπὸ δὲ ψυχὴν

χὴν ἐκάπυσσεν· quod Grammatici reddunt ἀπέπνευσε τὴν ψυχὴν· vel ἐξέπνευσε. Legitur in Lex. Mſ. *Cyrilli:* Κάπω, πνέω· ſcripſerat forte Καπύω. Homerea tantum Andromache paſſa fuerat animi deliquium: paulo poſt eadem *Homerus*, Ἡ δ', ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο, καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη, v. 474. Cum his poſtremis comparari velim Euripidea, σύλλεξαι σθένος, Καὶ πνεῦμ' ἄθροισον. Si ſcripſiſſet *Euripides* Κᾶπός τ' ἄθροισον· commodius locum reperiret iſta toties memorata *ſpiritus* vel *animae* ſignificatio, quam quidem in ſequentibus κᾶπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ. Apud *Heſychium* legitur: Κάπουπλος, φάρυγξ. reſtituendum puto: Κάπου vel Κάπους πλόος, φάρυγξ. ſic *ſpiritus* vel *reſpirationis meatum* dixiſſe, *Sophoclem* non dedecet. Si Κᾶπος noſtro loco genuinum, ſignificabit: τὸ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ἆσθμα γενόμενον, quod legitur in Scholiis: *ex itinere contractam laſſitudinem*, vertit *H. Stephan.* Indice Theſ. v. Ἄπος. Erat præ fatigatione ſenex Δύσπνους, ut eſt in *Soph.* Antig. v. 229. βεβαρημένος ἄσθματι θυμὸν, *Apollon. Rhod.* I, 1256. ἔτ' ἄσπετον ἐκ καμάτοιο Ἆσθμ' ἀναφυσιόων II, 432. Euripideum, πνεῦμ' ἄθροισον *Terentii* verbis ex Adelph. III, 2, 25. eſt *animam recipe. Euripid.* Herc. Fur. v. 626, σύλλογον ψυχῆς λάβε.

Vs. 859. Κόπῳ παρεῖμαι, γῆς Ἐρεχθειδῶν ἄπο Δεῦρ' ἐκκομισθεὶς] *Aldus* vulgarat: Κόπῳ πάρειμι γοῦν Ἐρεχθειδῶν ἄπο· *Aldum* ſequutus eſt *Hervagius;* ſed in ſecundam Baſil. anni MDLI, pro γοῦν irrepſit γᾶν· hoc deinceps vicinum etiam vocabulum corrupit in Ἐρεχθειδᾶν: dum πάρειμι mutarunt in παρεῖμαι. *Grotianam* Editionem hic perverſa prorſus inſedit lectio: Κόπῳ πάρειμαι γὰρ Ἐρεχθειδᾶν ἄπο *Barneſius Aldinum* revocavit πάρειμι. reliqua ſic vulgavit, γᾶς Ἐρεχθειδᾶν ἄπο. Doriſmos ſuſtulit *Kingius:* ſorſan *Battierius* veram, genuinam certe proximam, lectionem in ſchedis poſuerat, Κόπῳ παρεῖμαι, γῆς Ἐρεχθειδῶν ἄπο Δεῦρ' ἐκκομισθείς· Primum παρεῖμαι Codices exhibent ſcripti, Cantabrig. Flor. duo Leidenſes, forte plurimi; tum ſic in ſuis reperit *Scholiaſtes*, iſta, Κόπῳ παρεῖμαι, explicans, ὑπὸ τοῦ κόπου παραλέλυμαι. In *Aeſchinis* Socr. Eryxia p. 34, καθιζώμεθα· κέκμηκα γὰρ, χθὲς βαδίσας Μεγαρόθεν. idem eſt Κόπῳ παρεῖμαι. conſpirat *Heſychius:* Παρεῖμαι, παραλέλυμαι, ἐκλέλυμαι. Tandem alterum πάρειμι hac in ſede locum non invenit; Κόπῳ πάρειμι nuſpiam reperietur; ſed *labore fatigati, tardi ſenecta, morbo languidi*, frequentiſſime dicuntur καμάτῳ, γήρᾳ, νόσῳ παρειμένοι. Ne nunc aliorum excitem, quæ ſunt ad manum, loca, verbum hoc uſu noſtro fuiſſe Tragico frequentatum docebunt Oreſtis v. 879. Alc. v. 202. Supplic. v. 1070. Bacch. v. 682. & v. 635, ubi, quod rem conficit, legitur: κόπου δ' ὕπο, Διαμεθεὶς ξίφος, παρεῖται. —— Quod ſequitur γῆς, in uno tantum Codice ſe teſtatur inveniſſe *Kingius;* in ceteris Anglicis γοῦν, uti dederat *Aldus:* non aliter eſt in Leidenſibus & Florentino. Hanc Codicum conſtantiam attendenti forſan aliquando videbitur *Euripides* ſcripſiſſe: Κόπῳ παρεῖμαι γυῖ', Ἐρεχθειδῶν ἄπο Δ. ε. hoc, in Euripideis rarius, facile potuit in γοῦν depravari. Γήρᾳ δὲ τρομερὰ γυῖα κάμαυρον σθένος legitur in huius Herc. Fur. v. 231. *Homericum* γυῖα βαρύνεται ex Il. T, v. 165. (conf. Od. A, 192.) tranſtulit in ſenem *Plutarch.* T. II, p. 789. D *Aeſchyleum* apte poterit ad hunc locum præter alia comparari, quod eſt in Perſ. v. 916. Λέλυται γὰρ ἐμῶν γυίων ῥώμη. Noſtro loco *Tireſias* loquitur, qui hic ut Oed. *Senecae* v. 289, *tremulo tardus accelerat genu.* ſic legitur in

in Cod. Mediceo. —— Illud tandem dubium non est, quin recte dederim e Codd. Ἐρεχθειδᾶν, non Ἐρεχθιδᾶν, aut Ἐρεχθιδᾶν cum *Barnesio* vel *Kingio*. Ἐρεχθειδᾶν Choro congruit in *Sophoclis* Antig. v. 993. & in *Euripidis* Hippol. v. 151. extra chorum hæc forma graviter aures offendisset *Erechthidarum*. *Erechtheidas* in Latinis etiam legi vetustis Codd. Cel. *Burmannus* adnotavit ad *Ovid* Met. VII, v. 430. *Barnesiano* contrarium errorem erravit in *Tzetzis* ad *Lycophrona* comment. v. 510, *Joannes Potterus*, ubi, quod versum *Euripidae* pessumdat, & analogiæ prorsus est contrarium, Τυνδαρειδαις, ille tamen genuinæ scriptioni Τυνδαρίδαις antetulit.

Vs. 861. Κἀκεῖ γὰρ ἦν τις πόλεμος Εὐμόλπου δορὸς,] Scholiastes nondum editus in *Aristidis* Panathen. T. I, p. 118, ubi Thraces memorantur, qui cum Eumolpo venerint in Græciam, Κατὰ τὸν αὐτὸν, inquit, χρόνον Θρᾶκες ἐστράτευσαν ἐπὶ Ἀθήνας, καθ' ὃν καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, ὡς δηλοῖ ἐν Φοινίσσαις Εὐριπίδης, διὰ Τειρεσίου πρὸς Κρέοντα λέγων,

Κἀκεῖ γὰρ ἦν τις πόλεμος Εὐμόλπου δορὸς
Οὗ καλλινίκους Κεκροπίδας ἔθηκ' ἐγώ.

Δείκνυσι δὲ τὴν ἱστορίαν ταύτην προτέραν τῶν Ἀμαζόνων, ἔστι δε αὕτη· Εὔμολπος ὁ βασιλεὺς Θρᾴκης, reliqua sunt aliunde notissima. Cujus humanitati hæc debeo, *Abreschio* debebit forsan aliquando orbis eruditus insignem Docti Grammatici commentarium. Ill. *Jos. Scaliger* Animadv. in Euseb. p. 41. A. „ *Tiresias*, ait, *apud Euripi-* „ *dem* Φοινίσσαις *dicit bellum Eumolpi* „ *tum fuisse, quum septem ad Thebas* „ *pugnarent, qui est maximus hiatus* „ *temporis, & me tacente vetus Scho-* „ *lion hoc arguit.* —— *Quare pec-* „ *cat Euripides* μεταχρονισμῷ τεσσά- „ ρων γενεῶν·" Sed sciens peccavit; ἀναχρονισμοὶ & μεταχρονισμοὶ nimis sunt frequentes apud quosvis, ne *Homero* quidem excepto, Poëtas, Tragicos præsertim, sed & apud Philosophos, *Platonem* & *Xenophontem*.

Vs. 865. Οἰωνὸν ἐθέμην καλλίνικα σὰ στέφη.] Hic quidem est mendosa Codicis Flor. lectio, καλλινίκαστα στέφη. sed in versu præcedenti vulgatæ non postponenda, Λαβὼν ἀπαρχὴν π. σ. Versu 865, & 866. venuste Socratem in fine Alcibiadis II, p. 151, facit utentem *Plato*, *Barnesio* citatus. *Euripides* Iphig. Aul. v. 607, Ὄρνιθα μὲν τόνδ' (lege τόδ') αἴσιον ποιούμεθα. de malo omine *Eurip.* Ione v. 1191, Οἰωνὸν ἔθετο· nihil istiusmodi formulis notius.

Vs. 872. —— κλῄσας στόμα] *Barnesio* debetur; nam, quod notat ut *Grotianum Piersius*, κλείσας præferunt Editiones antiquiores illi *Barnesii*: κλῄσας erat in Codd. Cantabrig. & Leidensibus. Parvi referebat, utrum hic Euripidea scriptio κλείσας, an Attica legeretur recentiorum, secundum quam scribitur in Alc. v. 548, κλῄσατε· συνεκλῄσαν in Androm. v. 122, & ἄκληστα v. 593.

Vs. 875. Ἐξ οὗ 'τεκνώθη Λάϊος βίᾳ θεῶν,] Ad oram libri posuerat *Barnesius*, *an* τέκνωσε. Sic nonnullis forsan scripsisse videbitur Noster, Ἐξ οὗ 'τέκνωσε Λ. in oraculo legitur, quod Laius acceperat, Εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ' & acervus poterit exemplorum eam in rem congeri; nullum proferetur tamen, quod ad hoc *Barnesianum* accurate respondeat. Vulgatam lectionem constanter retinent Codd. exhibet Schol. in Phœn v. 4, adprobat *Io. Davisius* ad *Max. Tyr.* p. 572. Accedit ad hæc *Hesychius*, hinc procul dubio sumtum explicans: Ἐτε-

'Ετεκνώθη, τέκνον ἔσχεν, & Τεκνώσει, εὔτεκνον ποιήσει. ſic legit, qui *Heſychium* huc reſpexiſſe viderat, Erudiſſ. *A. Heringa.*

Vs. 877. Αἱ δ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ,] Olim vulgatum διαφοραὶ repertus tamen eſt qui tueretur *Aem. Portus*: *Canteri* coniecturam iure receperunt *Grotius*, *Barneſ. King.* duobus ſaltem Mſſ. firmatam Leid. & Flor. Oedipodis Τὰς αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθορὰς ſic memorat *Sophocles* Oed. in Col. v. 545. ut verſus alterum alterius recordatum fuiſſe manifeſtum ſit. Cogitatius autem mea ſententia *Sophocles* dixit αἱματηρὰς ὀμμάτων διαφθορὰς, quam quidem dixerat Noſter αἱματωποὺς, Erinnyas aptius hac deſignans adpellatione in Or. v. 256, & v. 978. Androm. —— Niſi verſus interciderit, ſcribendum videtur: Αἱ δ' αἱματωποὶ δ. δ. Nominativi ſoluti *per quod attinet* exprimendi ſunt.

Vs. 878. Θεῶν σόφισμα, κἀπίδειξις Ἑλλάδι.] Quæ proſtat in Scholiis, eamdem exhibet alter Leidenſium lectionem, κἀπόδειξις· in Cantabrig. Cod. poſitum κἀπιδείξεις, ut nempe præcedentibus accommodaretur. Sed Oedipodis δεργμάτων διαφθοραὶ non potuerunt adeo Θεῶν σόφισμα dici, κἀπίδειξις, vel κἀπόδειξις Ἑλλάδι, quam quidquid accidit miſero, atque adeo Oedipus ipſe, tot calamitatibus preſſus, quarum viſus iſthæc orbatio levis tantum erat particula. Verſu tranſpoſito, paucis mutatis, forſan locus priſtinam recuperabit ſanitatem, hunc in modum ſcriptus: Ἐξ οὗ τεκνώθη Λάϊος βίᾳ θεῶν,
Πόσιν τ' ἔφυσε μητρὶ μέλεον Οἰδίπουν,
Θεῶν σόφισμα, κἀπόδειξιν Ἑλλάδι.
Αἱ δ' αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ,
Ἃς συγκαλύψαι παῖδες Οἰδίπου χρόνῳ
Χρῄζοντες —— Ἥμαρτον. de Oedipode *Seneca* Phœn. v. 320. *Exemplum in ingens regia Stirpe edite.* εἰς παράδειγμα. *Gellius* N. A. VI, c. XIV. *Poenitio propter exemplum eſt neceſſaria, ut ceteri ſimilibus a peccatis, quae prohiberi publicitus intereſt, metu cognitae poenae deterreantur. Idcirco veteres quoque noſtri exempla pro maximis graviſſimisque poenis dicebant. Voluit Deus*, ὅκως πανωλεθρίῃ (*Troiani*) ἀπολόμενοι καταφανὲς τοῦτο ποιήσωνται, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν. *Herodotus* II, c. 120.

Vs. 883 —— ἄνδρα δυστυχῆ Ἐξηγρίωσεν] Hæc & vicina *Ioſ. Scaliger* Conject. in *Varronem* p. 121, optime cum his ex *Accii* Phœniſſis comparavit, a *Nonio* ſervatis: *Incuſant ultro a fortuna opibusque omnibus Deſertum, abiectum, afflictum ex animo expectorant.* verbum *exaſperandi* fuiſſet ad Græcum convenientius Accianis *ex animo expectorant*, quod loquendi genus mirabatur *Scaliger.*

Vs. 885. Ἃ 'γὼ τί δρῶν, ἐποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη,] Codicum ſcriptorum fuit a *Grotio*, *Barneſio*, *Kingio* hæc repræſentata lectio, quibuscum concinunt duo Leidd. & Flor. Olim per editiones receptum τί σὺ δρῶν, vocula ſuperflua reiecta, *Gul.* etiam *Canterus* ad iſtam iam rationem correxerat Quod *Scaligero* tribuitur, *Battierius* certe coniecerat legendum: Ἃ 'γὼ τί σὺ δρῶν, ποῖα *vel etiam* ποῖ' οὐ δρῶν· —— ſed hoc *Scaligero* non potuit in mentem venire: *Io Kingii* proſtat coniectura legentis: Κἀγὼ τί μὴ δρῶν, ποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη· e quibus meo iudicio primum Κἀγὼ ſine controverſia verum. Iam in his,
Κἀγὼ τί δρῶν, ἐποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη,
nihil eſſe, quod quis iure reprehendat, hæc fortaſſe perſuadebunt: *Aeſchyl.* Choëph. v. 313 τί σοι φάμενος ἢ τί ῥέξας Τύχοιμ' ἄν· *Soph.* Oed. Tyr.

v. 71. ὡς πύθοιτ', ὅ, τι Δρῶν, ἢ τί φωνῶν, τήνδε ῥυσαίμην πόλιν. *Eurip.* Hec. v. 371. σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ, Λέγουσα μηδὲ δρῶσα. Iſta tamen non impediunt, quominus cœco vati δρῶν hoc in loco, quo ſubaudiendum οὐ, parum videri queat congruere. Neminem, opinor, offenderet, ſi legeretur in Codd.

Κἀγὼ παρὼν, ὁποῖα δ' οὐ λέγων ἔπη,
Εἰς ἔχθος ἦλθον ———

Κἀγὼ παρὼν, filiis nempe patrem irritantibus, filiosque diris devoventi Oedipo: hic ad Tireſiam in *Soph.* Oed. Tyr. v 453 —— παρὼν τάγ' ἐμποδὼν Ὀχλεῖς· vide quantillum diſtent literarum ductus in ΤΙΔΡΩΝ & ΠΑΡΩΝ. tantillum pæne, τί δρῶν librariis ut imputari malim, quam *Euripidi.* Tireſiam dicentem facit *Statius* Theb. x, v. 586, *Quiane ante duci bene credita noſtra Conſilia & monitus, cum perfida bella vetarem.*

Vs. 886. Εἰς ἔχθος ἦλθον παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.] Non adſpernanda proſtat in Scholiis vetuſtis lectio: Γράφεται καὶ, Εἰς ὄχλον ἦλθον· ἀντὶ τοῦ εἰς ὄχλησιν. Attico more poſitum Ὄχλος, ἐπὶ τῆς ὀχλήσεως, *Euripidi* quoque frequentatur: Ὀχλεῖν idem eſt ac ἐνοχλεῖν. Vulgatur apud *Heſychium*: Ὀλαεῖ, ἐνοχλεῖ, καὶ Ὀλαθεῖ, ὁμοίως. putidus ne quem decipiat ab *Henrico Stephano* propagatus error Grammatici, quantocius corrigendus eſt, legendumque: Ὀχλεῖ, ἐνοχλεῖ· καὶ Ὀχλέει, ὁμοίως. Alicui *odioſe moleſtum eſſe* Attice dicitur δι' ὄχλου εἶναι vel γενέσθαι τινὶ, quorum hoc ſæpius occurrit apud *Baſilium*; neutrum tamen apud *Euripiden*, cum ceteris frequentantem formam loquendi magis uſitatam ὄχλον παρέχειν. velut in Or. v. 282. Med. v. 337 Hel. v. 446. Εἰς ὄχλον ἐλθεῖν τινι nuſpiam memini me legere. Poterit tamen ob inſolentiam illud ipſum hoc in loco mutatum videri; εἰς ἔχθραν vel εἰς ἔχθος ἐλθεῖν, & προσάγειν ἑαυτὸν εἰς ἀπέχθειαν, multo notiores erant locutiones. Vt Ὄχλον παρεῖχον, ſic ſcribi ab *Euripide* potuit:

Εἰς ὄχλον ἦλθον παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.

Tireſias autem, ſæpe præſentia ſua moleſtus, præcipue tamen εἰς ἔχθος ἦλθε, quia vera fuerat odioſe vaticinatus: *vates* enim, ut ait infra Tireſias, v. 962, ἢν μὲν πικρὰ σημήνας τύχῃ, Ἐχθρὸς καθέστηκ' οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ. veraci vates opponitur μαντευόμενος τὰ πρὸς χάριν, ut dicitur ab Alexandrino interprete *Ezech.* XII, 24. Sæpe locum reperit *Agathonis* illud: Εἰ μὲν φράσω τἀληθὲς, οὐχί σ' εὐφρανῶ· Εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω.

Vs. 888. Πολλοὶ δὲ νεκροὶ περὶ νεκροῖς πεπτωκότες] Sic recte *Kingius* vulgavit, ut exhibent Mſſ. Leidd. pro παρὰ νεκροῖς π. Quam *Barneſ.* memorat, lectionem περὶ νεκροὺς præbet Mſ. Flor. *Sophocles* Aj v. 839. Πεπτῶτα τῷδε περὶ νεορράντῳ ξίφει. Antig. v. 1254. Κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ. *Quintus Smyrnaeus* IX, v. 168. περὶ κάππεσον ἀλλήλοισιν.

Vs. 891. Σύ τ' ὦ τάλαινα συγκατασκάπτῃ πόλις,] Πόλι præferebant Edd. ſolus *Pierſius* adoptavit πόλις· quod in Cantabrig. Cod. videtur inveniſſe; reperitur ſaltem in Leidd. atque eo hic anteponendum eſt alteri, quia ſequentem ſenarium orditur Εἰ. Quantum fieri poterat, in talibus certe dederunt operam Attici quoque Tragici, ne ſenarius in vocalem deſineret, ſi vocalis ſequentem, cum illo continuandum, ordiretur, ut hic etiam earum evitaretur concurſus; qui nonnunquam ab aliis Poëtis iucunditatis gratia captatus: *nam vocalis in priore verſu extrema eademque in ſequenti prima canoro ſimul atque iucundo biatu*

ita-

tractim ſonat, inquit *Gellius* N. A. VII, c. XX. Senarii præſertim continuo tractu pronuntiabantur; itaque fine ſenariorum vocales etiam poterant elidi. *Sophocles* Oed. Tyr. v. 30, *μέλας δ' / Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.* v. 1233.

Οἷ' ἔργ' ἀκούσεσθ', οἷα δ' εἰσόψεσθ', ὅσον δ'
Ἀρεῖσθε πένθος ——

non debuerat vulgari Δ' *ᾅδης* & Δ' *ἀρεῖσθε πένθος*· in *Euripidis* Iphig. Taur. v. 961, 62, ſcribi debuerat:

Ὡς δ' εἰς Ἄρειον ὄχθον ἧκον, ἐς δίκην τ'
Ἔστην

non Τ' *ἔστην*, multo minus Τὸ *ἔστην*, quod *Barneſii* præbet editio prorſus abſonum. Non ſolet ab Atticis Poëtis verborum augmentum omitti. Verſum tamen 696 Alceſtidis *Eurip.* incepit olim Χαῖρ' verſum Hecubæ 1160, Θάκους orditur: *Soph.* Oed. Tyr. v. 1254, Κάλει (v. 1258. Ἐγκῶτο ponendum:) Qui ſcilicet hos præcedunt, ſenarii deſinunt in vocales, a quibus augmentum potuerit elidi. Hæc minuta non ſunt in Poëtis negligenda. Sic Andromachen orditur *Euripides*: Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις, Ὅθεν &c: ubi perperam legi πτόλι in Cod. Flor. e dictis liquet. Contra Codex Flor. Androm. v. 1176. exhibet Ὦ πόλις· ſed recte vulgatum, Ὦ πόλι Θεσσαλία διολώλαμεν· monſtrat verſiculi modulus. —— Ceterum hoc noſtro Phœniſſarum verſu Tireſiæ decet perſonam de urbe dixiſſe peritura συγκατασκάπτειν. Futura tanquam iam præſentia vates conſiderabant.

Vs. 895. Ὡς *δαιμονῶντας κἀνατρέψοντας πόλιν.*] Libri MſT. Leidd. ſic ſcriptum exhibent, ut *Aem. Portus* corrigenda cenſuerat olim vulgata *δαιμονοῦντας κἀνατρέψαντας π.* Hic chartæ parcere potuerat *Barneſius*: quod ipſi venit in mentem, *δαιμονιῶντας* veteribus fuit inſolens; *δαιμονιᾷν* apud *Ioſephum* legerat & Scriptores Eccleſiaſticos: *δαιμονᾷν* frequentant *Attici*: *δαιμονεῖν* Græcum non eſt: *εὐδαιμονεῖν* recepit uſus. *Phrynichus* p. 28, *θαυμάσαι ἄν τις* —— *πῶς Εὐδαιμονοῦσι μὲν λέγουσι, οὐκέτι δὲ Κακοδαιμονοῦσιν, ἀλλὰ Κακοδαιμονῶσι.*

Vs. 896. Ἐπεὶ *δὲ κρεῖσσον τὸ κακόν ἐστι τἀγαθοῦ,*] Emendatam quidem ſcriptionem *τἀγαθοῦ*, quam Codices quoque præbent Leidd. mutarat *Grotius* in *τοῦ 'γαθοῦ*· ſed manifeſtus eſt error *Kingii*, hæc ſcribentis ad vulgatum *τἀγαθοῦ*. „ *ita libri impreſſi om-* „ *nes, neque animadverterunt Edito-* „ *res in 5to loco pyrrichium* —— *ne-* „ *que video quid ſibi velit τἀγαθοῦ.* „ *repone cum optimo Codice τοῦ 'γα-* „ *θοῦ.*" Ceterorum Codicum conſenſus cum vulgata *Kingium* retrahere debuerat ab errore, qui ne Poëtam quidem ſuum legiſſe multis videbitur. Craſi ſyllabam produci tironibus notum. In *Euripide* verſato cui tandem acciderent nova, *τἀγαθὸν, τἀγαθοῦ, τἀγαθῷ· τἀνδρὸς, τἀνδρί*; Rarius quod legitur in Iphig. Taur. v. 769. Ἄγγελλ' Ὀρέστῃ παιδὶ τ' Ἀγαμέμνονος. priora ſunt Ionibus & veteribus Atticis quibusvis uſitata, ſed apud *Euripiden* pervulgata: *τἀγαθοῦ* ſatis erit adfirmaſſe. Iphig. Aul. v. 488, Ἑλένην ἑλῶμαι, *τὸ κακὸν ἀντὶ τἀγαθοῦ.* Hel. v. 318, *Εἰς συμφορὰν γὰρ ἀντὶ τἀγαθοῦ φέρει.* Elec. v. 607, *Κοινῇ μετασχεῖν τἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ* De multis unum depromam e *Sophoclis* Phil. verſum 457, *Ὅπου γ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει.* qui noſtri verſus ſententiæ planiſſime congruit: nam ut hic, ſic frequenter apud *Euripiden*, *κρεῖσσον ἐστι* tantumdem valet, ac *Sophocleum μεῖζον σθένει.* *Homericum* eſt, quod iſtis obverſabatur ex Il. A, 576. —— *ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ.* *Euſtathius* ad iſta p. 117, 1. Εὐριπίδης inquit, *παραφράζων αὐτὸν φησίν.* Ἐπεὶ *δὲ κρεῖσσον τὸ κακόν ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ.* Hic *κρεῖσ-*

 σον

σον idem eſt ac *μεῖζον·* ut alibi ſæpenumero: corrigatur *Euripidis* Hippolytus v. 1217,

——— ——— *εἰσορῶσι δὲ*

Κρεῖσσον θέαμα δεργμάτων ἐφαίνετο.

legendo: K. *θ. δειμάτων ἐ.* Qui ſcripſit inſulſum drama *Χριστοῦ πάσχοντος* non aliter legit, quam vulgatur: nam in illo verſus eſt 858, *Θέαμα κρεῖσσον ὀμμάτων ἐφαίνετο.* Sed quod a me repoſitum legerat *Seneca*, cuius eſt in Hippol. v. 1032,

——— *litori invexit malum*

Maius timore. ———

Librarii ſæpius permutarunt voces *δεῖμα, δεῖγμα, δέργμα.* *Κρεῖσσον θέαμα δειμάτων*, *ſpectaculum timore maius*, ut *Soph.* Oed. T. v. 1373, *ἐμοὶ Ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα.* *laqueo maiora.* *Eurip.* Bacch. v. 666. *δεινὰ δρῶσι, θαυμάτων τε κρείσσονα.* expreſſit *Accius*: *Quod neque ſatis fingi neque ſatis dici poteſt Pro magnitate*: obſervante *Scalig.* in *Varron.* p. 87. *Thucydides* II, c. 50. *γενόμενον*, ait, *κρεῖσσον λόγου τὸ εἶδος τῆς νόσου.*

Vs. 902. *Τὸ μέλλον, εἰ χρὴ, πείσομαι*] *Aeſchylum* imitatur in ſeptem contra Theb. v. 269. *Σιγῶ· σὺν ἄλλοις πείσομαι τὸ μόρσιμον.* ad Tireſiam Alcmena *Theocriti*, XXIV, v. 68. *ὡς οὐκ ἔστιν ἀλύξαι Ἀνθρώποις ὅ, τι μοῖρα κατὰ κλωστῆρος ἐπείγει, Μάντι Εὐηρείδα, μάλα σε φρονέοντα διδάσκω.* & ſane Divinum inprimis dedecet in Euripideis vulgata dubitatio *εἰ χρή·* Corrigendum: *Τὸ μέλλον, ἣ χρὴ, πείσομαι·* Dii namque cuncta *Κλῶσιν*, *ἣ κ' ἐθέλωσιν*, ut canit *Oppian.* Ἁλ. II, 13. Sic poſi um ἣ prorum in uſu diſtat ab *ὡς*. vid. *Aeſch.* *Χοηφ.* v. 556. *Soph.* El v. 340 *Eurip.* Phœn. v. 419. uſu diverſiſſimo frequentantur *εἰ θέμις*, & *ἣ θέμις*. quorum prius ſæpenumero recurrit apud *Sophoclem*; alterum, apud *Apollon. Rhod* frequens, in Sophocleis ne ſemel quidem invenitur: non probo coniecturam Celeberr. *D'Orvillii* Animad. in *Charit.* p. 555. neque commentum *Etymologi* p. 78, 30. tantumdem differunt *εἰ χρὴ*, *ſi decet*; & *ἣ χρὴ*, *quomodo* vel *ſicuti decet.* *Plato* Sympoſ. p. 194. E. *βούλομαι πρῶτον μὲν εἰπεῖν ἣ χρή με εἰπεῖν·* *Plutarch.* adv. Stoicos p. 1073. C. *μόνοι τὴν φύσιν καὶ συνήθειαν ὀρθοῦντες, ἣ χρή.* Eamdem ex *Euripidis* Herc. Fur. v. 726, maculam ſuſtulerunt *Scaliger* & *Canter.* pro *εἰ χρεὼν* veriſſime reponentes *ἣ χρεών.* Ad veterem tamen lectionem tanquam ad ſcopulum adhæſit *Barneſius*; neque deerunt, qui noſtro verſu tuebuntur vulgatam. —— Quod ſequitur *Τί γὰρ πάθω; quid enim agam?* eorum eſt formula, quos invitos natura, vel fatum, vel quæcunque tandem cogit vix ſuperanda neceſſitas, apud *Euripiden* obvia in Hec. v. 612. Suppl. v. 257. in *Ariſtophanis* Avib. v. 1432, Eccleſ. v. 855. ad hæc loca comparanti Lyſiſtr. v. 884, MY *Οἴκαδ' ἐστὶ καταβατέον·* KI. *Τί γὰρ πάθω;* dubium non erit, quin iuſta fuerit prior *Florentis Chriſtiani* ſuſpicio; iſta, *Τί γὰρ πάθω;* non a Cineſia dici cenſentis, ſed Myrrhinæ quoque contribuenda: conf *Gataker.* ad *M. Antonin.* XII, §. 16. *Τί γὰρ πάθῃ;*

Vs. 904. K. *Μεῖνον· τί φεύγεις μ';* T. *ἡ τύχη σ', ἀλλ' οὐκ ἐγώ.*] Ex uno Leid. Codice B literam vulgatis adieci, quam ſequentia poſcere videbantur: vulgabatur *τί φεύγεις;* quanto melius *τί φεύγεις μ';* ubi ſequitur, *ἡ τύχη σ', ἀλλ' οὐκ ἐγώ.* *Themiſtocles* qui dicitur, Epiſt. XIX, p. 56. *σὺ τὴν Τύχην ἠδίκηκας, ἣν τότε εἶχες, οὐ σὲ ἐκείνη.* *Euripides* ap. *Stobæum* Flor. Tit. CX, p. 581, 21. *Πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας· Οὐχ ἡ τύχη σε·* —— Prius illud *Μεῖνον· τί φεύγεις;* *Euripidi* reſtituendum eſt in Iphig. Aulic. v. 831, ubi nullo ſenſu legitur *Δεινόν. τί φεύγεις;* cum paulo ge-

geretur inferius v. 855. μεῖνον, mirum fi fuo loco nemini venerit in mentem. *Eurip* Hel v. 555. Μεῖνον· τί φεύγεις; *Ariſtophanes* Equit. v. 240, Οὗτος, τί φεύγεις; οὐ μενεῖς; Thefmophor. v. 696, Ποῖ ποῖ σὺ φεύγεις; οὗτος, οὗτος, οὐ μενεῖς; fic recte *Scaligerum* reſtituiſſe, verſus Pluti 417 monſtrabit.

Vs. 909. Εἰς γάρ τί μ' ἄλλο δεῖ προθυμίαν ἔχειν;] In paraphrafi legitur, Εἰς γάρ τι μᾶλλον· hoc *Kingius* in contextum recepit, falſus licet in Codicibus legi, ficut in editis: μᾶλλον duo tamen Codd. præferunt, Flor. & Leidenſium deterior; fed in altero A, μ' ἄλλο reperitur. Quæ *Kingius* attulit nihil, ut arbitror, huc faciunt, ubi reſpondet ad iſta tantum Tirefiæ Creon, quæ proxima præcedunt.

Vs. 911. —— σαφῶς μαθεῖν,] μαθεῖν σαφῶς eſt in Flor. Verſu ſequenti literam omiſſam *Barneſ* adiecerat: Ποῦ 'στιν M. in eodem Flor. Cod. ἀπήγαμεν: legerat forte librarius ἀπήγαγεν· perperam.

Vs. 913. Οὐδ' οὐ μακρὰν ἄπεστι, πλησίον δὲ σου.] Codex Flor. Οὐδ' οὐ μακρὰν ἄπεστι, πλ. δέ που. ſcribi potuit: Οὐδ' οὐ μακράν γ' ἄπεστι, πλησίον δέ που.

Vs. 915. Ἐμὸς πεφυκὼς παῖς·] Si Codex exhiberet: Ἐμὸς πέφυκε παῖς· ἃ δεῖ σιγήσεται. hoc ut iucundius, magis animoſum, & Creonte dignum, vulgatæ lectioni præferrem.

Vs. 916. Βούλει παρόντος δῆτά σοι τούτου φράσω;] Codex Flor. mendoſam habet lectionem; etiam τοῦτο, quod editiones infederat usque ad illum *Kingii*; hic τούτου recte reſtituit e Cod. Reg. quocum duo conſpirant Leidd. *Sophocles* Oed. Tyr. v. 91, Εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν, Ἕτοιμος εἰπεῖν.

Vs. 918. Ἄκουε δή νυν θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν.] Sic cum *Barneſio* ad *Eurip.* Heraclid. v. 237, ſcribi placuit pro δὴ νῦν, ut & infra v. 1436. Sæpe legitur Ἄκουέ νυν. minus accurate pasſim Ἄκουε δὴ νῦν· quia ſcilicet alterum νυν tantumdem ſignificare videbatur ac δή. ſed νυν idem ac οὖν. δή formula tantum eſt obſecrantis: *audi itaque, quaeſo.* vid *Sam Clarkius* ad *Hom.* Il. B, v. 158. Il. K, v. 509. Pro ἄκουσον δή, *Ieremiae* XLIV, 20 Mſ Cod. præfert ἀξιῶ, ἄκουσον; vid Proleg. T. III, p. 22 b. hoc *Symmachi* videtur, Hebræam particulam ... redditam ab Alexandrinis, ἀξιῶ convertentis I Reg. XV, 25. huic uſui, præter ἀξιῶ, inſerviunt apud Atticos ἀντιβολῶ, ἱκετεύω. —— Ubi Comicus in Equit v. 1012. hæc habet: Φράζευ Ἐρεχθεΐδη λογίων ὁδόν, noſtrum locum cum pluribus *Lud. Kuſterus* attulit, quibus iſtum vocis ὁδὸς uſum adfirmaret.

Vs. 923. Ἅπερ πέφυκε, ταῦτα κἀνάγκη σε δρᾶν.] Siccine tandem Ἅπερ πέφυκε ſignificare poterunt hoc in loco, *ut res ferunt*, vel *ita nempe res ſunt*? De rebus, *quae fieri ſolent* ſive *natura ſunt* ad hoc illudve *comparatae*, dici quidem ſuevit ταῦτα πέφυκε· Sed hoccine fato convenit Deorumve decretis, quibus erat in re non legitima Creonti tamen obtemperandum? Ad Tirefiæ decretum, verſu 920 denuntiatum. —— *ſtupet anxius alto Corda metu glaciante pater.* *Statius* X, Theb. v. 615. Creon *Euripideus* v. 922, Τί φῄς; τίν' εἶπας τόνδε μῦθον, ὦ γέρον; iſtius verſus loco, ut ante *Scholiaſta*. γράφεται καὶ οὕτως. Τί φῄς; ἐμὸν παῖδ' ἕνεκα γῆς σφάξαι θέλεις. Poſtrema qui crediderit ab *Euri-*

ripide profecta, nostro forte versu corrigendum suspicabitur;
Εἴπερ πέφυκε, ταῦτα κἀνάγκη σε δρᾷν.
Εἴπερ πέφυκε scilicet σὸς παῖς, *siquidem tuus est filius*, *idcirco hoc tibi subeundum*; moriendum enim erat, ἐς δράκοντος γένυος ἐκπέφυκε παῖς v. 948. ubi paulo post explicatur, cur hoc mali solum peteret Menoecea Creontis filium. Illud εἴπερ πέφυκε Sophocles eodem sensu posuit in fragm. ap. *Stobaeum* Tit. LXXIV, p. 451, 33. Παῦσαι· κἀπαρκεῖ τοῦδε κεκλῆσθαι πατρὸς, Εἴπερ πέφυκά γ'· εἰ δὲ μὴ, μείων βλάβη. sic legendum cum *Gesnero*, non cum *Grotio* p. 331. *Euripides* Or. v. 483. Κείνου γὰρ ὅδε πέφυκε, τοιοῦτος γεγώς; M. Πέφυκεν. Mihi tamen versus præcedens, qualis vulgatur, servandus, emendandum autem nostro videtur, non, Εἴπερ πέφυκε, sed,
Ἅπερ πέπηγε, ταῦτα κἀνάγκη σε δρᾷν.
Quae quidem fixa sunt, ista facere te necesse quoque est. hoc sensu res Græce dicitur πεπηγέναι, *firmiter constituta*, qualis erat fato Menoecei cædes. Loci *Platonis* recordor Polit. X, p. 605. A. in quo verba πέφυκεν & πέπηγε videantur transmutanda. Hæc autem *Euripidei* versus emendata lectio quadrat ad ista proxime præcedentia:
Τί φῄς; τίν' εἶπας τόνδε μῦθον, ὦ γέρον;
quæ mihi quidem *Euripidae* potius videntur, quam illa *Scholiastae* memorata; præterea Creontis perturbati personæ magis accommodata. In *Eurip.* Helena v. 478. legitur: Πῶς φῄς; τίν' εἶπας μῦθον; αὖθίς μοι φράσον. sic sæpe solent admirabundi tam apud Tragicos quam Comicos. Τί φῄς, & Πῶς φῄς, in talibus sunt usitatissima, hoc inprimis; *Aeschylo* restituendum in Choëph. v. 765, ubi vulgatur, Ἦ πῶς; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον. *Canterus* excogitavit, Τί πῶς; Corrige: Πῶς φῄς; λέγ' αὖθις, —— vid. *Aesch.* Agam. v. 276. *Soph.* Oed. Tyr. 756, &c. *Eurip.* Iphig. Taur. v. 1317. *Aristoph.* Pluto v. 268.

Vs. 927. Ἀνὴρ ὅδ' οὐκ ἔτ' αὐτὸς,] Scribendum arbitror: οὐκ ἔθ' ὡυτὸς, *non amplius idem est*, οὐκ ἔτι μένει ὁ αὐτὸς, ut explicat *Scholiasta*. hic tamen scribens articulum omissum ποιητικῶς minus recte: *neque enim αὐτὸς nisi cum articulo coniunctum idem usquam denotat*, ut *Rich. Dawes* observat in Miscell. Crit. p. 132. ὁ αὐτὸς, *idem*, Attice scribitur ὡυτὸς, apud *Sophoclem* in Philoct. v. 523. (Ὅρα σὺ μὴ) Τότ' οὐκ ἔθ' ὡυτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς. Cur non ad hoc exemplum tum alibi reponeretur ὡυτὸς, tum in *Soph.* Oed. Tyr. v. 565, Καὶ νῦν ἔτ' ὡυτὸς εἰμι τῷ βουλεύματι. emendate scriptum ὡυτὸς legitur in *Euripidis* Alc. v. 140. Rhes. v. 106. Troas. v. 1265. Bacch. v. 1265. Quid tandem impediet, quominus toties in *Euripideis* repertam scripturam reponamus in Hecubæ v. 294. Iphig. Taur. v. 729, 1343. Troas. v. 1206. Hel. v. 565. & in Herc. Fur. v. 931. Οδ' οὐκ ἔθ' ὡυτὸς ἦν, quibus in locis αὐτὸς editiones præferunt vulgatæ. *Euripides*, ut opinor, apud *Plutarchum* de Consolat. p. 102. F Ἀλλ' αὐτὸς αἰεὶ μίμνε. L. ὡυτὸς, *Thucydid.* III. c. 38. Ἐγὼ μὲν οὖν ὁ αὐτός εἰμι τῇ γνώμῃ. Hunc etiam Græcismum Latinos imitari, docent *Nic. Heinsius* & *P. Burmannus* ad *Ovid.* I Amor. IV, I.

Vs 928. —— σὺ γὰρ σῶν με δεῖ μαντευμάτων.] Primum dubitabam, utrum genuinum esset θεσπισμάτων, quod erat in Edd. an μαντευμάτων, quod in suam Edit. *Kingius* receperat; huc tandem inclinabam, ut μαντευμάτων verius videretur, in Codd. Bodleianis omnibus repertum, in Flor. nec

nec non in Leidensium optimo. V. 910. dixerat Tiresias, *Κλύοις ἂν ἤδη τῶν ἐμῶν θεσπισμάτων.* hoc librariis nostro loco fraudi fuit: Creon isthoc honoratiore vocabulo Tiresiæ dicta non dignatus, *σὺ γὰρ*, inquit, *σῶν με δεῖ μαντευμάτων.* Schol. ad v. 918, *Θέσφατα, θεσπίσματα, χρησμοὶ, τὸ αὐτό, ἐλέγοντο δὲ ἐπὶ θεῶν· Μαντεῖαι δὲ καὶ Μαντεύματα ἐπὶ μάντεων ἀνθρώπων.* Neque tamen nego, hoc minus a Tragicis observari. Hinc tamen liquet, quam vere Cicero Menoecea dicat, *oraculo edito, largitum patriae suae sanguinem* Tusc. Disp. I, c. XLVIII. quod minus animadvertisse videtur *Io. Davisius* V. C.

Vs. 929. *'Απώλωλεν ἡ 'λήθει',*] Ita recte *Kingius*: in *Soph.* Antig. v. 1210. vulgatur: —— *ὀρθὸν ἡ 'λήθει' ἀεί.* —— V. 930. iucundius aures accidit, quod præbet Codex Flor. *Ὦ πρὸς σὲ γονάτων καὶ τριχὸς γερασμίου.* de Creonte *Statius* Theb x, v. 619. *Nunc humilis genua amplectens, nunc ora canentis Nequicquam reticere rogat.*

Vs. 931. *Τί προσπιτνεῖς με; δυσφύλακτ' αἰτῇ κακά.*] Una tantum litera sublata, corrigendum opinor.

—— *δυσφύλακτα γῇ κακά.*

Vulgatum *αἰτῇ* nunquam significare poterit *deprecaris*; deinde alterum unice hic accommodatum: *mala Thebanae regioni difficulter praecaveri poterunt.* Tiresias in *Statii* Theb. x, v. 615. *venit alma salus, sed limite duro*, legi malim: *limine duro.* *Thebas* in Phœnissis Thebani, vel regionem ipsam *γῆν* simpliciter adpellant sæpenumero: v. 156. *σὺν δίκῃ δ' ἥκουσι γῆν.* v. 514. *'Ελθόντα σὺν ὅπλοις τόνδε, καὶ πορθοῦντα γῆν, Τυχεῖν ἃ χρῄζει.* v. 940. *αἷμα γῇ δοῦναι χοάς.* v. 1203. *Πύργων μὲν οὖν γῆς ἔσχομεν κατασκαφάς.* v. 1209. *Παῖδές τε γάρ μοι ζῶσι, κἀκπέφευγε γῆ.* v. 1598. *δεδοικὼς, μή τι γῇ πάθῃ κακόν.* nonnunquam tamen ut vulgo, sic & in Phœn. additur pronomen: Tiresias supra v. 874, —— *νοσεῖ γὰρ ἥδε γῆ πάλαι, Κρέον.* Hic dicit *δυσφύλακτα γῇ κακά*, *mala Thebis vix evitanda*; nec nisi Principis iuvenis morte. *Quae prorsus praecaveri vel evitari nequeant*, *ἀφύλακτα* vocant, & *ἄφυκτα.* Amor hominibus *ἀφύλακτος* dicitur, *inevitabilis*, Anthol. IV, c. XII, ep. 47 & epigr. 59, Cupidinis sagittam *βέλος* vocat *ἀφύλακτον* *Statyllius Flaccus.*

Vs. 932. *Σίγα· πόλει δὲ τούσδε μὴ λέξῃς λόγους.*] Optime *Kingius* *πόλει δὲ* restituit e Codd. Bodlei alterum, quod per Edd. fuerat propagatum, *πολίταις*, in Codd legi testatus, tanquam genuinæ lectionis interpretamentum: cum Codd. Anglicis in vera lectione conspirant duo Leidd. & Flor. Nonnunquam iunguntur *πόλις καὶ πολῖται*, velut a *Xenophonte* *'Απομνημ.* I, p. 719. B. ab *Eurip.* Phœn v. 905. *Φράσον πολίταις καὶ πόλει σωτηρίαν.* Sed vi sua nativa *πόλις cives* denotat: *Plato* *Πολιτ.* II, p. 369 C. *πολλοὺς εἰς μίαν οἴκησιν ἀγείραντες κοινωνούς τε καὶ βοηθοὺς, ταύτῃ τῇ ξυνοικίᾳ ἐθέμεθα πόλιν ὄνομα.* *Herodotus* II, c. 90. *κατ' ἣν ἂν πόλιν ἐξενειχθῇ, τούτους πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ —— αὐτὸν θάψαι.* *Demosthenes* *ἄνδρες γὰρ*, inquit, *πόλεις καὶ οὐ τείχη.* in Schol. ad *Soph.* Oed Tyr. v. 56. ubi versus est, 860, *Πόλις γὰρ ἥκουσ', οὐκ ἐγὼ μόνη, τάδε.* *Eurip.* Heraclid. v 400, *Πόλις τ' ἐν ὅπλοις.* Ixione ap. *Stob.* Florileg *Grot.* p 67, & p 111. *Φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει.* Phœn. v. 719, *'Εξοιστέον γ' ἄρ' ὅπλα Καδμείων πόλει.*

Vs. 933. —— *σὺ σιωπήσαιμεν ἄν.*] Versum syllaba defectum (nam *σιωπήσαιμ' ἂν* legebatur:) sic implevit *Gul. Canterus*, cuius coniecturam firmant libri Leid. & Flor. non aliter in Angli-

glicis reperiri pleriſque hoc eſt indicio, quod *Kingius* unius Cod. Reg. diverſam memoret ab iſta lectionem, deteriorem tamen, σὺ σιωπήσωμεν ἄν. *Scaligero* tribuit *Barneſius*, οὐ σιωπήσαιμι δή.

Vs. 937. Ὀρθῶς μ' ἐρωτᾷς, κεἰς ἀγῶν' ἔρχῃ λόγων.] Mendoſa Flor. Cod. veſtigia non indigna ſunt quæ iuvenes conſiderent: Ὀ. μ' ἐρῶτα εἰκ' εἰς ἀγῶν' ἐ. λ. Inſigne fragmentum Erechthei *Euripidis* ſic incipit apud *Stob.* Ὀρθῶς μ' ἐπήρου. Sequentia poſuit etiam in Androm. v. 233, Τί σεμνομυθεῖς, κεἰς ἀγῶν' ἔρχῃ λόγων. placuiſſe Tragico videtur vetus dictum, δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά. eadem certe diverſis in tragœdiis aliquoties repetit; exemplo ſit his finitimum quod legitur & in Med. v. 546. & in Supplic. v. 428, —— ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων.

Vs. 938. —— θαλάμαις, οὗ δράκων ὁ γηγενὴς Ἐγένετο.] Pro θαλάμοις ſic dudum ante *Grotius* emendate ſcripſerat, quam e Cod. Cant. hanc formam eruiſſet *Barneſius*; ſimiliter legitur in binis Leid. & Flor. In pictura, quam *Philoſtratus* explanat Iconum. I, c. IV, p. 768, λόγιόν τι ὁ Τειρεσίας λέγει, τεῖνον εἰς Μενοικέα τὸν Κρέοντος, ὡς, ἀποθανὼν ἔνθα ἡ χειὰ τοῦ δράκοντος, ἐλευθέρα ἡ πόλις ἐκ τούτου εἴη. Ut *Euripides* alibi σηκοὺς Τροφωνίου, & θαλάμας Τροφωνίου· ſic in Phœniſſis permutat θαλάμας δράκοντος & σηκὸν δράκοντος. vid. vſſ. 1017, 18.

Vs. 940. —— φόνιον αἷμα] Φοίνιον αἷμα præferunt Codd. Leid. A, Flor. & Cant. & ubique voces Φόνιος & Φοίνιος permutantur in MSſ. Codd. Hoc in verſu Φόνιον, an Φοίνιον ſcribatur, nihil intereſt.

Vs. 941. Κάδμου παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων.] Corrigendum cenſeo, Κάδμῳ παλαιῶν Ἄ. ἐ. μ. *ex ira Martis adverſus Cadmum inveterata.* Sic præpoſitionis κατὰ non indigebimus ſupplemento, quod *Boſſio* probatum in Ell. Gr. Scholiaſta præbet, atque omne dubium evitabitur. Iam olim, ob interemptum draconem Mars ἐμήνισε Κάδμῳ. Venuſte nominibus accedunt iidem caſus, quos verba regunt: aptius ad hoc noſtrum exemplum reperiri vix poterit *Sophoclis* e Trachin. verſu 681, Οὐ δή τι τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων, *non certe propter ea, quae Herculi donaſti*: *Scholiaſtes*: μή, ἕνεκα ὧν ἀπέσταλκας δωρημάτων τῷ Ἡρακλεῖ, ἀθυμεῖς. Hoc loquendi genus, in *Thucydide* frequens, illuſtravit Celeberr. *Dukerus*, & alibi, tum præſertim ad V, c. 46, p. 345. plurima collegit Cl. *Abreſchius* in Miſcell. Obſ. VIII, p. 343, in Animadv. ad *Aeſchylum* repetita p. 55. Addantur notata *Raphelio* in II Cor. IX, 12. ubi, *accuſationes adverſus Deum*, *Arriano* dicta monet ἐγκλήματα τῷ θεῷ. —— Ceterum hæc vatis oratio ea nititur opinione, quam *Grotius* attigit in Prolegom. *atrocia quaedam facinora divinitus etiam in poſteris puniri*: poſtea Stoicis iſta præſertim placuit ſententia, quam Cotta ridet Academicus apud *Ciceron.* de N. D. III, c. XXXVIII, dubitans, *utrum Poëtae Stoicos depravarint, an Stoici Poëtis dederint auctoritatem.* *Bion* dicebat, τὸν θεὸν, κολάζοντα τοὺς παῖδας τῶν πονηρῶν, γελοιότερον εἶναι ἰατροῦ, διὰ νόσον πάππου καὶ πατρὸς, ἔκγονον ἢ παῖδα φαρμακεύοντος, teſte *Plut.* de ſera Numinis vind. p. 561. C. quin, ut ibid. traditur p. 556. E. ipſemet *Euripides* ἐγκαλεῖ καὶ παῤῥησιάζεται πρὸς τοὺς θεοὺς, Τὰ τῶν τεκόντων σφάλματ' εἰς τοὺς ἐκγόνους Τρέποντας. Quæ diſputat hac in re *Plutarchus* ingenioſe cogitata, ſi nonnullis innoteſcerent, requirerentur.

Vs.

Vs. 943 —— *σύμμαχον κτήσεσθ' Ἄρη.*] Quod Codex habebat Flor. *Ἄρη* in alterius locum repoſui: *κτήσασθ' Ἄρην* olim fuerat vulgatum; *κτήσεσθ' Ἄ.* ab *Aem. Porto* iam emendatum, *Barneſ.* recepit; præter Cod. Cantabrig. ſic legunt duo Leidd. & *Arſenius* in paraphraſi poſuerat: *βοηθὸν ἕξετε.* *Lesbonax* Protrept. p. 173, 37. *τὴν δίκην τὴν παρὰ θεῶν καὶ δαιμόνων μεγάλην σύμμαχον ἔχειν.* *Libanii* Menœceus T. I, p 170. D. vates, inquit, *ἢ δέον ἐστὶ σώζεσθαι τὴν πόλιν, ἢ τοὐναντίον οἴχεσθαι, προηγόρευσεν·* quod vulgatur, *εἰ δέον ἐστὶ*, ſententiam obſcuravit.

Vs. 948. —— *ὃς δράκοντος γένυος ἐκπέφυκε παῖς.*] Hinc expreſſus *Accii* locus e Phœniſſis apud *Nonium* ſupereſt: *Ab dracontis ſtirpe armata exortus, genere antiquior*, quibus uſus eſt *Ian. Broukhuſius* ad *Propert.* IV, El. X, v. 6. ſine vitii ſuſpicione, quod ſibi viſus eſt in his detexiſſe *Ian. Gulielmius* Veriſim. III, c. v. cui *Io. Ionſius* vel *Ionſenus* adſtipulatur in Epiſt. de Spartis p. 216. præterea *Gulielmius* Acciana tranſlata putat ex his *Euripidae* v. 949, *Σὺ δ' ἐνθάδ' ἡμῖν λοιπὸς εἶ σπαρτῶν γένους.* *Aeſchyl.* Theb. v. 480, *Μεγαρεὺς, Κρέοντος σπέρμα τοῦ σπαρτῶν γένους.* —— Verba Tireſiæ *Statius* exhibet Theb. X, v. 607, *Martius inferias & ſaeva efflagitat anguis Sacra, cadat generis quicunque noviſſimus exſtat Viperei: datur hoc tantum victoria pacto.* v. 662, *Terrigenam cuncto patriae pro ſanguine poſcunt.* apud *Hyginum* Fab. LVII, Tireſias reſpondit: *ſi quis ex Draconteo genere ſupereſſet, & pro patria interiiſſet, oppidum clade liberari.* *Δρακοντιγενεῖς* Thebani dicuntur in *Schol.* ad *Soph.* Antig. v. 128. *τοῦ Δράκοντος ἐκγονος*, Pentheus, in *Eurip.* Bacch. v. 1153.

Vs. 951. *Οἵ σοί τε παῖδες.*] Scilicet *ἐκ σπαρτῶν γένους* orti ſunt, & *ἀκέραιοι.* Si legeretur: *Οἱ σοὶ δὲ παῖδες· Αἵμονος μὲν οὖν γάμοι Σφαγὰς ἀπείργουσ'* —— *Οὗτος δὲ* —— ſenſus eſſet: *Tuorum vero liberorum alterum quidem Haemona nuptiae impediunt; hic autem ſua morte patriam ſervare poterit.* *Οἱ σοὶ δὲ παῖδες* nominativus eſſet, genitivi vice, ſolemnis in diſtributione, tum apud *Euripiden* & alios, ſed inprimis apud *Homerum*, *Euſtathio* frequenter commemoratus, ad Il. B, p. 230, 38. ad Il. Γ, p. 307, 48. ad Il. Δ, p. 389, 30. Il. H, p 557, 6. ad. Od. Θ, p. 315, 4. Od. I, p. 369, 30. Od. Σ, p. 659, 15. Od. T, p. 693, 53. Od. Ω, p. 844, 43.

Vs. 951, 52. —— *Αἵμονος μὲν οὖν γάμοι Σφαγὰς ἀπείργουσ', οὐ γάρ ἐστιν ἤθεος.*] *Σφαγὴν ἀπείργουσ'* eſt in unico, quantum conſtat, Cod. Flor. Ordinem verborum invertit, hæc ob vocem ultimam excitans, *Euſtathius* ad Il. Δ, p. 382, 6. *Ἠΐθεος*, inquit —— *κατὰ τοὺς ἀκριβεστέρους, ὁ μήπω εἰς γάμον ἐλθὼν, ὡς καὶ τῷ Εὐριπίδῃ ἐν Φοινίσσαις δοκεῖ, ἔνθα λέγει τὸ, Αἵμονος μὲν οὖν σφαγὰς ἀπείργουσι γάμοι· οὐ γάρ ἐστιν ἠΐθεος. τουτέστιν ἄπειρος γάμου.* Formam contractam *ἤθεος* adhibuerunt *Sophocles*, *Euripides* & *Eupolis.*

Vs. 953 [*Καὶ μὴ γὰρ εὐνῆς ἥψατ', ἀλλ' ἔχει λέχος*] Mea quidem ſententia verſus inficetus eſt & adulterinus, ſententiæ ſcilicet ſupplendæ gratia iam olim Euripideis interſertus. Inſulſa fraudem patefacere potuiſſet interpretatio: *Quamvis enim non attigerit lectum, tamen habet lectum:* intacta tamen iſta reliquit Latinorum corrector *Barneſius*; *Kingii* verba Græcis quidem non reſpondent, tegunt nihilominus fraudem: *Quamvis*

enim non maritus, tamen desponsatus est. Lexicorum conditores vereor ne hoc supplemento copias suas aliquando locupletent: „ *Ἔχειν λέχος, de-* „ *sponsatum esse, Eurip. Phoen.*" Centena certe non alio nituntur fundamento, quam interpretum placitis. Sententiam, quam hic desiderari putabat interpolator, quanto rectius *Euripides* expressit Iphig. in Aul. v. 907, ubi filiae sponsum Achillem alloquitur Clytæmnestra: —— *εἰ γὰρ μὴ γάμοισιν ἐζύγης; / Ἀλλ' ἐκλήθης γοῦν ταλαίνης παρθένου φίλος πόσις.* Ad exemplum quidem *Homeri* Λέχος & Εὐνὴ distinguuntur a Grammaticis; sed hoc usu figurato posita nihil prorsus differunt *γάμος, εὐνὴ, λέχος* & *λέκτρον.* Quidquid propemodum est apud *Euripiden* huius generis adponam, ut ne morem quidem loquendi, huic usitatum, versus attendisse conditorem manifestum sit. *Qui mulierem non attigit* dicitur in Ione v. 150, *ὅσιος ἀπ' εὐνᾶς ὤν.* Hippol. v 1003, *Λέχους γὰρ εἰς τόδ' ἡμέρας ἁγνὸν δέμας.* v. 14, Hippolytus *Ἀναίνεται δὲ λέκτρα κοὐ ψαύει γάμων.* v. 885, *Ἱππόλυτος εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν.* Electra v. 255, *Οὐ πώποτ' εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν.* Helena v. 801, *Ἄθικτον εὐνὴν ἴσθι σοι σεσωσμένην.* Vel unum locum mihi monstrari velim *Euripidis*, in quo reperiatur *εὐνῆς ἅψασθαι.* Legerat scilicet interpolator ista: *Ἀβιμελὲχ οὐχ ἥψατο αὐτῆς*, & similia. Minime tamen negem, *ἅπτεσθαι* hoc usu frequentatum Græcis; contrarium ostendit *Gataker.* Diss. de Stylo N. I. c. XI. & ad *M. Antonin.* I, §. 17. Sed nec *Euripiden* arbitror, neque alium Poëtam Atticum dixisse *εὐνῆς ἅψασθαι.* quod si vel adhibuissent illud, noster tamen versus censendus esset adulterinus. Præcesserat: *Αἵμονος μὲν οὖν γάμοι Σφαγὰς ἀπείργουσ', οὐ γάρ ἐστιν ἤθεος.* Quomodo vero dici poterat Hæmon *οὐκ ἤθεος*, siquidem virginem non attigerat? Uxorem nondum duxerat Hæmon, neque tamen *Veneris* esse *coniugiique rudem* noverat augur; talis dicitur *ἠΐθεος, ἄπειρος γάμου, παρθένος.* *Plato*, qui *ἠΐθεον* & *γεγαμηκότα* opponit IX, LL. p. 877. E. L. VIII, p. 840. D. *μέχρι παιδογονίας*, inquit, *ἠΐθεοι καὶ ἀκήρατοι γάμων τε ἁγνοὶ ζῶσιν. Virgines, puerique casti*, sunt *παρθένοι, ἠΐθεοί τε, Homero, Herodoto* III, c. 48. *γάμων ἁγναὶ* & *ἁγνοί.* Multa dici possent ad *ἠΐθεος*· Potius corrigam *Aeschyli* fragmentum e Tragoedia *Τοξότιδες* dicta, *Grotio* prætermissum & *Stanlejo*: *Gatakerus* illud attulit A. M. P. c. X, p. 503. prout *Salmasius* emendarat in *Plinian.* p. 670. A. *Ἄδην γὰρ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων / Λέκτρων, ἀτρέπτη βλεμμάτων ῥέπει βολή.* Efformavit ista, partim ne Græca quidem, *Salmasius* ex his apud *Antigonum Caryst.* c. CXXVII, *Ἄδων ταῖς ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων Λέκτρων * ἀστειμη βλεμμάτων * ῥεπιβουλή.* Corrigo:

Γάμων γὰρ ἁγναῖς παρθένοις, γαμηλίων
Λέκτρων ἀπειθὴς, βλεμμάτων ῥέπει βολή.

Puris enim virginibus nuptialem torum aversata declinatur oculorum acies. ista Criticos adprobaturos confido: eodem in loco his opponitur *iuvenculae Φλέγων / Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη.*

Vs. 955. *Θανὼν πατρῴαν γαῖαν ἐκσώσειεν ἄν.*] Optimi Cod. Leid. lectio, *θανὼν πατρῴαν πόλιν*, ne voce quidem ferri posset transposita: supra v 907, *Καὶ πῶς πατρῴαν γαῖαν οὐ σῶσαι θέλω.* Quæ proxima præcedunt, non convenit inter Grammaticos, quo sensu sint capienda. Qui noverint, quid *sacra* fuerint *armenta*; quid *ἄνετοι βόες*; non quærent, cur *Diis votus iuvenis*, *Euripidi* dicatur *πῶλος, τῇδ' ἀνειμένος πόλει.* Menoecei pro patria

mo-

morituri verba prodidit *Statius* Theb. x, v. 758. *date gaudia Thebis, Quae pepigi, & toto quae sanguine prodigus emi.* *Statius* vocem *totus* frequentat; isthic tamen legi malim: *& voto quae sanguine prodigus emi.* Antea *Statius* dixerat *Diis votum juvenem*, x, 714. infra v. 787, *Lustralemne feris ego te, puer inclyte,* Thebis Devotumque caput, *vilis ceu mater, alebam*, τῇδ' ἀνειμένον πόλει.

Vs. 957. —— *μέλαιναν χεῖρ'*] *Aem. Porti* correctionem vocis vulgatæ *μέλεαν* receperunt *Grotius*, *Barnesius*, ceterique: firmant Codd. duo Leid. Flor. *Canterus* hic errabat & *Battierius*. *Duporti* commentum evulgari non debuerat.

Vs. 961. —— *ὅστις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ Μάταιος.*] Tiresias in *Soph.* Oed. Tyr. v. 324, *Φεῦ, φεῦ. φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη Λύει φρονοῦντι.* Sicut apud illum v. 452, *Ἄπειμι τοίνυν· καὶ, σὺ παῖ, κόμιζέ με.* apud nostrum Tiresias v. 960, *Τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις· ἡγοῦ, τέκνον, Πρὸς οἶκον.* *Gorgias* pro Palam. p. 191, 37. *Εἴρηται τὰ παρ' ἐμοῦ, καὶ παύομαι.* — Nostro versu *χρῆται*, pro *χρᾶται*, vulgavit ex optimo Cod. *Kingius*, cui duo Leidd. adstipulantur: sic scilicet scribi malebant Atticistæ. vid. *Graevius* ad *Luciani* Solœcist. T. III, p. 571. ridet Grammaticos *Sextus Empir.* 'Αντ. I, §. 197, 198, 199.

Vs. 963. *Πικρὸς καθέστηκ', οἷς ἂν οἰωνοσκοπῇ.*] Quod Codex habet Flor. *οἷς ἂν οἰωνοσκοποῖ*, genuinum arbitror. Monente *Kingio*, Codex Reg. Soc. pro *Πικρὸς* exhibet *'Εχθρὸς*; legitur etiam *'Εχθρὸς*, in Leid. Cod. II. sed in hoc Codice versus 962 erat omissus; eamdem lectionem Scholion adfirmat in Cod. Leid. Scripserat forsan *Euripides*: *ἣν μὲν πικρὰ σημήνας τύχῃ, 'Εχθρὸς καθέστηκ', οἷς ἂν οἰωνοσκοποῖ·* nisi hic quoque Tragicus, ad hiatum inter voces *τύχῃ* & *'Εχθρὸς* evitandum, nativum inverterit vocum ordinem. Dubium quidem non est, quin *Πικρὸς* sæpe notet *τὸν ἐχθρὸν*, atque ita etiam reddatur a Grammaticis; *Aeschyl.* Choëph. v. 232, *Τοὺς φιλτάτους γὰρ οἶδα νῷν ὄντας πικρούς.* *Soph.* Aj. v. 1376, *Ἡ κάρτα πολλοὶ νῦν φίλοι, καὖθις πικροί.* Phil. v. 254, *πικρὸς θεοῖς.* Schol. *ἐχθρός.* Sed, vel ob morum vel verborum amaram asperitatem, homines sæpius dicuntur *πικροί*; *Euripides* tamen, quantum memini, nuspiam *inimicum* adpellans *πικρὸν*, verbis hoc passim tribuit: Med. v. 1374. *Στυγῇ, πικρὰν δὲ βάξιν ἐχθαίρω σέθεν.* Troad. v. 441. *Πικρὰν 'Οδυσσεῖ γῆρυν.* Hel. v. 488. *πικροὺς λόγους ἔδωκα.* v. 668. *πικρὰν δ' ἐρευνᾷς φάτιν.* Ion. v. 1325. *ἡ φάτις δ' οὔ μοι πικρά.* Elec. v. 418. *πικρὰ δ' ἀγγείλαιμεν ἄν.* atque ita nostro loco legeretur: *ἣν μὲν πικρὰ σημήνας τύχῃ.* Alterum, *'Εχθρὸς καθέστηκ'*, itidem Euripideum est: in Med. v. 506, *τοῖς μὲν οἴκοθεν φίλοις 'Εχθρὰ καθέστηκ'·* v. 875, *'Εχθρὰ δὲ γαίας κοιράνοις καθίσταμαι.* Vatis congruit sententiæ, quod apud *Plutarch.* legitur de adulat. & amici discr. p. 56. A. *ὁ μὲν ἐλέγχῳ καὶ ψόγῳ δηγμὸν ἐμποιῶν καὶ μετάνοιαν, ἐχθρὸς δοκεῖ καὶ κατήγορος.* contra *τὸ τοῦ λόγου πικρὸν σώζειν πέφυκε*, *Dio Chrysost.* Or. XXXII, p. 366. C. *Οὐ γάρ τι τοῖσιν ὠσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν, 'Αλλ' ἐξ ὅτου τὶς εὐκλεὴς γενήσεται*, *Eurip.* Hipp. v. 488. Idem apud *Stob.* initio T. XIII, *Πότερα θέλεις σοι μαλθακὰ ψευδῆ λέγω, Ἢ σκλήρ' ἀληθῆ, φράζε· σὴ γὰρ ἡ κρίσις.*

Vs. 965. —— *Φοῖβον ἀνθρώποις μόνον, Χρῆν θεσπιῳδεῖν.*] *Plutarchus* de Pyth. Orac. p. 407. D. *Οὐ πείθεται*, inquit, *ὁ θεὸς τῷ Εὐριπίδῃ, ὥσπερ νομοθετοῦντι* (sic legerim) *καὶ λέγοντι,*

Φοῖβον ἀ. μ. χρὴ θεσπιῳδεῖν. *Ez. Spanhemius* in Callim. h. in Del. v. 94. p. 401. e *Plutarcho* citans Euripidea sic ait constituenda, *ut metri*, scilicet! *ratio habeatur*: Χρὴ Φοῖβον ἀνθρώποις θεσπιῳδεῖν μόνον. admodum iuvenis *Spanhemii* correxit errorem vir Eximius atque amicissimus *Io. Schraderus* in *Musaeum* p. 21. Quod in Plutarcheis, sæpius evenit, ut permutarentur a librariis Χρὴ & Χρῆν. nostro loco Leid. A, ἐχρῆν. B, χρῆν, cum interpretamento, πρέπον ἦν. In Oreste v. 563, Cod. Leid. B, præferebat recte χρῆν, *oportebat*, pro χρὴ, *oportet*, restituendum in Hippol. v. 467. e Mss. Flor. & Paris. in Androm. v. 423, e Flor. Εἰς ξύμβασιν δὲ χρῆν σε σὴν παῖδ' ἐξάγειν. idem Codex versum 810, Alcest. sic recte scriptum exhibet: Οὐ χρῆν μ' ὀθνεῖου γ' οὕνεκ' εὖ πάσχειν νεκροῦ· pro vulgatis: hunc in modum legitur in optimo Flor. Androm. versus 1208, Θανεῖν σε, πρέσβυ, χρῆν πάρος, Πηλεῦ, τέκνων. ubi Χρῆν vulgatur v. 212, idem Cod. exhibet recte χρὴ, quod prætulerim etiam eiusdem dramatis v. 1244. neque enim verum puto, quod scribit *Thomas Mag.* Χρῆν non tantum ἀντὶ τοῦ ἔπρεπε, sed & ἀντὶ τοῦ πρέπον ἐστὶ positum. vid. Celeb. *T. H.* in *Aristoph.* Plutum v. 1195. cuius dramatis versu nono Comicus verbum tecte notat Euripideum Θεσπιῳδεῖν, iudice *Polluce* I, 17, διθυραμβῶδες, sicut in vicinis *Euripidea* ridet *Aristophanes* ex Oreste v. 285, Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι.

Vs. 967. Κρέον, τί σιγᾷς, γῆρυν ἄφθογγον σχάσας;] Attigit hæc *Eustath.* in Il. Δ, p. 335, 14. ἀπὸ τοῦ χῶ, —— τὸ χάζω, καθ' ὁμοιότητα τοῦ σχῶ, σχάζω. ἐξ οὗ τὸ, —— γῆρυν ἄφθογγον σχάσας. Alium e Phœnissis locum, seu verba v. 457, Σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα Scholiastes excitat in *Aristoph.* Nubes v. 107, ad quæ notat V. D. in Miscell. Obs. v. III, p. 106, 107.

Vs. 968. Κἀμοὶ γὰρ] Κἀμοὶ μὲν alter habet Leidensium A, in B legitur οὐδὲ pro οὐδέν. horum prius non displicet. Vs. 969. Cantabrig. Cod. præbet, Τί δ' ἄν τις εἴπῃ; ubi vulgatam præfero. Si Codex scriptus v. 970, suppeditaret: Ἐγὼ μὲν οὔ ποτ'· hoc equidem amplecterer, servato γὰρ v. 968. —— Sequentia, versum inprimis 974, admiratur *Grotius* in Prolegom. p. 23. paterni velut affectus imaginem elegantissimam.

Vs. 976. Θνήσκειν ἕτοιμος, πατρίδος ἐκλυτήριον.] Quod supplementi loco fuerat a Græcis Magistris ad ἕτοιμος adscriptum εἰμὶ, quodque perperam intulerant in contextum, quum *Gul. Canterus* monuisset eiiciendum, monenti propterea *Barnesius* obtemperavit, quia deerat illud in Cod. Cantabrig. cum hoc conspirant duo Leidd. & Flor. Sed absque ulla Codicum auctoritate res vix in dubitationem venire posse videbatur: dubitarunt tamen, & verbum potius Θνήσκειν eliminandum censuerunt *Iac. Duportus*, *Io. Miltonus*, & *Sam. Battierius*: hic, „*ego*, scribit, *existimo* pro ἐκλυ-„τήριον *esse legendum* ἐκλυτήριος, & „θνήσκειν *eiiciendum*, *hoc autem* θνήσ-„κειν *ex Scholiastis alicujus explica*-„*tione sumtum esse*." Scripsisse quidem potuerat *Euripides*: Θνήσκειν ἕτοιμός εἰμι, γῆς λυτήριον. Supra v. 487, Καὶ νῦν ἕτοιμός εἰμι —— Στρατὸν —— ἀποστεῖλαι. *Dinarchus* adv. Demosth. p. 96, 35. κἂν ᾖ ταῦτα ἀληθῆ, ἀποθνήσκειν ἕτοιμός εἰμι. Sed, verbo εἰμὶ suppresso, *Philostrat.* Epist. LVI, εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἕτοιμος ἀποθνήσκειν, ἂν ἐπιτάττῃς τοῦτο κτνί. Neque aliter hic scripserat *Euripides*: Θνήσκειν ἕτοιμος, πατρίδος ἐκλυτήριον. Mos scilicet erat Atticorum tam veterum, quam recen-

tiorum, in hac inprimis locutione, verbum *εἰμὶ* lectori relinquere ſubaudiendum. *Soph.* Aj. v. 824. *Χωρεῖν ἕτοιμος, κοὐ λόγῳ δείξω μόνον.* *Menander* in Synephebis apud *Zenob.* Cent. v, Prov. 60. *εἰ γὰρ Ἥρως . . . . Κακοῦν ἕτοιμοι μᾶλλον ἢ εὐεργετεῖν.* nomen proprium e fine prioris ſenarii prætermiſſum arbitror: quantum ſatis eſt exemplorum iam collegerunt Cl. *Abreſchius*, & *D'Orvillius* Anim. in *Charit.* p. 49. etiam Euripidea.

Vs. 978. *Ἀκόλαστ' ἐάσας μάντεων θεσπίσματα*] A *Kingio* mutatam lectionem revocavi, *μάντεων.* cuius loco poſuerat e Codd. Ang. *μάντεως·* ad hos accedebant duo Batavi. Parum hic ponderis Codices habere ſcripti videbantur, ubi maior aderat auctoritas *Statii*, lectionem quam antetuli, niſi fallor, ſequuti, Theb. x, 717. *Non me ulli monitus, nec vatum exorſa furentum Sollicitant, manesque movent: ſibi callidus iſta Tireſias nataeque canat.* verba ſunt Menœcei, patris timorem avertentis, qui dixerat v. 691. *Ne vati, ne crede, puer; ſuperine profanum Dignantur* (legerim: *Dignentur*) *ſtimulare ſenem?* In his *vatum exorſa furentum*, *Euripidae* ſunt *ἀκόλαστα μάντεων θεσπίσματα.* Præterea numerum in contemptu quoque pluralivum adhiberi, præter *Gatakerum* A. M. 11, c. xv. *Schultenſius* docuit in *Iobi* xviii, 2.

Vs 979. *Φεῦγ' ὡς τάχιστα τῆσδ' ἀπαλλαχθεὶς χθονός.*] Cur hic Codicibus ſcriptis non obſequeretur, uſus Atticorum ſola, ni fallor, *Kingium* impedit ignorantia. In *ἀπαλλαχθεὶς* cum Bodlei. Codd. omnibus & Cant. concinebant A Leidenſis & Florentin. itaque adeo formam iſtam, in vicem hactenus per Edd. receptæ, *ἀπαλλαγεὶς*, ponere non heſitavi. Temere feciſſe videbor illis, qui ſtandum arbitrabuntur *Henr. Stephani* decreto, hominis in talibus exercitatiſſimi; hic enim in App. de Dial. Att. p. 147, *aoriſto*, inquit, *poſteriore paſſivo libentius utuntur Attici, quam priore, ubi ambo ſunt in uſu.* Ut alibi fecit, Atticos ab Atticis diſtinguere debuerat: Attici quidem recentiores, emollitam ſectantes Dialectum, in plerisque ſecundos iſtos aoriſtos prætulerunt, qui faciliores erant pronuntiatu, atque aures iucundius accidebant; ſed Ionas & veteres Atticos contra primos aoriſtos paſſivos frequentaſſe, qui quidem hos attente legerint, nunquam dubitabant. *Euſtathius* in Il. E, p. 393, 25. *Σεσημείωται*, inquit, *ὅτι φιλεῖ Ὅμηρος Στρεφθέντα λέγειν, οὐ μὴν στραφέντα· ὡς καὶ Εὐριπίδης Θρεφθῆναι εἶπεν ἀντὶ τοῦ τραφῆναι. προτιμῶνται γὰρ οἱ σοφοὶ τὴν καίριον τραχυφωνίαν τῆς ἀκαίρου λειότητος. ὡς δηλοῖ καὶ τὸ, Βρεχθῆναι τὴν γῆν παρὰ Δίωνι, ἀντὶ τοῦ βραχῆναι, καὶ τὸ Θαφθεῖσι παρ' Ἡροδότῳ, ἀντὶ τοῦ ταφεῖσι, καὶ, χλανίδιαν ἔσω κρυφθεὶς, παρ' Εὐριπίδῃ, καὶ Βλαφθεὶς παρὰ τῷ ποιητῇ, ἀντὶ τοῦ βλαβείς.* In Eclogis *Thomae Mag.* tres quatuorve ſunt in univerſum huius generis obſervationes, ex Atticiſta veteri tranſcriptæ: *Βλαφθέντες, δόκιμον· τὸ δὲ βλαβέντες κοινόν. Καταλεχθεὶς, κάλλιον, ἢ καταλεγείς. Συλλεχθεὶς, κάλλιον, ἢ συλλεγείς. Φανθεὶς, καὶ Ἀποφανθεὶς, Ἀττικοὶ λέγουσιν, οὐ Φανεὶς, οὐδὲ ἀποφανείς.* Diſſentit in *Καταλεγεὶς* *Moeris*, nec mirum; nam reperitur apud Atticos, non tamen veteres illos, quos formas aſperiores adamaſſe conſtat: ex *Herodoto* multa poſſent & *Thucydide* congeri, quibus id evinceretur; ſed nunc ſatis erit oſtendiſſe, Tragicos Atticos has inprimis formas ſectatos, tanquam tragici verſus gravitati magis congruas, ubicunque modulus ipſis non reluctaretur. Semel, quantum memini, legitur *ἀπαλλαγέντες* apud *Aeſch.* Agam.

 v.

v. 344. & in *Soph.* Ant. v. 428. ubi formam alteram olim lectam, credibile sit, ubique recurrentem; velut in *Sophoclis* Aj. v. 493, 755, Elec. v. 1008, 1349. Antig. v. 250, Oed. Col. v. 780, ἀπαλλαχθῇ χθονός. —— Idem in Aj. v. 954, scripsit ἀποβλαφθεῖσαν· & v. 1038, γῆς ἀποῤῥιφθήσομαι. ubi scriptus Cod. præfert ἀποῤῥιφήσομαι· perperam: ἐκριφθεὶς & Ῥιφθῶ prostant in *Sophocleis*, & apud *Aesch.* Supplic. v. 493, ἀποῤῥιφθῇ. —— Sed ad *Euripideum* ἀπαλλαχθεὶς firmandum sufficit dixisse, ne semel quidem ἀπαλλαγεὶς, aut ἀπαλλαγῆναι, apud nostrum inveniri; alterum creberrime: in Hippol. v. 1181. Iphig. Taur. v. 44, 106. Rhes. v. 474. Troas. v. 994, Cycl. v. 596, Heraclid. v. 12, 347, 1000. Hel. v. 101, Elec. v. 32, & 1291. Quæ nostro versu leguntur, totidem verba nobis adnumerantur in Helenæ v. 786,

Φεῦγ' ὡς τάχιστα τῆσδ' ἀπαλλαχθεὶς
χθονός.

Sed hæc delata videntur e Phœnissis a studioso lectore; qui vicina legerit, versum inprimis 811, isthac sede minus esse commoda, non diffitebitur.

Vs. 981. Πύλας ἐφ' ἑ. ν. λ. μ.] Hic versus, si vel ab *Euripide* profectus, rectius tamen fuisset prætermissus: sic certe iudicabat antiquus Criticus, cuius notam Cod. Aug. adservavit, scribentis ad v. 980, ἤρκει οὗτος ὁ στίχος· ὁ γὰρ ἐπιφερόμενος περιττός ἐστιν, Πύλας ἐφ' ἑπτὰ καὶ λοχαγέτας μολών. ἐπὶ τοὺς στρατηλάτας μολών.

Vs. 982. Κἂν μὲν φθάσωμεν,] Hoc modo legatur, an isto, Κἄν νιν φθάσωμεν, nihil interest: infra legitur v. 1286, 87, ἢν μὲν φθάσω Παῖδας πρὸ λόγχης, οὔ 'μὸς ἐν φάει βίος· ibi tum ridicule ferebatur in Edd. ne *Kingiana* quidem excepta, versus: Ἢν δ' ὑστερήσῃς, οἰχόμεσθα, κατθανῇ, ex hac sede, (nam versus est 983.) in alienam illam translatu. Si ut autem isto loco legitur ἢν μὲν φθάσω Παῖδας, hic poni potuisset: Κἄν νιν φθάσωμεν, *quod si ipsum praevenerimus.* Hanc certe medelam locus poscit in Oreste; vulgatur ibi v. 1220, 1222. Φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος, Ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ. *Aldus* edidit Ἐλθὼν δ' ἐς οἴ. Corrigendum: Φύλασσε, μή τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος, Ἐλθών μ' ἐς οἴκους φθῇ. —— *Eurip.* Androm. v. 990. Μὴ φθῇ με προσβὰς δῶμα. Iphig. Taur. v. 679. Ἔφθης με μικρόν· ταὐτὰ δὲ φράσας λέγεις. *Plato* Politico p. 293, E. σμικρόν γε ἔφθης με ἐρόμενος. —— ἔμελλον γάρ σε διερωτήσειν ταὐτά. ubi non est audiendus *H. Stephanus*, in eodem dialogo p. 266, D. pro ἵνα μὴ μεμφῇς in margine quidem perperam, sed in annot. Tomo III subiectis, egregie corrigens; ἵνα μή με φθῇς ἐρωτήσας. *Aristoph.* Eccles. v. 592, Μὰ Δί' ἀλλ' ἔφθης μ' ὑποκρούσας. *Herodot.* III, c. 71. οὐκ ἄλλος φθὰς ἐμὲ κατήγορος ἔσται. prouti corrigit vir Doctissimus. In *Luciani* Nigrino §. 6, p. 44. scribi potest: εἴγε μή μ' ἔφθης. Agesilaus in Epistola apud *Plutarch.* Apothegm. Lacon. p. 211, C. ἕπομαι τᾷ ἐπιστολᾷ, σχεδὸν δ' αὐτὰν καὶ φθάσω.

Vs. 987. —— ποῖ με χρὴ μολεῖν;] *Grotium*, *Barnesium*, *Brodaeum*, & *Kingium* sequutus sum, vocem πάτερ, ante verbum μολεῖν positam, eiicientes: in istis certe vulgatis olim, K. Δελφοὺς περάσας, φεῦγε. M. πῇ με χρὴ πάτερ μολεῖν. vox erat superflua: nullam tamen omittunt Codd. Flor. aut Leid. A. sed in B Leid. & in Cantabr. πάτερ non aderat: iudice *Gul. Cantero* N. L. IV, c. I, versus *superfluam habet vocem φεῦγε, ex superioribus Menœcei verbis*, ποῖ δῆτα φεύγω, *repetitam*: non dissentit *Aem. Portus.* Nisi Codices obstarent, mihi vera

Can-

Canteri videretur fufpicio : φεῦγε cur adiecerint, adparet mox ratio ; non item, cur πάτερ. Ceterum pro πῆ recte ποῖ repofitum e Codd. quibus accedunt Leid. & Flor. *Sophocles* Elec. v. 814, νῦν δὲ ποῖ με χρὴ μολεῖν.

Vs. 990. —— Τί δῆτ' ἔρυμά μοι γενήσεται ;] Ἔρυμα mediam habet correptam : *Aefch.* Eumen. v. 704. Ἔρυμά τε χώρας, καὶ πόλεως σωτήριον. *Eurip.* Bacch. v. 55, citatus *Straboni* x, p. 720. A. Ἀλλ' ὦ λιποῦσαι Τμῶλον, ἔρυμα Λυδίας. *Callimachus* νιφετοῦ καὶ βελέων ἔρυμα fragm. CXLII, *Homerum* imitatus in Il. Δ, 137. Μίτρης θ' ἣν ἐφόρει ἔρυμα χροός, ἕρκος ἀκόντων. Corrigendum itaque : —— Τί δῆτα ῥῦμά μοι γενήσεται; *Soph.* Aj. v. 159, Σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται. *Euripides* Heraclid. v. 261, Ἅπασι κοινὸν ῥῦμα δαιμόνων ἕδρα.

Vs. 992. Ἐγὼ πορεύσω χρυσόν.] *Praebendi*, *fuppeditandi*que fenfu πορίσαι teritur, non πορεῦσαι. Πορεῦσαι, frequens apud Tragicos, vel eodem, vel adfini femper adhibetur fignificatu, quo legitur in nobili *Platonis* e Phædone (p. 107. E.) loco, fæpius a Grammaticis eam in rem excitato : εἰς ᾅδου πορεύεσθαι μετὰ ἡγεμόνος ἐκείνου, ᾧ δὴ προστέτακται τοὺς ἐνθένδε ἐκεῖσε πορεῦσαι. Primo quidem adfpectu vulgatæ favere videri poffet *Ariftophanes*; nam, ut hic quærenti iuveni, χρημάτων δέ τις πόρος ; refpondiffe fertur Creon : Ἐγὼ πορεύσω χρυσόν· ita in Comici Pace v. 123, filiabus interrogantibus, Καί τις πόρος σοι τῆς ὁδοῦ γενήσεται ; refpondet Trygæus : Πτηνὸς πορεύσει πῶλος· οὐ ναυστολήσομαι. Sed hoc in loco πορεύσει notat *fubvehet me* ; πόρος autem ὁδοῦ, & χρημάτων πόρος funt fane diverfiffima. πόρος χρημάτων eft *ratio pecuniae parandae* : vid. *Spanhem.* ad *Ariftoph.* Ranas v. 1513. Sufpicor itaque, Tragicum noftro verfu fcripfiffe : Ἐγὼ πορίσω χρυσόν. Præter *Euripidem*, verbum πορίζειν hoc ufu frequentat *Ariftophanes* Equit. v. 1077, 1098. Pace v. 937. Avib. v. 459. Ecclef. v. 236. *Menander* ἐν Παιδίῳ. Χρυσοῦν ἐπόρισας. *Philemon* in fragm. incerti loci v. 169, *animantibus terra mater* Ἑκοῦσα παρέχει τὴν καθ' ἡμέραν τροφήν, Αὐτὴ πορίζουσ'· *Dinarchus* in Demofth. p. 94, 37. ἐπόρισας χρήματα. *Dion. Chryf.* Or. XVII, p. 284. A. πορίζειν τὰ δέοντα πρὸς τὸ ζῆν.

Vs. 994. Ἧς πρῶτα μαστὸν εἵλκυσ', (Ἰοκάστην λέγω)] Ut e Cod. Cantabr. dedit *Barnefius*, pro Ἰοκάστης, præferunt Flor. Cod. & duo Leid. Quem intelligant, ubi res auditori paulo videri poterat obfcurior, fic defignare folent in Tragoediis : in *Aefchyli* Choëph. v. 250. κἀμὲ, τήνδε τ', Ἠλέκτραν λέγω. *Sophoclis* Trach. v. 9. Μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμός, (Ἀχελῷον λέγω,) Ὅς μ' ἐν τ. *Euripidis* Heraclid. v. 642. Ὦ μῆτερ ἐσθλοῦ παιδός, (Ἀλκμήνην λέγω,) Ἔξελθ', ἄκουσον. fic fæpe *Sophocles*. *Aefchyli* præterea mos eft, fua ipfius verba, fi quando minus funt vulgo nota, planioribus explicaffe : vid. *Jof. Scaliger* in *Varron.* p. 49. In Eumen. v. 44, 45, legitur (κλάδον) Λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον, Ἀργῆτι μαλλῷ, τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ. Pro Λήνει μεγίστῳ, Georg. *Arnaldus* in margine libri mei pofuerat, Λήνει μὲν οἰός, quæ correctio mihi quidem *Hemfterhufii* videtur, quem docentem audierat. *Soph.* Trach. v. 688. Ἔχρισεν ἀργῆτ' οἰὸς εὐείρῳ (fcribendum potius εὐείρου) πόκῳ· v. 703. dicitur ufa Μαλλῷ. Oed. Col. v. 467, vulgatur : Οἰὸς νεάρας οἰοπόκῳ μαλλῷ λαβών, ubi forte corrigendum :

Οἰὸς νεογνῆς εὐπόκῳ μαλλῷ λαβών.

Vs. 996. Προσηγορήσων εἶμι, καὶ σώσων

σω βίον.] E diversis elegi lectionem, in quatuor minimum Codicibus repertam, a me quidem in utroque Leidd. in duobus Anglicis a *Kingio: σώσων πόλιν* dederant ante *Kingium* Editores, nisi quod *Aldus* primum Venetiis mendose vulgarat, & illum sequutus *Hervag.* Basileæ *πόλιν σώσων*: voces iam invertit, qui secundæ præfuit Basileensi, *Io. Oporinus.* Quod in duobus libris scriptis invenerat, *σώσων βίον*, exprimi curavit *Kingius*: eamdem lectionem e Scholiis eruit *Sam. Battierius*: *σώσω* mihi videbatur alteri præferendum: infra v. 1020, 21, legitur: *Στείχω δὲ* —— *δῶρον οὐκ αἰσχρὸν πόλει Δώσων, νόσου δὲ τήνδ' ἀπαλλάξω χθόνα.* v. 1004, *Ὡς οὖν ἂν εἰδῆτ', εἶμι, καὶ σώσω πόλιν.* Huc aberrans oculus describentis alteram istam peperisse videtur lectionem, quæ nostrum versum 996 insederat; videtur inquam peperisse: fieri namque potest, ut ab ipso primordio duplex hic in exemplaribus obtinuerit lectio, quarum illa, *βίον*, Poëtæ debeatur, altera, *πόλιν*, histrioni, qui, Creonte iam a theatro recedente, novissima pronuntiarit ad chorum & spectatores conversus. —— Quæ versu leguntur 998, 99, *εὖ πατρὸς ἐξεῖλον φόβον, Κλέψας λόγοισι·* —— *Statius* expressit, ubi Menœceus Theb. x, 715. *Fraude patrem tacita subit, avertitque timorem.*

Vs. 1000. *Ὅς μ' ἐκκομίζει, πόλιν ἀποστερῶν τύχης*] Vulgata, *Ὅς ἐκκ. πόλεως, ἀποστ. τ.* diversis modis tentabat libris scriptis destitutus *Battierius.* Primum recte dederat *Aldus*, *Ὅς μ' ἐκκομίζει*: deinceps *μ'* omissum reprehendit *Grotius*, qui iam e Codd. Parisinis dudum ante *Barnesium* genuinam lectionem restituit, *πόλιν ἀποστερῶν τύχης.* hanc duo Codd. Leid. etiam præferunt: in Flor. legebatur: *Ὅς μ' ἐκκομίζει, ἀποστερῶν πόλιν τύχης.*

Vs. 1001. —— *καὶ συγγνωστὰ μὲν Γέροντι, τοὐμὸν δ' οὐχὶ σ. ε.*] Quando proximum præcessit, *Καὶ δειλίᾳ δίδωσι*: hic scribi malim: *κεὶ συγγνωστὰ μὲν Γέροντι, τοὐμὸν οὐχὶ συγγνώμην ἔχει*, &, *si vel metus in patre seniiis veniam meretur excusationis, mihi certe prorsus ignosci non poterit.* Menoeceus apud *Libanium* T. 1, p. 171. *ὁ πατὴρ*, inquit, *ὅλος τῆς φύσεώς ἐστι, καὶ τὸν παῖδα βούλεται σώζεσθαι, καὶ φυγῆς μοι δίδωσι σύνθημα.* Recte *Scholiastes* in Cod. Leid. *Συγγνωστὰ* positum scribit *ἀντὶ τοῦ συγγνωστόν, συγγνώμης ἄξιον τὸ πρᾶγμα.* Sæpius & a multis illustratus mos loquendi, traductus ab Ionibus ad Atticos, quo vice singularium usurpantur neutra pluralia. *Κεὶ* pro *καὶ* scribendum videtur in *Aeschyli* Choëph. v. 563. *Sophoclis* Oed. in Col. v. 1404, *κεἴ τις*, vel *κἄν τις* potius. In *Euripidis* Hippol. v. 1007, vulgatur *Εἰ δή*, *Καὶ δὴ* præbet Flor. Cod. scribendum e Regio Paris.

Κεἰ μὴ τὸ σῶφρον τοὐμὸν οὐ πείθει σ' ἴσως,
Δεῖ δή σε δεῖξαι, τῷ τρόπῳ διεφθάρην.

Postremum illud *διεφθάρην* erat & in Flor.

Vs. 1005. *Ψυχήν τε δώσω τῆσδ' ὑπερθανεῖν χθονός.*] *Kingius* e suis Codd. quibus accedunt Flor. & Leid. recte vulgavit, *ψυχήν τε δ.* pro *ψυχὴν δὲ δ.* *Barnesius* variam memorat lectionem *ὑπερθανών*, non adspernandam. *Libanii* Menoeceus T. 1, p. 171. D' *reliquis*, inquit, *civibus οὐδὲν ἐγκώμιον τῆς πατρίδος προαπελθοῦσιν· ἐμοὶ δὲ τὸ πᾶν ἀπόκειται τῆς δόξης·* (scripsisse suspicor *Libanium*: *ἐμοὶ δὲ στέφανος ἀπόκειται τῆς δόξης.*) *καὶ τὰς τιμὰς ἰσοθέους ἕξω, καὶ τὴν μνήμην παρὰ πᾶσι, τῆς ἐμαυτοῦ πατρίδος προαπελθών.* ultimum hoc, idem ac *τῆς δ' ὑπερθανὼν χθονός*, minime cepit interpres *Libanii*, aliquoties in hoc

hoc verbo lapsus: *πατρίδος προαπελθεῖν* est *pro patria mori*: *προθανεῖν* idem ac *ὑπερθανεῖν*. istius usus præpositionis *πρὸ*, loco *τῆς ὑπὲρ* vel *ἀντὶ* positæ, quantum satis erit exemplorum sola subministrabit Alcestis *Euripidæ*. Macaria pro reliquis liberis Herculis moritura in Heraclid. v. 590. *προὔθανον*, ait, *γένους*· in Ionis v. 278. Erechtheus filias dicitur dedisse *πρὸ γαίας*. apud *Philon.* Iud. p. 801. A. verbo *προαποθνήσκειν* litera nocet. *προσφαγῆναι Gregor.* habet *Nazianz.* ubi nobile facinus filiarum Leo comparavit cum illo Menœcei, Carm. Iamb. XVIII, v. 675. *Τί ταῦτα; τοῦ Λεὼ δ' οὐ* (pro *δὲ ἢ* legendum) *σὺ θαυμάζεις κόρας, Τὰς τῶν Ἀθηνῶν προσφαγείσας ἀσμένως; Μενοικέως τε τὴν πρόθυμον εἰσφορὰν, Θηβῶν ὑπερθανόντος, ὡς σώσῃ πόλιν.*

Vs. 1006. *Αἰσχρὸν γὰρ, οἱ μὲν θεσφάτων ἐλεύθεροι*] Hic quoque Codicis Augustani, prioribus ignotum, Scholion veterem adfirmavit lectionem, quam dederat primitus *Aldus*, ab Editoribus, *Cantero* recentioribus, obliteratam: hi vulgarant, *Αἰσχρὸν γὰρ, εἰ μὲν θ. 'ε.* A me restitutam scriptionem, *οἱ μὲν*, Codices etiam Batavi præbebant, &, *Piersio* monente, Cantabrig. Scholion, quod dicebam, hoc est: *Οἱ μὲν*] *Λείπει τὸ εἰ, εἰ οἱ μὲν ἄνευ μαντείας μάχονται.* Omissio voculæ iuvenis animosi dicto non parum addit vigoris. In eamdem sententiam Macariæ prostat oratio virilis in *Euripidis* Heraclid. v. 506. & seqq. in eodem dramate Iolaus v. 700, *Αἰσχρὸν γὰρ οἰκούρημα γίγνεται τόδε, Τοὺς μὲν μάχεσθαι, τοὺς δὲ δειλίᾳ μένειν.*

Vs. 1011. *Δειλὸς ὣς, ἔξω χθονὸς Ἄπειμ'*] Quia supra legitur v. 631, *ἐξελαύνομαι χθονὸς Δοῦλος ὣς*, hic quoque *δοῦλος ὣς* corrigendum vir quidam Doctus coniecerat: sed hæc dissimilia sunt, nostroque versu recte vulgatur: *δειλὸς ὣς, ἔξω χθονὸς Ἄπειμ', ὅπου δ' ἂν ζῶ, κακὸς φανήσομαι.* in hanc rem egregia fuit Elegia *Tyrtaei*, cuius partem *Lycurgus* inseruit Orationi contra Leocrat. §. 28. *Homerum* imitati, Poëtæ veteres quosvis *nullius pretii* homines & *improbos δειλοὺς* passim vocant. Ut in *Theognideis*, *δειλοὶ*, & *ἐσθλοὶ*, vel *ἀγαθοὶ*, opponuntur in scolio apud *Athen.* XV, p. 695. C. a *Musaeo* & *Hesiodo* apud *Clem. Alex.* Strom. VI, p. 751, 39. *Bacchylide* apud *Plutarch.* T. II, p. 36. C. —— Nostrum Phœnissarum locum respicit *Libanius* T. I, p. 171. B. ubi Menoeceus, *ἐμοὶ*, inquit, *ἐπονείδιστος ὁ βίος, εἰ, τῆς Ἑλλάδος* (hic inserendum puto *παρὸν*) *προαπελθεῖν, μὴ τοῦτο ἑλοίμην.*

Vs. 1013. *Μὰ τὸν μετ' ἄστρων Ζῆν'*] Quam *Kingius* mutaverat, *Gul. Canteri* lectionem revocavi, *Μὰ τὸν* — *Aldus* enim & *Hervag.* dederant: *Οὐ μὰ τὸν μ.* Codex tamen Leid. alter idem illud exhibet *Οὐ τὸν*, quod in Reg. repertum *Kingio* placuit: hic restitutam lectionem, præter ceteros Anglicos, Codices servarunt Flor. & Leidensium A, quibus accedit *Plutarch.* de Poët. Aud. p. 23. B. Sententiam, in *Μὰ τὸν*, iudice *Kingio*, non perfectam, *per Iovem*, *per Martem*, sic recte supplet Scholion adscriptum in libro Leid. B. *οὐ ποιήσω τοῦτο.* *Hoc equidem, ita me Iupiter amet, non faciam*, —— *Ἀλλ' εἶμι sed abeo*, quo destinaram. Non animadverterat *Kingius*, *μὰ* frequentissime negantis esse: *Οὐ* quidem interdum a iurantibus adhibetur quarto casui iunctum, velut aliquoties apud *Sophoclem*, *Theocritum*, alios; sed in *Euripideis* dubitem an alibi quam in Ionis v. 870, *Ἀλλ' οὐ τὸ Διὸς πολύαστρον ἕδος.* in senariis *Euripides* ubique ne-

negantibus tribuit Μὰ, plerumque tamen sequente vocula οὐ· velut in Med. v. 1059. Androm. v. 931. Iphig. v. 739, 948. Cyclope v. 261. Ion. v. 1528. In talibus οὐ sæpenumero præfigitur, vel certe subaudiendum est: *Thomas Mag.* ὅταν τεθῇ τὸ Μὰ, ἢ προκειμένην ἔχει τὴν ἄρνησιν, ἢ νοουμένην. Differre monet *Aelius Dionyſ.* ap. *Euſt.* in Od. B, p. 103, 1. τὰ ὀμοτικὰ ἐπιῤῥήματα· τὸ μὲν γὰρ, Νὴ τὸν, καὶ Ναὶ μὰ τὸν, κατωμοτικά φασιν (imo Φησίν.) —— ἀπωμοτικὰ δὲ τὸ, Μὰ τόν. καὶ, Οὐ μὰ τόν.

Vs. 1013. Ἄρη τε Φοίνιον,] Exhibent *Plutarchus* T. II, p. 23. E. & Cod. Leid. A, pro Ἄρην τε Φόνιον. Quod versus postulabat, Φοίνιον e Codd. iam posuerant *Barneſ.* & *Kingius*: mihi ne spernendum quidem videbatur Ἄρη, supra quoque repositum v. 136 & 943, atque infra reponendum v. 1131. e Cod. Flor. qui eamdem formam præbet in Rhesi v. 446. apud Tragicos frequentissimam.

Vs. 1017. —— σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ Δράκοντος] Μελαμβαφῆ legitur in omnibus Codicibus, quorum lectiones cum cura sunt enotatæ, duobus Leid. Flor. & Cantabrig. si lectio iudicari debet vitiosa, mirum est, in ea quasi de compacto conspirasse librarios: velut genuinam in contextum introducere nolui, quoniam vulgata μελαμβαθῆ hic multo videbatur accommodatior: hoc præterea auctoritate nititur *Aeſchyli* Prom. v. 219. ubi Ταρτάρου μελαμβαθὴς Κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον· & *Apollon. Rhod.* qui meminit μελαμβαθέος ποταμοῖο, IV, v. 517. E veteribus, qui μελαμβαφὲς hoc usu posuerint, neminem novi: frustra *Fulv. Urſinus Bacchylidis* illud verbis apud *Etymol.* p. 296, 1. censebat interserendum. Legitur quidem in Polyxenæ *Sophoclis* fragmento; quod ex *Apollodoro Porphyrius*, e *Porphyrii* libello repetiit *Stobaeus* in Eclog. Phys. p. 129. ubi Achillis anima dixisse fertur: Ὦ τὰς ἀπαιῶνας τε καὶ μελαμβαφεῖς Λιποῦσα λίμνας· —— sequentia, quæ, ut erant, sensu cassa hinc excitarunt *H. Columna* ad *Ennii* fragm. p. 243. & *Thom. Galeus* in Diss. de Script. Mythol. p. 28. feliciter restituit *Grotius* p. 165. nollem Vir Ill. in ἀπαιῶνας ad scopulum eumdem offendisset cum *Cantero*: *Porphyrius* explicasse perhibetur: τὰς τῶν νεκρῶν, παιῶν' οὐκ ἐχούσας· corrigendum, αἰῶν' οὐκ ἐχ. voces sunt *Sophocleae* δυσαίων & εὐαίων· his similis addatur ἀπαίων. Cuius autem causa hæc protuli, non μελαμβαφεῖς, sed *Sophoclem* arbitror scripsisse μελαμφαεῖς· *Carcinus* Tragicus apud *Diodor. Sic.* V, p. 334, 70. Δῦναι τε γαίας εἰς μελαμφαεῖς μυχούς. *Eurip.* Helenæ v. 525, Μενέλαος οὔπω Μελαμφαὲς οἴχεται Δι' ἔρεβος. atque ita forsan hic dederit *Euripides*, σηκὸν ἐς μελαμφαῆ. Codicum certe lectio μελαμβαφῆ minime placet: hanc vocem frequentarunt nativo significatu recentiores: μελαμβαφὲς πέδιλον dixit *Georgius Piſides*, observante *Caſaub.* in *Trebell. Pollion.* p. 210. E. *Suidas*: Μελαμβαφὲς, μέλαν ἐκ βαφῆς. conf. *Pollux* VII, 129. In *Montfauconi* Diario Ital. p. 53, versus aliquot iambici proferuntur cruci inscripti; v. 15, legitur τὴν ἐπωμίδα * Μελεμβάφη ἔχουσα· scripserat forsan *Irene*, Μελαμβαφῆ.

Vs. 1020. Στείχω δὲ, θανάτῳ δῶρον οὐκ αἰσχρὸν πόλει Δώσων.] Cum *Kingio* recepi θανάτῳ· quod, cum in Anglicis videtur reperisse, Codices etiam exhibent Leidenses; in eorum altero tamen suprascriptum θανάτου· quæ vulgaris olim lectio neminem, absque Codicibus esset, offendere potuerat: ne spernerem quidem θάνατον, δῶρον

οὐκ

οὐκ αἰσχρὸν πόλει Δῶσων· *Diodor. Sic.* XIII, p. 557, 32. *τὸν ὀφειλόμενον τῇ φύσει θάνατον εἰς πατρίδος σωτηρίαν ἀναλώσαντες, ἀθάνατον ἑαυτῶν δόξαν καταλελοίπασιν.*

Vs. 1022 —— 1025.] Cive dignam ſententiam, in qua nil variant Codd. præter Leid. n, *διέλθῃ* præferentem v. 1023, titulo *περὶ πολιτείας* XLI. primam poſuit *Stobaeus*. Abuſus eſt hac, ni fallor, *Euripidei* Menoecei ſententia Socratis accuſator; ſiquidem huc reſpicit Auctor Epiſt. XIV. *Socraticarum* p. 32, *οὗτος ὡς ἐν τραγῳδίᾳ ὑπεκρίνατο Μενοικέα τὸν φιλόσοφον.* His noſtris ſimillima ſunt, quibus in *Euripidis* Erechtheo Praxithea ſuam illam claudebat eximiam orationem: *Ὦ πατρὶς, εἴθε πάντες, οἳ ναίουσί σε, / Οὕτω φιλοῖεν ὡς ἔγωγε· ῥᾳδίως / Οἰκοῖμεν ἄν σε, κοὐδὲν ἂν πάσχοις κακόν.* ſic verſum medium ſcribi malim quam cum *Grotio*. Fragmentum illud inſigne, verſibus conſtans 55, ſervavit nobis *Lycurgus* in Orat. contra Leocratem §. XXIV. tranſſumſit *Grotius* in Exc. p. 383. In ſcena Praxitheam iſta protuliſſe, coniugem Erechthei, manifeſtum eſt e *Lycurgo*; quin ex ipſa pateret *Euripidis* oratione, ſi per librarios licuiſſet, & *Grotium*: ſenſu vacat Fragmenti verſus 44,

Οὐκ ἔσθ' ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ.

Corrigatur:

Ἐκεῖνο δ', οὗ τὸ πλεῖστον ἐν κοινῷ μέρος,
Οὐκ ἔσθ', ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς, ἄνερ,
Προγόνων παλαιὰ θέσμι' ὅστις ἐκβαλεῖ.

facilis erit intellectus: *Quod vero publicum attinet commodum; nemo, mi vir, me volente, patrias evertet conſuetudines:* eorum verſuum tertio Grotianæ lectioni *οὔτις* alterum antetuli: genuinum arbitror, a me verſu medio repoſitum, *ἄνερ·* ad maritum enim verba feciſſe Praxitheam, liquebat e verſu 36, antequam fuiſſet a *Grotio* hunc in modum mutatus: *Καὶ τὴν τεκοῦσαν καὶ δύω γ' ὁμοσπόρους Σώσει·* ultimum illud egregium eſt: legebatur apud *Lycurgum*: *Καὶ τὴν τεκοῦσαν καὶ σὲ δύ' ὁμοσπόρους* —— Emendari debuerat:

Καὶ τὴν τεκοῦσαν, καὶ σὲ, δύοθ' ὁμοσπόρους
Σώσει. *Et me matrem, & Te (Erechthea,) duasque ſorores ſua morte ſervabit:* tres enim tantum, (alii plures memorant) Erechtheo filias *Euripiden* in iſto dramate dediſſe monſtrat hoc *Heſychii*: *Ζεῦγος τριπάρθενον, Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ.* Clariſſimus *Io. Taylor* vellem nobis explanaſſet, quæ ſunt in *Euripideis* iſtis obſcuriora.

Vs. 1026. *Ἔβας, ἔβας, ὦ πτεροῦσσα*] Hanc formam, a *Barneſio Kingio*que iam receptam, *Georg. Arnaldus* in h. l. adfirmavit Miſcell. Obſ. V. VI, p. 596. Cum priſcis Edd. in *πτεροῦσα* Codices etiam conſpirare ſcriptos non mirabuntur, qui frequens illud eſſe vitium noverint in iſtiusmodi formæ nominibus, non tantum adiectivis, ſed & in his, quæ uſu propriorum induerunt naturam: *όεις* in *οῦς*, *όεσσα* flectendum in *οῦσσα*. Propria ſunt *Ῥαμνοῦς· Ἀμαθοῦς· Ἀνθεμοῦς· Ὀποῦς· Οἰνοῦσσα· Πιτυοῦσσα· Γονόεσσα* vel *Γονοῦσσα· Δρυοῦσσα· Ὑδροῦσσα.* in his ſimilibusque ſæpius unum duntaxat *σ* legitur: *Σειρηνοῦσσαι* & *Πιθηκοῦσσαι* exhibet emendate ſcripta Codex *Strabonis* Mediceus teſte Cl. *Abrab. Gronovio* p. 154, & 186. De his plura dicere locus vetat; ubi *Scholiaſtis* aliisque dignus fuit reprehenſione viſus *Euripides*, qui veterem nobis de Sphinge narrat & Oedipode cantilenam, atque adeo commodam laudandi facinoris egregii ſibi tamen elabi propemodum patitur occaſionem: nam Menoecea ſub finem demum antiſtro-

phes velut in tranſcurſu collaudat. Iure ſuo Criticus ad initium huius ſtrophes: Πρὸς οὐδὲν, inquit, ταῦτα· ἔδει γὰρ τὸν χορὸν ἢ οἰκτίσασθαι τὸν θάνατον Μενοικέως, ἢ ἀποδέχεσθαι τὴν εὐψυχίαν τοῦ νεανίσκου. *Scholiaſtes* in *Ariſtoph.* Acharn. v. 442. Εὐριπίδης, inquit, εἰσάγει τοὺς χοροὺς, οὐ τὰ ἀκόλουθα φθεγγομένους τῇ ὑποθέσει, ἀλλ' ἱστορίας τινὰς ἀπαγγέλλοντας, ὡς ἐν ταῖς Φοινίσσαις. Attigit hoc *Euripidae* peccatum *Grotius* in Prolegom. 30. Noſtrum hac quoque parte longe ſuperat *Sophocles*, in cuius fabulis rarius chorus *quid medios intercinit actus, Quod non propoſito conducat & haereat apte. Ariſtoteles* de Poet. c. XVIII. τὸν χορὸν ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν, καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγωνίζεσθαι μὴ ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ, ἀλλ' ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ· quæ *Dan. Heinſius* notis in Artem *Horatii* ſibi ſumſit explananda p. 73, 74. Hinc demum intelligi poterit, quid ſibi voluerint apud *Nonium Marcellum* in v. *Temerius* p. 178, *Accii* verba *Didaſcalico* L. II. *Sed Euripidis, qui choros temerius in fabulis* - - - - -. ad ſenſum implendum neceſſaria vel a librariis vel a *Nonio* ſunt omiſſa. Duo treſve libri Διδασκαλικῶν *Accii*, oratione ſoluta ſcripti, quid potiſſimum complecterentur, e paucis fragminibus *Ioſ. Mercerus* eruit notis ad *Nonii* pag. 165, 7. quibuscum conf. *Caſaubon.* Anim. in *Athen.* VI, c. VII. *Menag.* in *Laërt.* V, 26. apud *Plutarch.* T. II, p. 1096. A. iunguntur οἱ περὶ χορῶν λόγοι καὶ διδασκαλίαι.

Vs. 1029. Πολύστονος, πολύμοχθος,] Codicum auctoritatem Metrico hic etiam anteponens, πολύμοχθος repoſui vice vocis ante vulgatæ πολυφθόρος· cuius accentus debuerat in penultima collocari, monente *Battierio*: *Kingius* ex unico Codice vulgarat Πολύφθορος, πολύστονος· alterum, a me repoſitum, faſſus in quatuor Codd. inveniri; his accedunt duo Leidenſes. Erit itaque verſus iambicus dimeter catalecticus, cui, ſi tollas unicam duntaxat literam, reſpondebit in Antiſtrophe: Τότ' ἄσμενος, πάλιν ἄχη. In Oreſt. v. 975. ἐφαμέρων ἔθνη Πολύστονα dicuntur καὶ πολύπονα.

Vs. 1030. Μιξοπάρθενον δάϊον τέρας,] Vulgatam Μιξοπάρθενος, δ. ſic leviter immutavi, Codicis Leidenſis auctoritate nixus: ſcribi quoque poſſet: Μιξοπαρθένου δάϊον τέρας· ſupra v. 813, τὸ παρθένιον πτερὸν dicitur οὔρειον τέρας· hic δάϊον τέρας. *Sophocles* Oed. Tyr. v. 1207, τὰν γαμψώνυχα Παρθένον χρησμῳδόν. *Euripidae* locus obverſabatur *Origeni* contra *Celſ.* I, p. 32. Φέρε δή τινα ἀπιστεῖν περὶ Οἰδίποδος καὶ Ἰοκάστης, καὶ τῶν γεννηθέντων ἀπὸ ἀμφοτέρων Ἐτεοκλέους καὶ Πολυνείκους, διὰ τὸ προσπεπλέχθαι τῷ λόγῳ τὴν Σφίγγα μιξοπάρθενόν τινα. Cur Sphinga dixerint μιξοπάρθενον non quærent, qui legerint deſcriptam eius picturam, aut viderint; figuram in veteri *Sophoclis* Codice depictam inveniſſe ſe *Galeus* teſtatur in *Palaeph.* c. VII. Scylla μιξοπάρθενος κύων *Lycophroni* vocatur v. 669. Apud *Herodot.* IV, c. IX, Hercules traditur εὑρεῖν ἐν ἄντρῳ μιξοπάρθενόν τινα ἔχιδναν, τῆς τὰ μὲν ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτέων εἶναι γυναικὸς, τὰ δὲ ἔνερθεν, ὄφιος. vulgatur Ἐχίδναν διφυέα *Euſtathio*, Herodotea uſurpanti ad *Dionyſii* Perieg. v. 310, omiſſam, vocem διφυέα ni fallor, adiecerant ad *Herodoteam* μιξοπάρθενον, velut interpretamentum; cuius generis alia quoque ſuperſunt apud *Herodotum*, pauca tamen.

Vs. 1031. & ſeqq.] In his colis dividendis Codicem optimum *Kingius* expreſſit, in pleriſque deinceps Metrici veteris notis adiutus; utroque deſtitutus adiumento *Battierius* nonnun-

nunquam veram verſuum rationem detexit: in his *Kingium* ſequor: verſus aliquot ſequentes ſic olim in Edd. perperam dividebantur: 6 Φοιτᾶσι πτεροῖς / 7 Χαλαῖσι τ' ὠμοσίτοις / 8 Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ τό / 9 πων νέους πεδαίρου / 10 Σ' ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν —— Quae tum ſequebantur, ſeptem cola iam olim emendate poſita legebantur.

Vs. 1034, 35. —— νέους πεδαίρους' Ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν] *Euripidea* rectius omiſiſſet Ill. *Ez. Spanhemius* ad *Callimachi* h. in Del. v. 304, p. 510. Ἄλυρος μοῦσα nihil eſt aliud quam *triſte carmen* Sphingis, ἄμουσος ᾠδή. ſupra veniſſe dicitur v. 814, ἀμουσοτάταισι σὺν ᾠδαῖς. vid. ad Vs. 50 notata. —— *Carmina lugubria*, ſive *threni*, ὕμνοι dicuntur ἄλυροι in *Euripidis* Alc. v. 447. conf. Helena v. 185. Iphigen. Taur. v. 146. *Sophocles* Oed. in Col. v. 1219. *Alexis* Olynthio apud *Athen.* 11, p. 55. A, Φθόγγους ἀλύρους θρηνοῦμεν. Quod hic *Euripides* πεδαίρειν, ſupra dixerat Φέρειν αἰθέρος εἰς ἄβατον Φῶς v. 816. tantumdem enim valet ac μετέωρον αἴρειν. Verbum eſt Aeolicum, neque a *Sophocle* potuit vel ab *Euripide* præterquam in choro collocari vel in trochaicis. In *Euripidis* Herc. Fur. v. 819, pro Νωθὲς πέδαιρε κῶλον, —— corrigendum ſuſpicor: Νωθές γ' ἔπαιρε κῶλον. Sic in Heraclid. v. 728, Λαιὸν τ' ἔπαιρε πῆχυν, εὐθύνων πόδα. *Aeſchylus*, in ſenariis, Doricis iſtiusmodi formis & Aeolicis non abſtinet; cui pro μεταρσίος adhibetur πεδάρσιος in Prometh. v. 269, 709, 915. *Heſychius*: Πελλύρον, μετέωρον. ipſius corrige Grammatici peccatum ſcribendo Πέδαυρον. *Alcaeo* tribuitur παιδάορον in *Apollon.* de Pronomin. p. 430. B. ſcribi debuerat πεδάορον. Aeolicum πέδα ſæpenumero latet, in παῖδα transmutatum a librariis: vid. *H. Stephan.* Epiſt. ad *Thom. Redingerum* præfixa Comment. de Dial. Att. ſub finem: *Iſ. Caſaub.* Anim. in *Athen.* p. 711, & p. 983. *Ioſ. Scaliger* in *Phryn.* p. 136. turpe vitium e *Sapphus* fragm. XXVII, a *Wolfio* facile potuerat eximi.

Vs. 1043. Ἰήϊον βοᾶν, βοᾶν] Hic ſemel βοᾶν, ut in ſequente colo μέλος legebatur in Edd. & in Codicibus, ut opinor, plerisque; certe Leidd. Flor. Cant. *Grotius* tamen in Pariſinis vocabula bis poſita videtur reperiſſe, ſicut in uno ſaltem Anglicorum *Kingius*. Bis erat in Edd. præterea Ἠϊον Ἰήϊον iam vulgarat *Grotius*, atque in Schedis ita poſuerat *Battierius*: Ἰήϊον eſt & in duobus Leid. *Heſych.* Ἰήϊος —— καὶ θρῆνον σημαίνει, ὡς Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ. Cæterum hæc duo cola, quod Scholiaſta ſcribit Metricus, ἐλλιπῆ ὄντα πρὸς τὰ τῆς ἀντιστροφῆς ἀνεπληρώθη παρ' ἐμοῦ ὁμοίαις λέξεσι. Verſus in choricis cantilenis corruperunt ſæpenumero librarii, dum voces omittunt, quæ fuerant eaedem repetendæ. Hoc mendarum genus late patet.

Vs. 1045, 19. Ἄλλος ἄλλ' ἐπωτότυξε] Duas voces aliter ſcriptas exhibui, quam erant in Editionibus: ante *Kingium* tanquam trochaicum tetrametrum catalecticum vulgarant uno ductu: Ἄλλος ἄλλον ἐπωτότυξε διαδοχαῖς ἀνὰ πτόλιν. *Battierius* in Schedis: „ *ut verſus, qui eſt trochaicus* „ *tetrameter* καταληκτικός, *quinto pede* „ *habens tribrachyn, fit integer, ſcri-* „ *be:* Ἄλλος ἄλλ' ἐπωτότυξε." —— *Kingius* hæc ad ductum metrici ſeparavit in duo cola 19 Ἄλλος ἄλλον ἐπωτότυξε / 20 Διαδοχαῖς ἀνὰ πτόλιν. ſed in notis eorum primum, ut Trochaicum evadat purum, ſic ſuſpicatur emendandum: Ἄλλος ἄλλον ὠτότυξε. Mihi ſic placuit ἄλλ', (ἄλλο, nempe μέλος Ἰήϊον vel ἄλλα, *alia:*)

 hoc

hoc ut non dubitarim ſine Codicum conſenſu recipere, qui præpoſitionem verbo conſtanter addebant. In ἐπωτότυζε litera fuerat ab Editoribus omiſſa, quam non negligendam duxi, quum duo Leidenſes ſubminiſtrarent ἐπωττότυζε. in altero ſupra ſcriptum ἔκλαιε· in altero B, ἐσχετλίαζεν, ἀπὸ τοῦ ὀτοτοῖ. In *Aeſchyli* Agam. v. 1083. ἀνωττότυξας vel ἀνωτότυξας iure tuetur Cl. *Abreſch.* Anim. p. 309. Quod *Henr Stephano* venerat in mentem, ἀνωλόλυξας præfert in iſto verſu Tragici *Scholiaſtes* in Phœn. *Eurip.* v. 1035.

Vs. 1047, 48. Βροντᾷ δὲ στεναγμὸς / Ἰαχά τ' ἦν ὅμοιος, ὅτε] Ultimum ὅτε, quod ante *Kingium Grotius* receperat in vicem vocis Ὁπότε, quam Codices retinent Leidd. *Kingius* primus ſua ſede collocavit in colo 22. Idem ille, pro Ἰαχᾷ, poſuit caſum rectum: στεναγμὸς & ἰαχὰ adſimilantur Βροντᾷ· Mſ. Leid. B, ἰαχή τ' ἦν ὅ. veſtigium genuinæ lectionis ſervat Cod. Flor. in quo legitur ἰσχά τ' ἦν ὅμοιος. frequens hoc mendæ genus animadvertiſſe profuit *Moſcho*, cuius Carm. III, v. 40, pro ἴσχετο, repoſitum ἴαχε in duobus Mſſ. reperiri monuit Celeb. *D'Orvillius* in *Charit.* p. 252. conf. Clariſſ *Schraderus* in *Muſaeum* p. 86. & *Iacob. Merrick* ad *Tryphiod.* v. 257.

Vs. 1053. Τότ' ἄσμενος, πάλιν δ' ἄχη] Ad verſum in Strophe, prouti fuit e Codd. reſtitutus, hic reſpondebit, ſi literam demas: Τότ' ἄσμενος· πάλιν ἄχη. ſive legas, πάλιν ἄχθος. *Schol.* Τότε μὲν ἄσμενος, ἀντὶ τοῦ ἡδύς. πάλιν δὲ, ἤτοι ὕστερον, ἄχη συνάπτει. Ut primis vocibus μὲν, ſic ſequentibus δ' interſeruerant Grammatici. Pro ἀσμένοις, e Cod. Cant. *Barneſ.* dedit ἄσμενος· hoc Leidenſes etiam libri praeferunt; & in ſequenti verſu, quem *Kingius* delevit, articulum.

Vs. 1055. Καλλίνικος ὢν αἰνιγμάτων] Tria cola *Kingius* in duo contraxit; nam ſic iſthaec erant collocata: 6 Καλλίνικος ὢν, 7 Αἰνιγμάτων, συνάπτει· 8 Μαίνει δὲ πόλιν. ultimum idem ille mutarat in πτόλιν, in his etiam Regium Codicem ſecutus.

Vs. 1061. —— Ἀγάμεθ' ἀγάμεθ', 12 Ὅς ——] Literam verſui noxiam in ἀγάμεθα *Kingius* omiſit, etiam ablatam a *Battierio.* Verſuum huius antiſtrophes 14, & 15, perverſam hanc in Flor. Cod. lectionem invenerat *Iſ. Voſſius*: Γᾶς· γόους ὑπὲρ πατρώας / Κρέοντι λιπὼν γένος. quod ſæpius evenit, mendoſæ vocis correctionem, in margine Codicis vetuſti poſitam, illa quoque relicta, in contextum librarius intulit loco non ſuo. Chori præiudicium Euripideus Creon adfirmat v. 1323, Ἐμός τε γὰρ παῖς γῆς ὄλωλ' ὑπερθανὼν, Τοὔνομα λαβὼν γενναῖον, ἀνιαρὸν δ' ἐμοί. apud *Diodor. Sic.* T. I, p. 557, 30, Nicolaus Syracus. de filiis, qui ceciderant pugnantes: ἐκείνους μὲν μακαρίζω, τὸν ἐμαυτοῦ δὲ βίον ἐλεῶ. Præivit *Homer.* Il. Δ, 197. τῷ μὲν κλέος, ἄμμι δὲ πένθος.

Vs. 1067. Γενοίμεθ' ὧδε ματέρες,] Sic e Cant. Cod. *Barneſius* edidit, ut e Pariſinis poſuerat *Grotius*; his concinunt duo Leidd. & Flor. Veterum erat Edd. lectio: Γενοίμεθα δ' ὧδε ματέρες. *Sam. Battierius* hæc ſcribit: „ *Verſus eſſe debent trochaici dimetri* „ *catalectici: itaque ſic ſcribendi:* Γενοίμεθ' ὧδε μὲν / Γενοίμεθ' εὔτεκνοι. / „ *quae* εὔτεκνος *fit, utique mater erit:* „ *itaque* ματέρες *neutiquam eſſet apte* „ *poſitum.* Φίλαι *etiam extrinſecus in-* „ *ſertum & ejiciendum eſſe patet ex* „ *eo, quod non ſe invicem alloquantur,* „ *ſed potius omnis ille chorus puellarum*

„ a

„ *a Pallade illud optet, ut tam nobiles* „ *liberos aliquando gignant:* Γενοίμεθ' „ εὔτεκνοι, Παλλὰς —— *& Schol.* „ ὡς παρθένοι δὲ παρθένῳ θεῷ εὔχονται." *Battierium* partim quidem decepit vulgata lectio versuum Strophes 18, 19 Ἤιον βοὰν / Ἤιον μέλος· ab ipso mutata in Ἰήϊον βοὰν / Ἰήϊον μέλος· Ultima quæ notat, minime spernenda, monstrant non eiiciendam, perverse tamen scriptam vocem φίλαι, *o amicae*.

Vs. 1068, 69. —— φίλα Παλλὰς,] *Cara Pallas.* Coniecturæ, ni fallor, pœnituisset *Battierium*, si, quam *Kingio* ferimus acceptam, lectionem vidisset egregiam: non itaque comites alloquitur Phœnissa, sed Minervam, quæ noti facinoris Cadmo fuerat auctor. Videtur illam lectionem in Reg. Cod. reperisse *Kingius*, quam Leidenses etiam duo Codd. repræsentant; in eorum altero Α vocis φίλα literæ Doricæ communis η erat superscripta. φίλη Παλλὰς erat in Cant.

Vs. 1069. —— ἃ δράκοντος αἷμα / Λιθόβολον κατείργασαι,] Ultimum κατείργασαι, pro κατειργάσω, duo Codices præbuerunt Leidenses & Cant. dignum quod in contextum reciperetur: ab illis fuerat mutatum, qui non animadverterant, κατείργασαι idem ac κατειργάσω significare. Ab Ionibus & Atticis εἴργασμαι sæpe ponitur pro εἰργασάμην, *feci*, etiam apud *Euripiden*; Med. v. 293, *me saepius* Ἔβλαψε δόξα, (γλῶσσα legitur apud *Stobaeum* p. 217.) μεγάλα τ' εἴργασται κακά. Hippol. v. 284, Εἰς πάντ' (πᾶν Flor. Cod.) ἀφῖγμαι, κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον. Iphig. in Aul. v. 468. Γήμας ὁ Πριάμου παῖς μ', ὃς εἴργασται τάδε. Huius usus ignoratio veterum loca quædam obscuravit, hic non illuminanda. —— Qui κατείργασαι recte restitutum fatebuntur, præterea mecum forsan in id consentient, δράκοντος αἷμα minus commode λιθόβολον dici, corrigendumque potius: ἃ δράκοντος αἷμα Λιθοβόλου κατείργασαι, *quae, Cadmum ad illud opus cohortata, Draconis lapidibus icti caedem perfecisti.* Sicut Διόβολος idem ac Διάβλητος, ita λιθόβολος idem ac λιθόβλητος.

Vs. 1080. —— οὐ παρ' ἀσπίδα Βέβηκας αἰεὶ,] *Kingium* miror, qui, postquam vulgarat, οὐ παρ' ἀσπίδα —— *nonne ad clypeum Adstabas semper?* sic scribit in notis: „ *Legitur* „ *etiam* οὐ παρ' ἀσπίδα, cuius ad cly„ peum, *ut intelligant auditores*, „ *quis ingressus sit; nimirum Eteoclis* „ *armiger.*" Dixisse debuerat, quam repudiavit, omnium Editionum esse lectionem, Codicum quoque nonnullorum saltem; si vel alterum in aliis invenerit: mea sententia lectio vulgata non cadit in dubitationem: οὐ περ ἀσπίδα perperam legitur in Cod Flor. Ὑπασπιστοῦ munus his *Euripidae* verbis exponi monuit *Blasius Caryophilus* de Vet. Clypeis p. 81. Sunt sanequam ad sensum explendum adeo necessaria, prorsus ut huc non congruat adnotatio *Scholiastis*: Οὐ παρ' ἀσπίδα βέβηκας] Ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις οὐ φέρεται οὗτος ὁ στίχος· ni fallor, olim ad versum 1082. adposita: sola matrem decere videbatur de filio sollicitudo: Τέθνηκεν, ἢ ζῇ παῖς ἐμὸς, σήμαινέ μοι. Quæ secundum *Scholiasten*, si recte conicio, deerant in exemplaribus non paucis, Τί μοι πόθ' ἥκεις καινὸν ἀγγελῶν ἔπος, *Euripidea* tamen mea quidem opinione, non miror si nonnullis hac in sede displicuerint.

Vs. 1082. Τί μοι πόθ' ἥκεις καινὸν ἀγγελῶν ἔπος] In omnibus Editionibus, ne *Kingiana* quidem excepta, legebatur ἥκεις —— ἀγγέλλων· Leidensium Codicum recepi scripturam

Vu 2

ἥκεις —— ἀγγελῶν· quam alios etiam Codices repræsentare non dubito, Cantabrigiensem exhibere monuit *Piersius*, e quo *Barnesius* ἀγγελῶν enotarat, altero prætermisso: nec tamen ἥκεις sperni debebat. mihi quidem non magis placet quod *Euripidis Scholiasta* scribit ad initium Hecubæ, quam *Henr. Stephano* in App. de D. A. p. 141. vere tamen *Thomam Mag.* scripsisse iudico: τὸ Ἧκον, κοινότερον· præsens tempus ἥκω frequentabant Attici, rarius usurpantes præteritum imperfectum ἧκον, quod tempus huic quoque versui non convenit: nemo mihi *D'Orvillio* observata velim obiiciat ex Animadv. in *Charit.* p. 37. quæ firmant potius quod dicebam, quam labefactant. Ἀγγελῶν procul dubio genuinum est: ab hac forsan lectione *Kingium* abalienavit ἥκεις φέρων, versu 1079. Sed nonnihil est duarum locutionum diversa ratio: Ἥκω φέρων frequentissimum: supra notatis in Vs. 257, multa, si quis requireret, adiici possent. Sed, præterquam in ista forma loquendi, qua res ante præsens adest, quam loquatur, qui eam attulit, verbis veniendi participii futurum tempus adiungi solet. Exempla quædam idonea lectionem nostram extra dubitationem collocabunt: *Euripides* Androm. v. 1070, Οἵας ὁ τλήμων ἀγγελῶν ἥκω τύχας; Suppl. v. 534, 48, Ἥκω —— Νίκην τε Θησέως ἀγγελῶν. Hec. v. 216, 17. ἔρχεται —— σημανῶν. Iphig. Taur. v. 237, Βουφορβὸς ἥκει σημανῶν τί σοι νέον. Rhes. v. 268, Ἥκειν ἔοικας ἀγγελῶν· sæpius alibi, nunquam aliter, *Euripides*. *Aeschylus* Prom. v. 942, Πάντως τι καινὸν ἀγγελῶν ἐλήλυθε. Choeph. v. 708, ἦλθεν ἂν τάδ' ἀγγελῶν. *Aristoph.* Equit. v. 1069. Thesmoph. v. 586, Ἥκω φράσων τοῦτ', ἀγγελῶν θ' ὑμῖν. v. 602, ἦλθον ἀγγελῶν· quod postremum *Lycophroni* restituendum arbitror v. 1467. eorum prius, ἥκω vel ἔρχομαι φράσων, sive λέξων, Ionibus & Atticis frequentissimum est. *Aeschylus* Supplic. v. 531, Ἐγὼ δὲ ταῦτα πορσυνῶν ἐλεύσομαι. sic pro πορσύνων scribendum versus etiam modulus indicat: τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ ὑνω ῥήματα ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ἀεὶ βραχὺ τὸ δίχρονον ἔχουσιν, *Schol. Theocr.* in Eid. 11, v. 3. In *Sophoclis* Antig. v. 248, pro σημαίνων, σημανῶν legendum; & in *Antiphanis* versu apud *Athen.* I, p. 15. A. Φαινίνδα παίσων ἦν ἐς Φαινεστίου.

Vs. 1084. —— ὥς σ' ἀπαλλάξω φόβου] Pronomen in Editionibus omissum *Barnesius* reposuit; quod Leidensium Codicum alter exhibet, omittit alter. *Eurip.* Supplic. v. 497, ἥν σ' ἀπαλλάξῃ πόνου.

Vs. 1085. —— ἑπτάπυργοι —— περιβολαί.] *Vela* recte dixit *Euripides* in Ion. v. 1133, περιβολὰς σκηνωμάτων· navium vero *septum* περίβολον νεωρίων, Helenæ v. 1546. *Septa* templorum, urbium *muri* passim περίβολοι vocantur; quod nostro forte quis versu præferat. Hoc certe restituendum in *Platonis* Timæo p. 73. D. *ossa* dixerat *Timaeus Locrus* de Anima mundi p. 557, μυελῶν (malim μυελῷ) περιφράγματα. *Platoni* Deus dicitur στέγασμα μὲν αὐτῷ (τῷ μυελῷ) πρῶτον ξυμπηγνὺς περίβολον ὀστέϊνον· vulgatur περὶ ὅλον, ὀστέϊνον. genuinum est, quod dicebam: *Plato* paulo post p. 74. A. λιθοειδεῖ περιβόλῳ ξυνέφραξεν.

Vs. 1086. Ἐστᾶσ' ἄθραυστοι, κοὐκ ἀνήρπασται πόλις] Quia loquuntur de Thebis, e Græciæ gremio veluti raptis, ἀνήρπασται hoc forsan *Euripidis* versu derivarunt *Aeschines* & *Dinarchus*, quorum loca confert & illuminat eruditissime Celeberr. *P. Wesselingius* ad *Diodor. Sic.* XIII, p. 585. n. 24. illi quidem accommodatius: πό-

λις

λις —— *ἐκ μέσης τῆς* Ἑλλάδος *ἀνήρπασται·* quam *Euripides* hic, & in Helenæ v. 757, de Troia: *πόλις ἀνήρπασται μάτην.* conf. Clariss. *D'Orvill.* Animadv. in *Chariton.* p. 318, & p. 416.

Vs. 1091. —— *μέλει μοι καὶ τόδ',*] Quod *Battierio* venerat in mentem, in altero Leidensium legebatur *τοῦδ'·* hoc, ortum e nota Grammatici, senarium pessumdat: recte *Thomas Mag.* Μέλει *μοι τοῦδε, καὶ μέλει μοι τόδε, Φαμέν.* —— Cum versu sequenti comparandus ex *Aeschyli* septem advers. Thebas v. 21, Κ*αὶ νῦν μὲν ἐς τόδ' ἦμαρ εὖ ῥέπει θεός.*

Vs. 1094. —— *πυργηρούμενοι.*] Verbum ab *Aeschylo* mutuatus, qui Theb. v. 22. Χ*ρόνον γὰρ ἤδη τόνδε πυργηρουμένοις* Κ*αλῶς τὰ πλείω πόλεμος ἐκ θεῶν κυρεῖ.* bis etiam adhibuit *Eurip.* in Oreste v. 760. Ὥ*σπερεὶ πόλις πρὸς ἐχθρῶν, σῶμα πυργηρούμεθα.* v. 1574. Δ*όμων δ' ἐπ' ἄκρων τούσδε πυργηρουμένους·* hoc in loco de tribus Codd. Leid. duo præferunt *πυργυρουμένους*, in altero Codex B exhibet *πυργυρούμεθα.* hanc forte diversam lectionem, memoratam *H. Stephano* Thes. L. G. T. III, p. 635. F. enotarat *Hesychius*, ubi legitur: Π*υργηρούμεθα, ἐντὸς ἐσμὲν τῶν πύργων, οὐ τολμῶμεν ἐξιέναι. γράφεται δὲ (καὶ) πυργιούμεθα·* quinimo *πυργυρούμεθα.*

Vs. 1099. —— *ξίφος* Λ*αιμὸν διῆκε,*] *Ios. Barnesius* Λ*αιμῶν* evulgavit ex Cod. Cant. in notis, *λαιμὸν*, inquit, *prius legebatur in impressis misero errore.* Si dicendus est error, hac etiam opera propagabitur. Λ*αιμὸν διῆκε* recte dici quis tandem Græce doctus ignorat? infra legitur v. 1406. *στέρνα* Π*ολυνείκους βίᾳ* Δ*ιῆκε λόγχην.* supra v. 26. Σ*φυρῶν σιδηρᾶ κέντρα διαπείρας μέσον.* *Aeschylus* Pers. v. 505. Μ*έσον πόρον διῆκε.* *Eurip.* Ion. v. 1037. Κ*ἄνπερ διέλθῃ λαιμόν.* dantur huius generis centena; quæ minus attendens *Battierius* Λ*αιμοῦ διῆκε* censuerat corrigendum: hoc non spernerem, si Codices præferrent; sed Flor. & Leidenses cum Edd. hic vetustis conspirant.

Vs. 1099. *τῇδε γῇ σωτήριον*] Ex Anglicis Codicibus restituit *Kingius*, quibus duo Leidenses accedunt: quod antea vulgabatur, *τῆσδε γῆς* librario debetur, qui v. 1096, scripserat: *τῆσδε γῆς σεσωσμένης·* ubi errore non dissimili legebatur in Leid. B, *τῆσδε γῆς ὑπερθάνης·* versum nempe sequentem finit *γῆς ὑπερθανών·* —— scripsit *Euripides τῇδε γῇ σωτήριον·* sicut Phœn. v. 925, *πατρίδι μεγάλα καὶ σωτήρια.* Heraclid. v. 406, Λ*όγια παλαιὰ, τῇδε γῇ σωτήρια.* Orest. v. 1637, *ναυτίλοις σωτήριος.* *Aeschyl.* Theb. v. 189, *ἄριστα καὶ πόλει σωτήρια.*

Vs. 1101. Π*ύλας ἐφ' ἑπτὰ*] *Battierius* Π*ύλαις* legendum suspicabatur: forte genuinum illud videretur, si cum *ἔταξε* hæc essent coniungenda: sed Eteocles Λ*όχους ἔνειμεν ἑπτὰ καὶ λοχαγέτας* Π*ύλας ἐφ' ἑπτὰ*, *ivit ad septem portas, cohortes distributurus, quibus singulis suum ducem praeficeret.*

Vs. 1102. —— *ἐφέδρους θ' ἱππότας μὲν ἱππόταις* Ἔ*ταξ',*] Præter priores *Barnesius* etiam vulgavit: Σ*ὸς παῖς ἐφέδρους· ἱππότας μὲν ἱππόταις* Ἔ*ταξ'*; veram dedit interpunctionem *Kingius*; sed ante utrumque *Grotius* ediderat: Σ*ὸς παῖς ἐφέδρους δ' ἱππ·* mihi, loco *τοῦ δ'*, *θ'* potius videbatur adoptandum. Primum Eteocles *λόχους ἔνειμε*, tum singulis peditum equitumque turmis suos *ἐφέδρους* constituit, *ἱππότας μὲν ἱππόταις* Ἔ*ταξ'*, *ὁπλίτας δ' ἀσπιδηφόροις ἔπι*, ut, sicubi prior turma deficeret, hi mox adessent, in illorum

locum fucceffuri. In his noviffimis vox vitiofe prifcis in Edd. fcripta, *ἀσπιδιφόροις*, duo decepit viros Eruditiffimos, fed rerum veteris memoriæ longe peritiores, quam Græci fermonis.

Vs. 1105. *Ἀλκή· δι' ὀλίγου περγάμων ἀπ' ὀρθίων*] Prifcam interpunctionem revocavi, quam immutavit *Grotius*, edendo: *Ἀλκὴ δι' ὀλίγου· περγάμων δ' ἀπ' ὀρθίων· Grotium*, *Pierfius*; hunc *Kingius*, fequutus eft: uterque tamen dederunt e vett. Edd. *περγάμων τ' ἀπ' ὀρθίων·* hæc *Battierius*: „ *Scribe περγάμων ἀπ' ὀρθίων· Πέργαμα bic defignat arcem Thebarum vel* „ *alia urbis loca in altum furgentia*, „ *unde profpici poterant, quae extra* „ *Thebas agebantur: vel ipfa moenia* „ *urbis Thebarum*: v. 1183, *κατ' ἄκρων περγάμων ἐλεῖν πόλιν· Schol. ex-* „ *plicat τῶν τειχῶν.*" *τε* cum *Battierio* deleto, vera lectio videtur quam repofui: *δι' ὀλίγου*, *poft exiguam temporis intercapedinem*, *περγάμων ἀπ' ὀρθίων*, *e fummis arcibus*, (*Eurip.* Androm. v. 10. *Ῥιφθέντα πύργων Ἀστυάνακτ' ἀπ' ὀρθίων.*) *Λεύκασπιν εἰσορῶμεν Ἀργείων στρατόν.* Poftrema hinc excitant *Schol.* in *Soph.* Antig. v. 107. & in Phœn. v. 1137.

Vs. 1107. *Τευμησὸν ἐκλιπόντα.*] Hanc nominis fcripturam exhibet Leidenfium Codicum alter: *Τευμησὸν* tamen, an *Τευμησσὸν* fcribatur nihil intereft, (vid. *Frid. Sylburgii* Præfat. ad *Paufan.* p. 921.) nifi quod illa prior antiquior videatur iftius temporis pronuntiatio, quo nondum literæ geminabantur. *Τελμησὸν* hoc in loco vulgarant *Aldus* & *Hervagius*; deinceps, quam in Scholiis invenerant, lectionem *Τευμησσὸν* in contextum intulerunt; fed ecce nobis *Kingium Τελμησὸν* revocantem, non e vetuftis Edd. neque enim contulit, fed e Codd. ut in notis monuit, *Τελμησὸν* (Sic & Leid. A, & Auguft.) & *Τελμισὸν* præferentibus. Non in *Euripidae* duntaxat, fed & in aliis Codicibus eadem eft in hoc montis, vel collis, Bœotii nomine fcriptionis inconftantia. Quæ Thebanorum arva *vulpes* infeftarat *Teumefia*, fæpenumero *Τελμησία* dicitur, velut in *Plutarchi* Gryllo p. 988. A. *Τελμησίαν ἀλώπεκα, μέρμερον χρῆμα. Teumefiam* vocat *Xylander. Palaephat.* c. VIII, *τῆς Τελμησίας ἀλώπεκος* meminit, ibidem memorans *τὸν καλούμενον λόφον Τελμήσιον·* qui aliis mons, *λόφος* etiam dictus fuit *Antimacho*: hic enim *ἐπὶ τοῦ Τευμησσοῦ· Ἔστι τις ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος.* tefte *Ariftotele* Rhetor. III, p. 127, 20. & *Strabone.* Apud *Suidam* eadem eft fcripturæ differentia, quam e *Strabonis* etiam Codd. enotarunt IX, p. 632. A. apud hunc tamen p. 627, B. legitur *ὁ Τευμησσὸς, ὃν ἐκόσμησεν Ἀντίμαχος διὰ πολλῶν ἐπῶν.* partem iftorum ex *Antimachi* Thebaide verfuum in *Steph. Byz.* nobis fervarunt v. *Τευμησσός·* qua monti nomen inditum fabulatur *Antimachus*, quod Europæ Iupiter *Ἄντρον ἐνὶ σκιῇ τευμήσατο.* hoc certe veterem firmat fcriptionem: verfum, quem *Stephanus* excitat, *Εἰς Μυκαλησσὸν ἰὼν καὶ Τευμησσὸν λεχεποίην*, effe *Homericum* ex hymno Apoll. 224. vidit *Lucas Holftenius. Τευμησσοῦ δρυόεντος* meminit *Nonnus* Dionyf. IV, p. 142, 25. *Antonino Liberali* c. XLI, p. 326. vulpes dicitur *ἐκ τοῦ Τευμησσοῦ κατιοῦσα.* Sub tefte *Corinna* traditur in fcholio Cod. Auguftani in Phœn. v. 26, Oedipum *ἀνελεῖν οὐ μόνον τὴν Σφίγγα, ἀλλὰ καὶ τὴν Τευμησίαν ἀλώπεκα·* in ejusdem Cod. Scholio ad noftrum v. 1107, ter legitur *Τελμησός· Statius* in Thebaide fibi conftat in genuina fcriptione, plerumque tamen in Edd. *Statii* legitur perperam cum adfpiratione *Theumefus* & *Theumefius* Theb. I, 485. II,

331, 383, 624. IV, 85, 372. VIII, 341. XII, 52. Illud vix in animum induco, ut in alteram scripturam, quam passim damnant viri Docti, librarios quasi de compacto crederem conspirasse; mihi potius diversa nominis pronuntiatio videtur auctoribus ipsis imputanda: montem scilicet Bœotiæ genuino nomine dictum puto Τευμησὸν, & Τευμησσὸν, deinceps autem aliam etiam invaluisse nominis istius pronuntiationem Τελμησὸν & Τελμησσόν. Ut in nominibus hominum propriis, sic in eiusdem loci diversis adpellationibus multa pendent a Dialectorum diversitate, quod huius non est loci demonstrasse; literas autem, hoc in nomine commutatas, υ & λ eamdem sæpius mutationem in aliis subiisse, *Hesychium* tractantibus exploratissimum est. Nostro finitimum, urbis Pisidiæ nomen verum fuit Τερμησσὸς, quod ad *Steph. Byz.* e numis ostendit *Luc. Holstenius*, *Wesselingio* laudatus ad *Diodor. Sic.* T. II, p. 291, n. 36. Conf. *Iob. Davisius* ad *Ciceron.* de Divinat. I, c. XLI.

Vs. 1113. Ὁ τῆς κυναγοῦ Παρθενοπαῖος ἔκγονος,] Perperam hic in priscis Edd. ἔγγονος legebatur, ut alibi sæpius; in *Homeri* quoque, formam istam ignorantis Codd. quid ... repertum Od. Γ, 122. —— Lectore non monito, *Kingius* hic posuerat κυνηγοῦ· ego priscam formam κυναγοῦ revocavi, quam MSS. Codd. repræsentant, Leidenses etiam: γυναγοῦ habebat Flor. infra v. 1176, κύναγα. ubi reliquerat forte fortuna *Kingius* versum intactum: Κυναγὸς ὡσεὶ παῖς σὸς ἐξαθροίζεται· sed in notis legendum scribit Κυνηγός. *Eurip.* Iphig. in Taur. v. 284, βοᾷ κυναγὸς ὥς. Qui nostro versu, dicitur & in Supplic. v. 888, Ὁ τῆς κυναγοῦ δ' ἄλλος Ἀταλάντης γόνος. Παῖς Παρθενοπαῖος. Hanc cur alteri formam in Tragoediis præferam, docebunt in Vs. 11. notata.

Vr. 1117. —— ἐφ' ἅρμασιν] *Piersius* restituit in locum ante vulgatæ lectionis, ἐφ' ἅρματι. Cod. Leid. A idem exhibet & Scholion ad v. 178. Phœn.

Vs. 1119. —— σωφρόνως ἄσημ' ὅπλα] *Aeschylum* imitatur, secundum quem in Theb. v. 597, σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλῳ· utroque loco *Des. Heraldus* usus est Digress. I, XII. nostro *Blasius Caryophilus* de Vett. clypeis p. 125, sed perverse scripto. Quæ præcedunt, οὐ σημεῖ' ἔχων Ὑβρισμέν', attigit *Lamb. Bos* Obs. Crit. c. IV, p. 17. Præterquam in Amphiarao, secessionem in reliquis plerisque ab *Aeschylo* fecit *Euripides*, clypeorum insignia Ducibus attribuens ab *Aeschyleis* diversissima.

Vs. 1121. Ἔστειχ'] In locum vulgatæ lectionis Ἔστηκ', equidem non dubitavi reponere, quod in duobus inventum Leidd. Ἔστειχ', quodque legerat *Piersius* in Cant. cum hoc Scholio adiecto: ἐχώρει, τὴν ὁρμὴν ἐποιεῖτο. Non nescio, qua machina defendi possit Ἔστηκ'· neminem tamen ad illud usurum arbitror versibus 1126, & 1140. reliqua monstrant Ἔστειχ' esse veram lectionem, quam in Anglicis etiam Codd. optimis hariolor inventum iri. vs. 1111, Parthenopæus προσῆγε Νηΐταις πύλαις λόχον. v. 1130, Κρηναίαισι Πολυνείκης πύλαις Ἄρη προσῆγε. v. 1136, Καπανεὺς προσῆγε λόχον ἐπ' Ἠλέκτραις πύλαις. v. 1116, Amphiaraus εἰς Προιτίδας Πύλας ἐχώρει. Nostro loco Ὠγύγιαις δ' εἰς Πυλώμαθ' Ἱππομέδων ἄναξ Ἔστειχ'. *Eurip.* Bacch. v. 779, στεῖχ' ἐπ' Ἠλέκτρας ἰὼν Πύλας. Rheso v. 290, Πολλῇ γὰρ ἠχῇ Θρήκιος ῥέων στρατὸς Ἔστει-

στεῖχε. Heraclid. v. 932, σὺν ἀσπίσιν Ἔστειχε.

Vs. 1122. Στικτοῖς πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα·] Forte scripsisset aptius *Euripides* Πυκνοῖς πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα· sic apud *Aesch.* Prom. v. 679, Ἄργος ὡμάρτει, πυκνοῖς Ὄσσοις δεδορκώς· ante v. 571, dictus ὁ μυριωπὸς βούτας. Argus ipse στικτὸς dici potuit: *Stellatumque oculis custodem virginis Ius*, *Nemesian.* Cyneg. v. 31. Minus recte dicitur *Euripidi* στικτοῖς ὄμμασι δεδορκώς. Vocis στικτὸς qui noverint usum, illustratum a *Bocharto* Hieroz. P. I, L. II, c. XLV. suffragabuntur *Dan. Heinsio*, in Aristarcho S. p. 755, scribenti, *negligenter admodum Euripidem, quod saepe illi vetus objicit Comoedia, loquutum, cum Argi oculos Phoenissis στικτοὺς dixit. Non enim στικτοὶ ejus oculi, sed ipse στικτὸς propter oculos, ut pavonis cauda: quo poëtae oculos illius retulere. Nonnus* Dionys. III, p. 100, 14. Ποίκιλον ἀπλανέεσσι κεκασμένον Ἄργον ὀπωπαῖς. *Moscho* II, 57, dicitur Ἄργος ἀκοιμήτοισι κεκασμένος ὀφθαλμοῖσι. atque ita saepius aliis. Vellem in hoc saltem versu substitisset armiger *Euripideus*.

Vs. 1123, 24. Τὰ μὲν σὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσιν ὄμματα Βλέποντα, τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα.] Qui haec proxime sequitur, Ὡς ὕστερον θανόντος εἰσορᾶν παρῆν, adeo versus est insulsus, ut mihi quidem ab alterius manu videatur profectus, *Euripidis* excusandi gratia; si duo versus priores sunt *Euripidis*, quos sub eius nomine legit & citat *Eustathius* in *Hom.* Il. B, p. 138, 24. Quia huc pertinent, verba Grammatici non pigebit descripsisse: Ἄργον φύσεως τέρας ἡ ἱστορία παραδίδωσιν, ὀφθαλμοὺς αὐτῷ ἀνοίξασα διὰ παντὸς τοῦ σώματος, οὓς ἄλλοτε ἄλλους ἀνοίγων, καὶ τοῖς μὲν μύων, τοῖς δὲ βλέπων, ἄυπνος ἦν διὰ βίου. ἄστροις μέν τισιν ἀνατέλλουσιν ἐπανοίγων τοὺς μύοντας ὀφθαλμοὺς, συνανατέλλοντας ὥσπερ καὶ αὐτούς, ἑτέροις δὲ αὖ πάλιν τῶν ἀστέρων δυομένοις ἐγκαταμύων τοὺς βλέποντας ὀφθαλμοὺς, καὶ ὥσπερ συγκαταδύων τὸν ἐν αὐτοῖς ὀπτικὸν ἥλιον. ὃ καὶ Εὐριπίδης δηλοῖ, ἐν οἷς φησιν· Ἄργου ὄμματα τὰ μὲν ξὺν (sic & MSS. Leid.) ἄστρων ἐπιτολαῖσι βλέποντα· τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα. Quod & *Euripiden* ait indicasse, nuspiam, opinor, alibi legerat, praeterquam in Phoenissis, veterumque in Phoen. commentariis, quorum auctores obscura vexasse non sane miror. Locum aliis explicandum commendans, dicam quid mihi verosimile sit visum; versuum scilicet horum conditorem sic scriptos reliquisse:

Τὰ μὲν ξὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσιν ὄμματ' ἦν
Βλέποντα, τὰ δὲ πίπτοντα δυνόντων μέτα.

Ex his πίπτοντα Scholion praebuit ex Aug. Cod. descriptum. Nonnulli quidem oculatum Argum undique, semper vigilem, plerique parte tantum oculorum vigilem finxerunt: ὀφθαλμοῖσιν ἀμοιβαδὸν ὑπνώεσκε, *Quintus Smyrnaeus* X, v. 191. sic & *Euripides*; si tamen ista sunt *Euripidis*. quisquis eorum sit auctor, hoc quidem loco rectius abessent. Quis credat haec in hostis scuto, si tanta caelatoris ars esse potuerit, Eteoclis armigerum observare potuisse? sed in vicinis etiam modum excedit *Euripides*. Quod *Aeschylo* condonandum, *Euripidi* tamen non licuit, qui, dum se poterat ad exemplum *Sophoclis* componere, saepius, quam oportuerat, *Aeschylum* imitari maluit. In Aeneide VII *Virgilii* v. 789, *clypeum sublatis cornibus Io Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos, Argumentum ingens, & custos virginis Argus.* E tantilla quo-

quoque re iudicari poteſt, vir viro quid præſtet.

Vs. 1127, 28 Τυδεὺς, λέοντος δέρος ἔχων ἐπ' ἀσπίδος Χαίτῃ πεφρικός.] *Euſtathius* in Il Δ, p 360, 43. hæc de Tydeo dici non recordabatur. Quæ ſequuntur proxima, viri Docti iam monuerunt ex *Aeſchyleis* eſſe derivata Theb. v. 438.

Vs. 1130, 31. Κρηναίαισι Πολυνείκης πύλαις Ἄρη προσῆγε] Ex Florent. Codice poſitum, pro Ἄρην προσῆγε. —— Quæ hic πύλαι dicuntur Κρηναῖαι, *Ariſtodemo* in Schol. ad Phoen. v. 1163, & *Pauſaniae* IX, p. 727. Κρηνίδες *Apollodoro* III, Bibl. p. 154. *culmina* vocantur *Statio Dircaea*, Theb. VIII, 357. *Aeſchylo* Theb. v. 533, Βοῤῥαῖαι πύλαι. Quinque portas iisdem deſignant adpellationibus *Aeſchylus* & *Euripides*: quam cum aliis Ogygias Ὠγυγίας vocat *Euripides*, *Aeſchylus* dixerat v. 492, γείτονας πύλας Ὄγκας Ἀθάνας. Scholion ad hunc locum, omiſſum in Edd. dedit *Galeus* ad *Apollod.* p. 69. *Heſychius*: Ὄγκας Ἀθάνας, τὰς Ὠγυγίας πύλας λέγει. *Apollodorus* tamen τὰς Ὠγυγίας & τὰς Ὀγκαΐδας diſcernit p. 153, 154, omittens τὰς Νηΐτας, *Aeſchyli*, *Euripidi*, *Pauſaniae*, *Statio*, memoratas.

Vs. 1133. Εὖ πως στρόφιγξιν ἔνδοθεν χυκλούμεναι Πόρπαχ' ὑπ' αὐτὸν] Πόρπαχ' ὑπ' αὐτὴν perperam habet Mſ. Flor. Idem Codex, Cant. & Leidd. ἐκστρόφιγξιν exhibebant; quod, pro στρόφιγξι', ante *Barneſium* poſuerat *Grotius*. *Euripides Aeſchylum* rurſus imitatur Theb. v. 501, 502. vid. *Valerius Flaccus*, III, 190. VI, 59.

Vs. 1138. Γίγας —— γηγενὴς] Non enim diſplicuit; fruſtra: γίγας γηγενὴς eſt in his ipſis Phoen. v. 129. *Capaneus* ipſe Γίγας hic videbatur dictus *Ez. Spanhemio* in *Callim.* h. in Cer. v. 35. Verſu præcedenti Σιδηρονώτου vulgato non eſſet deterius.

Vs. 1140. [Ὑπόνοιαν ἡμῖν, οἷα πείσεται πόλις] Hic quoque verſus, ſi quis alius, ſapit interpolatoris ingenium, atque ab eodem fuit, opinor, tornatus, cui debemus verſum 1125, Ὡς ἔντερον ἐκλιπόντες εἰσορᾶν παρῆν, pluresque alios in hoc dramate, his non diſſimiles.

Vs. 1142. Ἑκατὸν ἐχίδναις ἀσπίδ' ἐκπληρῶν, γραφῇ Ὕδρας,] Codices Leidd. & Flor. qui habent Ἑκατὸν δ' ἐχίδναις· parum nos in loco minus expedito iuvant; quem non intellexerunt interpretes, ſi *Grotium* excipias: hic ſententiam Poëtæ, ni fallor, expreſſit, *Virgilii* forte memor, cui *ſatus Hercule Aventinus clypeo inſigne paternum Centum angues, cinctamque gerit ſerpentibus hydram*, Aen. VII, v. 657. Præter iſta, verba videntur *Euripidis* obverſata *Silio Ital.* II, 158, 159, *Centum angues idem Lernaeaque monſtra gerebat In clypeo, & ſectis geminam ſerpentibus hydram*: ad *Virgilii* locum attulit *Euripidea F. Urſinus*. Hæc, quo modo ſcripta primum prodierunt, etiam nunc legi, nemo mihi facile perſuaſerit. Fortaſſe ſic levi pretium operæ reſtitui: Ἑκατὸν γ' ἐχίδναις ἀσπίδ' ἐκπληρῶν, γραφὴν Ὕδρας ἔχων λαιοῖσιν ἐν βραχίοσιν, Ἀργεῖον αὔχημ'· *Hydrae Lernaeæ picturam*, vel ipſam hydram, quam Hercules confecit, vocaret Ἀργεῖον αὔχημ'· hanc Adraſtus gerebat λαιοῖσιν ἐν βραχίοσιν, atque adeo ἐν ἀσπίδι, quod his, ut ſuſpicor, olim ſuperſcriptum, invaſerat contextum Cod. Flor. Clypeum, inſignem hydra, angues centum implebant; vel hydram in clypeo centum angues cingebant: novem ſcilicet hydræ, quæ fingebantur, capitibus centum ſubſtituerat *Simonides*, teſte *Servio*.

Vs. 1146, 47. Παρῆν δ' ἑκάστου τῶνδε μοι θεάματα, Ξύνθημα παραφέρουσι ποιμέσιν λόχων.] Prouti scribendum viderat *Battierius*, ἑκάστου pro ἑκάστῳ recte recepit *Barnes.* ex Cantabrig. Cod. quocum concinunt Leidenses: horum alter in versu seq. præfert Ξύνθημα προσφέρουσι π. λ. Florentinus, ξύνθημα περα φέρουσι. forte librarius invenerat περιφέρουσι. παρφέρουσι legebatur in Edd. *Euripidis*: quod reponendum monuit Celeberr. *C. A. Dukerus* ad *Thucyd.* VI, c. 69. παραφέρουσι *Kingius* iam in contextum receperat e Codd. quibus alter accedit Leidensis. Sicut hic ποιμένες λόχων, in Supplic. memorantur ποιμένες ὄχων τετραόρων, v. 674. Helenæ v. 1046, οἵτινες τετραζύγων Ὄχων ἀνάσσους' in Phœn. 1154, ἁρμάτων ἐπιστάται.

Vs. 1148. —— τόξοισι καὶ μεσαγκύλοις Ἐμαρνάμεσθα] *Eustathius* in Il. B, p. 260, 31. ἀπ' ἀγκύλης καί τι ἐκηβόλον Μεσάγκυλον παρωνόμασται, ὡς δηλοῖ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ, πρῶτα μὲν τόξοισι καὶ μεσαγκύλοις σφενδόναις θ' ἐκηβόλοις. ἴσως δὲ πολυωνυμίας λόγῳ ταυτόν ἐστιν, Ἀγκύλην εἰπεῖν, καὶ μεσάγκυλον. Intermedia, quæ nihil ad institutum faciunt, sic solent sæpius omitti: hæc est ratio, cur fragmenta veterum non pauca nequeant a Criticis redintegrari.

Vs. 1149, 50. —— σφενδόναις θ' ἐκηβόλοις Πετρῶν τ' ἀραγμοῖς.] His usus est Wasse ad *Thucyd.* p. 421, 75. ubi distinctos fuisse docet λιθοβόλους a *funditoribus*, legens, ut editum fuit a *Kingio*, ἐκηβόλοις· antea per Edd. hic receptum erat ἑκαβόλοις, supra v. 1115, Ἑκηβόλοις τόξοισιν. Quam Editiones, hic etiam Codices suspicor plerosque formam ἑκαβόλοις præferre: Cantabrig. tamen habet ἐκηβόλοις, ut & *Eustathius*. In *Archytae* Tarentini verbis apud *Iamblich.* Protrept. c. III, p. 12. legitur quidem ἑκαβολεστάτα· neque tamen Atticum Tragicum scio num ἑκαβόλος magis dedeceat, quam ἕκατι, κυναγός, ὀπαδός, Ἀθάνα. Comparari cum his nostris poterit ex Iphig. Taur. v. 1376, Ἐμαρνάμεσθα, καὶ πέτρους ἐβάλλομεν. —— Pro ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ, quod infra recurrit v. 1481, scribitur in Cod. Flor. ὡς δὲ νικῶμεν μάχῃ.

Vs. 1152. —— πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς] Flor. Cod. lectio π. κ. μολὼν, mihi nullius usus esse videtur: in altero Leidensium verbo κατεξάνθαι additum erat interpretamentum ἀφανισθῆναι; in altero, κατὰ μικρὸν ἀφανισθῆναι. frequentatur illud *Euripidi*; adhibitum in Hippol. v. 274, ἀσθενεῖ τε, καὶ κατέξανται δέμας. Suppl. v. 503, Πέτροις καταξανθέντες ὀστέων ῥαφάς. Troad. v. 510, Δακρύοις καταξανθεῖσα. Troadum versus 755, Μάτην δ' ἐμόχθουν καὶ κατεξάνθην πόνοις, etiam legitur in Medea 1030. ubi pro Μάτην scribitur Ἄλλως. Quandoquidem interpolatum est Medeæ drama; versus illic videri posset e Troasin interfertus: sed contra deberi suspicor in Troasin histrionibus, qui loci meminerant e Medea: hunc versum & vicinum ex *Euripidis* excitant Medea *Scholiastes* ineditus in Cod. *Wetstenii* ad *Hom.* Il. Ψ, v. 144. ad Ἄλλως, quique legerat hoc Scholion Auctor *Etymologici M.* p. 68, 39. ubi sicut in Schol. *Thucydides* etiam citatur & *Aristophanes*: e Medea quoque cum plurimis aliis versus fuit in drama Christi Patientis receptus v. 909.

Vs. 1154. Γυμνῆτες, ἱππεῖς, ἁρμάτων τ' ἐπιστάται.] Festinantis celeritati versus esset accommodatior, si sine copula scriberetur, quam idcirco suspicor a Poëta neglectam, ἁρμάτων ἐπιστάται. Copulam hic peperit omissa

sa post primam vocem versus interpunctio: Γυμνῆτες ἱππεῖς erant interpreti *levis armaturae equites.* His usus *Cuperus* Observ. 1, c. VII. p. 40. dubitanter, in re minime dubia, suspicionem sibi scribit *nonnunquam ortam, haec verba ita distinguenda*, Γυμνῆτες, ἱππεῖς, *levis armaturae milites, equites.* In *Euripidis* Rheso v. 311, primum ἱππεῖς, deinceps memorantur ὄχλος Γυμνὴς, v. 13.

Vs. 1155. —— οὔτις ἀργὸς ἦν] Sic hactenus vulgatas voces, ἀργὸς οὔτις ἦν, auctoritate Codicum Leidensium & Flor. transposui.

Vs. 1157, 58. Ἡμῶν τ' ἐς οὖδας εἶδες ἂν πρὸ τειχέων Πυκνεῦς κυβιστητῆρας ἐκπεπνευκότας.] Ante legebatur Ἡμῶν δ' ἐς οὖδας, quam *Barnesius* e Cod. Cant. posuisset alterum, quod libri Leidenses & Flor. etiam exhibent. *Euripidea Lycophron* feliciter imitatus est v. 266, Πυκνοὶ κυβιστητῆρες ἐξ ἐδωλίων πηδῶντες αἱμάξουσιν ὀθνείαν κόνιν. Huc *Plautum* respexisse loco, quem ad hæc comparavit *Iac. Nic. Loensis* Miscell. Epiphyll. 1, c. XVII. mihi non liquet: ἐκκολυμβᾶν νηὸς est in *Eurip.* Helena v. 1625. In Supplic. v. 691, meminit θραυσθέντων δίφρων Εἰς κρᾶτα πρὸς γῆν ἐκκυβιστώντων βίᾳ. Primus imaginem pinxerat *Homer.* Il. E, v. 586. εὐεργέος ἔκπεσε δίφρου Κύμβαχος ἐν κονίῃσιν. Il. Π, v. 742. ἀρνευτῆρι ἐοικὼς *curru decidit.* Il. Z, v. 42. ἐκ δίφροιο παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη Πρηνὴς —— ἐπὶ στόμα· *pronus volvitur in caput*, atque adeo κύμβαχος, quod eadem cum nostro κυβιστητῆρ fluxit origine. Hinc verbum ἀνεκυμβαχίαζον· quod, antequam *Aristarchus*, quæ nunc obtinet, lectionem restituisset, lectum in *Homeri* Il. Π, v. 380. ὑπὸ δ' ἄξοσι φῶτες ἔπιπτον Πρηνέες ἐξ ὀχέων, δίφροι δ' ἀνεκυμβαλίαζον. monstrat Scholion vetus a *Barnesio* vulgatum: Ἀνεκυμβαλίαζον·] Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ᾶ γράφει ἀνεκυμβαλίαζον· sic restituendum: Ἀνεκυμβαχίαζον] Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ Α γράφει, ἀνεκυμβαλίαζον. Eiusdem diversæ lectionis clarissimum est vestigium apud *Hesych.* in v. Similis adnotata scripturæ diversitas latet in *Schol. Theocriti* ad Eid. V, v. 145. Κεραυχίδες —— ἢ κεραυχίδες, (quinimo Κεραυλίδες.) αἱ οὖλα κέρατα ἔχουσαι.

Vs. 1162. βοᾷ Πῦρ καὶ δικέλλας, ὡς κατασκάψων πόλιν.] Recepi, quod *Grotius* dederat e Parisinis Codd. δικέλλας, pro δικέλλαν· quia Leidenses idem illud exhibebant, & Anglici, ni fallor; sic certe Scholion vulgatum a *Kingio.* Hic primus κατασκάψω reposuit; quod, licet Leidenses Codd. & Flor. etiam subministrarent, vulgatæ tamen postposui; neque enim indigemus hic Grammatici supplemento: Πῦρ καὶ δικέλλας, δότε μοι δηλονότι, quum legatur in Euripideis, βοᾷ Πῦρ καὶ δικέλλας· *clamando petit*: supra v. 1129, δεξιᾷ δὲ λαμπάδα Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν, ὡς πρήσων πόλιν: in Supplic. v. 724, σὺ γὰρ ὡς πέρσων πόλιν Μολὼν ἐθάρσεις. In *Aeschyli* Septem contra Theb. res est diversissima v. 440, Χρυσοῖς δὲ φωνεῖ γράμμασι, πρήσω πόλιν. quid clypeo esset inscriptum refert: sic v. 652, τὰ γράμματα (*Iustitiae*, in clypeo cælatæ) Λέγει, κατάξω δ' ἄνδρα τόνδε, καὶ πόλιν Ἕξει.

Vs. 1163. —— ἐναλίου θεοῦ Περικλύμενος παῖς] Huc respicit *Apollodor.* Biblioth. III, p. 156. Ἀμφίδικος, Παρθενοπαῖον· ὡς δὲ Εὐριπίδης φησὶ, Παρθενοπαῖον ὁ Ποσειδῶνος παῖς Περικλύμενος ἀπέκτεινε. Parthenopæi mortem Periclymeno similiter imputavit *Antimachus* in Thebaide; quod e *Pausania* constat IX, p. 746.

Vs. 1164, 65. *λᾶαν ἐμβαλὼν κάρᾳ Ἀμαξοπληθῆ, γεῖσσ' ἐπάλξεων ἄπο.*] *Battierius*, quum *κάρα* recte mutarat in *κάρᾳ*, prouti *Barnesius* etiam scripsit, „ *Canterus*, inquit, *testatur se* „ *emendasse hunc locum Novar. Lect.* „ *Lib.* III. *c.* III. *Ego nil mendi* „ *hic suspicari possum*" non equidem miror; est profecto tentamen *Canteri* prorsus infelix, legendum censentis, *γεῖσσ' ἐπάλξεων ἔπι*, quo significaretur ipso iudice, *lapidem tanto cum robore conjecisse Periclymenum, ut Parthenopaeus ad suggrundia usque & hostium propugnacula pertingeret*. Imo vero saxum, quod in eius caput deiecit, avulserat summis propugnaculis Periclymenus; hinc vocat *saxum Euripides γεῖσσ' ἐπάλξεων ἄπο*. apud *Thucyd.* III, c. 22. *κατέβαλέ τις —— ἀντιλαμβανόμενος ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων κεραμίδα.* *Statius* Theb. x, v. 528. *Saxaque in adversos ipsis avulsa rotabant Moenibus. Lucretius* VI, v. 240. *avellere tigna trabeisque, Et monumenta virûm demoliri. Virgilius* Aen. II, v. 445. *turres ac tecta domorum Culmina convellunt.* —— Absonam mitto *Barnesio* memoratam coniecturam: *Γεῖσσ' ἐπάλξεων ἄπο Schol.* in Cod. Leid. recte interpretatur, *τὰς ἐξεχούσας πέτρας ἀπὸ τῶν προμαχεώνων*. Orestis Euripidei versus 1608 ad nostrum est inprimis adpositus; quo ad *γεῖσσον*. utuntur Auctor *Etymolog. M.* p. 229, 39. & *Theon* in *Arati* Prognost. v. 238. Plura notantur ad *Hesych.* & ad *Diodor. Sicul.* v, p. 339, 11.

Vs. 1166. *Ξανθὸν δὲ κρᾶτα διεπάλυνε*] *Eustathius* in Il. K, p. 698, 52. *ἐπεὶ λέγεται Παλύνειν καὶ τὸ μολύνειν κατὰ Ἀπίωνα, λυσιτελεῖ τοῦτο εἰς τὸ, Ξανθὸν κρᾶτα διεπάλυνε, παρ' Εὐριπίδῃ.* Hinc rectum, *Διεπάλυνε* restituit *Hesychio Wesseling*. Probab. p. 40. supra scriptum in Cod. Ms. *εἰς λεπτὰ κατέθραυσεν*.

Vs. 1168. *Οὐδ' ἀποίσεται βίον Τῇ καλλιτόξῳ μητρί*,] *Kingius*, *forsitan*, inquit, *βιὸν* arcum *aptius intelligemus, cum mater καλλίτοξος sequatur.* Non quidem aptius *arcum*, quam *vitam*; sed utrumque simul. *Vitam* designari voluit *Euripides*, sic tamen ut ad *arcum*, nisi fallor, etiam respexerit, atque adeo propemodum ludat in ambigua vocis significatione: recordabatur, opinor, *Heraclitei* dicti, quod magis erat tenebricosum, quam prostat apud *Etymologum*, qui p. 198, v. 24. *ἔοικεν*, inquit, *ὑπὸ τῶν ἀρχαίων ὁμωνύμως λέγεσθαι Βιὸς, τὸ τόξον καὶ ἡ ζωή. Ἡράκλειτος οὖν ὁ σκοτεινὸς, Τῷ οὖν τόξῳ ὄνομα Βιός· ἔργον δὲ θάνατος.* ubi restituendum, *τῷ οὖν βιῷ* (supra scriptum fuerat *τόξῳ*) *ὄνομα μὲν βίος, ἔργον δὲ θάνατος*: ex *Eustathio* in Il. A, p. 31, 6. hoc non animadverterat *Menag.* in *Diog. Laërt.* IX, § 6. Legerat *Euripides Heraclitea* studiosissime, tradiditque aliquando *Socrati Ἡρακλείτου σύγγραμμα*, atque hunc, quid de illo sentiret, interrogavit, teste *Laërt.* II, § 22. prius e *Tatiano* manifestum est Orat. ad Graec. §. IV. ubi dictum quod fertur *Heracliti*, *ἐμαυτὸν ἐδιδαξάμην*, in *ἐμαυτὸν ἐδιζησάμην* commutandum, *Menagio* notata in *Laërt.* IX, §. 5. docebunt. Prius illud dictum *Euripidi* certe videtur obversatum in hoc senario: *Ὁ βίος γὰρ ὄνομ' ἔχει, πόνος δ' ἔργῳ πέλει*, quem e *Plutarcho Grotius* in Excerpta retulit p. 433. nec non in Alcestidis v. 802, *Οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος ἀλλὰ συμφορά.* sic locum exhibet Codex Flor. atque ita sine Codicis subsidio corrigendum viderat *Io. Piersonus* Verisim. p, 64. Hoc in loco venustum obtinet oxymoron; sicut in nostro versu figura quae dicitur ex ambiguo; quam pereuntibus, quod dolendum est, chartis, tribus Academicis dissertationibus sibi sumsit illustrandam vir Summus *Albertus Schultens.*

tens. Patet illud genus latiſſime, neque hic tractari poteſt: adoleſcentibus exemplum præbeat ambigui ſignificatus vocabulum Κόρη, quod ingenioſis ſæpe luſibus materiem præbuit: vid. *Bern. Martinus* Var. Lect. IV, c. XIII. *Gataker.* Diſſ. de N. I. Stylo c. XII. ad *M. Antonin.* III, §. 2. *Menag.* in *Laërt.* VI, §. 68. qui præterea conferri poterit ad L. II, §. 118. IV, §. 35. & VI, §. 44.

Vs. 1169. Μαινάλου κόρη] Diverſiſſimam a vulgata lectionem memorat *Scholiaſtes* in Auguſtano Codice: Μαινάλου χθόνα· τουτέστι, Μαιναλίαν χθόνα. Hanc lectionem Criticis deberi ſuſpicor, qui, quod nuſpiam alibi legerant, in *Euripide* cenſuerint corrigendum; perperam: ſuos habuit, quos ſequeretur Tragicus, Auctores: ſicuti noſtris nunc legitur in Edd. ſcriptum quoque reperit *Apollodorus*, huc reſpiciens Biblioth. III, p. 168. Ἡσίοδος καὶ τινες ἕτεροι τὴν Ἀταλάντην, οὐκ Ἰάσου, ἀλλὰ Σχοινέως εἶπον· Εὐριπίδης δὲ Μαινάλου· *Atalanten* alii *degentem in monte Maenalo*, eo dictam ab *Euripide* crediderunt Μαινάλου κόρην, *Maenaliam puellam.*

Vs. 1173. Αἰτωλίσιν λόγχαισιν εἰς ἄκρον στόμα Πύργων ἀκοντίζοντας,] *Aldus* primum vulgavit Αἰτωλοῖσι λόγχαισιν· atque ita deinceps *Hervagius.* Poſtea voces tranſpoſuerunt, ut metro congruerent, Λόγχαισιν Αἰτωλοῖσιν. *Barneſ.* e Cod. Cant. reſtituit Αἰτωλίσιν λόγχαισιν· idem *Grotius* in Pariſinam iam receperat Edit. In altero Codicum Leid. Αἰτώλοισιν λόγχαισιν, in altero B ſcriptum, Αἰτολίσι λόγχαισιν· Nihil quidem intereſt inter Λόγχαισιν Αἰτωλοῖσιν, & Αἰτωλίσιν λόγχαισιν· hoc tamen, *Kingio* quoque probatum, genuinum arbitror; delectantur iſtiusmodi formis femininis Tragici. Vocibus ἐς ἄκρον στόμα Πύργων ſuperſcriptum in Leid. Cod. εἰς τὰς ἐπάλξεις. *Statius* Theb. X, v. 522. *pars ad faſtigia miſſas Exſultant haeſiſſe faces.*

Vs. 1174, 75. —— ὥστ' ἐπάλξεων Λιπεῖν ἐρίπνας Φυγάδας] Iuvenis Præſtantiſſimus Φύλακας pro Φυγάδας legendum ſuſpicabatur, excitans Phœniſſ. v. 706, & 1101. ſed his in locis Φύλακες ipſi dicuntur λοχαγέται· noſtro milites intelliguntur potiſſimum gregarii, quos quoniam *fugitivos* ſtationem dixerat deſeruiſſe, mox ſubdit: ἀλλά νιν πάλιν Κυναγὸς ὡσεὶ παῖς σὸς ἐξαθροίζεται. *ſed fugitivos iſtos venatoris inſtar filius tuus excitatos latibulis cogit iterum in unum.* Scholiaſtes in Auguſtano Codice præter cetera hæc ſcribit: ἐξαθροίζεται] τοὺς Φυγάδας συναθροίζει καὶ συνάγει, ἐπὶ κυνῶν, θῆρας Φευγόντων.

Vs. 1177. —— εἰς δ' ἄλλας πύλας Ἠπειγόμεσθα] Paulo legitur ante v. 1170, Ἐπεὶ δὲ τάσδ' ἐσεῖδεν εὐτυχεῖς πύλας, Ἄλλας ἐπῄει παῖς σὸς, εἱπόμην δ' ἐγώ. Cum his multo melius *Accii* locum e Phoeniſſis, a *Nonio* conſervatum, comparari poſſe cenſeo, quam quo retulit *Scaliger* in *Varron.* p. 131, *Obit nunc noſtra moenia, & omnis ſaucios Convisit ut curentur diligentius.* Fieri tamen poteſt, ut in *Accii* Phœniſſis hæc de Creonte fuerint vel Menœceo dicta: congruunt ſaltem utriusque perſonæ.

Vs. 1179. Καπανεὺς δὲ πῶς εἴποιμ' ἂν ὡς ἐμαίνετο] Hic verſus & novem ſequentes, περὶ τῆς τόλμης Καπανέως, καὶ τῆς αὐτοῦ κεραυνώσεως, leguntur in *Tzetzis* ad *Lycophrona* Commentario in v. 434, ſed ex *Euripidis* Editionibus emendati. Locum integrum e metrica *Iani Gulielmii* converſione pervenuſta protulit *Stewechius* ad *Vegetium* de Re Mil. IV, c. XXI. *Weſſelingio* quoque citatum in *Diod. Sic.* T. I.

i, p. 309, 82. & *Barthio* ad *Statii* Theb. x, v. 921. *Euripidis* vestigia persequutus, quæ de Capaneo posuerat, in Alcimedonta Locrum transtulit pleraque *Quintus Smyrn.* xi, a v. 450. —— ad 471. Hunc, sicuti Capanea, per scalas murum adscendentem v. 456, διηνεκὴ φέρεν οἶμος, apud *Statium* Capaneus Theb. x, v. 834. *torvo metitur culmina visu, Innumerosque gradus, gemina latus arbore clusus, Aërium sibi portat iter.* In statuam Capanei legitur in Antholog. iv, c. viii, epigramma 20. Εἰ τοῖος Θήβης Καπανεὺς ἐπεμήνατο πύργοις, Ἄμβασιν ἠερίην κλίμακα μησάμενος, Εἷλεν ἂν ἄστυ βίῃ καὶ ὑπὲρ μόρον. versum secundum menda liberavi; quod vulgatur, Ἄμμασιν ἠερίην κ. *Funibus*, miror Celeberr. *D'Orvillium* non offendisse, cum his *Statii* verba comparantem in Critica Vanno p. 591, 592. conf. Anim. in *Chariton.* p. 668.

Vs. 1181. —— καὶ τοσόνδ' ἐκόμπασεν,] Non de nihilo litera videbatur ultima, quam e Codd. Leid. adieci; iuvat enim verbi gravitatem. In his proxime sequentibus imitatur *Euripides Aeschylum* in Theb. v. 433. & seqq. Noster in Supplic. v. 498. & 499, Ἃς (κλίμακας) προσβαλὼν πύλαισιν, ὤμοσεν πόλιν Πέρσειν, θεοῦ θέλοντος, ἤν τε μὴ θέλῃ. Neque his, nec *Sophocleis* in Antig. v. 129, & seqq. quidpiam inest, quod non verisimilitudine se commendet, quodque militem arrogantem dedeceat; verum *Statius tumidum* diligentius, quam debuerat, *Antimachum* exprimens imitando, modum omnem exsuperat Theb. x, v. 893, 898, & seqq.

Vs. 1183. —— κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν.] Converti non debuerat, *a summis arcibus urbem capere.* Recte *Scholiastes* in Cod. Leid. B, Κατ' ἄκρων, inquit, περγάμων, τὸ παρὰ πεζῷ λόγῳ κατάκρας. vel κατ' ἄκρας. *Thucydid.* iv, c. 112. Βρασίδας —— ἄνω καὶ ἐπὶ τὰ μετέωρα τῆς πόλεως ἐτράπετο, βουλόμενος κατ' ἄκρας καὶ βεβαίως ἑλεῖν αὐτήν. locutionis rationem *Sylburgius* explicuit ad *Etymologi* p. 494, v. 36. vim significandi *Casaubon.* ad *Theoph.* Char. c. viii, p. 83. conferens *Sallustii* formulam, *vi pugnandoque capere.* Sæpius aliis adhibitam *Homerus* iam usurpavit Il. o, v. 557. κατ' ἄκρης Ἴλιον αἰπεινὴν ἑλέειν. *Herodot.* vi, c. 20. αἱρέουσι κατ' ἄκρης. *Hesychius*: Κατ' ἄκρας ἑλεῖν, τὸ ἐξ ἐφόδου καὶ τὸ αἰφνίδιον.

Vs. 1184. Καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πετρούμενος Ἀνεῖρφ'] Ne hanc quidem formam loquendi recte reddiderunt, præter *Grotium* & *Gulielmium*, *Euripidi* frequentatam: in Bacch. v. 1080, Καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πρὸς οὐρανὸν, Καὶ γαῖαν ἐστήριξε φῶς σεμνοῦ πυρός. Elec. v. 788, Καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ χερὸς λαβὼν Παρῆγεν ἡμᾶς. vulgo scriberent Attici, καὶ ταῦθ' ἅμα λέγων, ἀνεῖρπε, *inter loquendum*, vel *simulac ista diceret.*

Vs. 1185. Ἀνεῖρφ', ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἱλίξας δέμας,] Apud *Statium* Theb. x, v. 843. *Dixit, & alterno captiva in moenia gressu Surgit ovans.* —— v. 855, *Ille nec ingestis, nec terga sequentibus usquam Detrahitur telis; vacuoque sub aëre pendens, Plana velut terra certus vestigia figat, Tendit,* (Ἀνεῖρπ') *& ingenti subit occurrente ruina.* Recte Schol. *obviam it moli ingruenti, & adscendit nihilominus*, scilicet ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἱλίξας δέμας· quæ feliciter expressit huc respiciens in Alcimedonte *Quintus* xi, v. 452. σφετέρου δὲ καρήατος, ἔμμεναι ἄλκαρ, Ἀσπίδα θεὶς καθύπερθεν, ἀνήϊε λυγρὰ κέλευθα. *scalarum* nempe: mox, Εἷρπεν ἄνω. *Virgilius* Aen. ii, v. 442.

442. *baerent parietibu' ſcalae: Nituntur gradibus; clypeosque ad tela ſiniſtris Protecti obiiciunt.* In his autem *Euripides*, ubi Capaneus dicitur ὑπ' αὐτὴν ἀσπίδ' εἱλίξας δέμας, *echinum* reſpicit, ſeſe ſpinis ſuis & aculeis involventem in formam pilæ: de echino eadem illa εἱλίξας δέμας æqualis *Euripidis Ion Chius* adhibuit ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ. Locum, partim tantum ab aliis uſurpatum, protulerunt *Athenaeus* III, p. 91. E. & *Zenobius* Cent. V, Prov. 68. hic quidem ſincere ſcriptum:

Ἀλλ' ἔντε χέρσῳ τὰς λέοντος ᾔνεσα,
Καὶ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας,
Ὃς, εὖτ' ἂν ἄλλων θηρίων ὀσμὴν μάθῃ,
Στρόβιλος, ἄμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας, / Κεῖται, θιγεῖν τε καὶ δακεῖν ἀμήχανος.

Quæ *Grotius* in Excerpt. p. 449. ab *Athenaeo* ſecedens, & *Zenobio*, mutavit hoc in loco, non ſunt in melius mutata: *Gatakerus Grotii* lectiones expreſſit ad *M. Antonin.* L. VII, §. 28. & in Præfat. Adverſ. Miſcellan. ubi tamen a Grotiana diſtat interpretatio. *Salmaſius* ad Aram *Doſiadae* primam p. 133, verſum ultimum *Ionis* ſic legendum ſtatuit: Στρόβιλος ἀμφάκανθον εἱλίξας δέμας· ne hoc quidem placet: *Echinus* vel *erinaceus* Στρόβιλος κεῖται, ἄκανθαν εἱλίξας ἀμφὶ δέμας. Sicuti vulgantur apud *Athen.* & *Zenob.* ultimi duo verſus, ut ſolet Philoſophus auctoris nomine ſuppreſſo, leguntur apud *Plutarch.* T. II, p. 971. F. Nihil vetat, *Ionis* verba hic reſtituere *Diogeniano*; Cent. VII, Prov. 83. vulgatur: Πῦρ' ὑπ' ἀκάνθαις * ἑλίξας δὲ μὲν κεῖται] Ἐπὶ τῶν πανουργοτέρων. *Andr. Schottus*, *ſequentia*, inquit, *aſteriſco notavi*, *vel quia alio pertinent*, *quod nondum divino*, *vel quia corrupta nimis: neque erant in Palatino exemplari.* Recte divinavit vir optimus: alio pertinent, & ſunt corrupta. δὲ μὲν in δέμας mutato redibunt *Ionis* verba: — εἱλίξας δέμας, Κεῖται. vocabulum ἄκανθαν his præfixum erroris manifeſtabit originem:

Πῦρ' ὑπ' ἀκάνθαις . . . .
. . . ἄκανθαν εἱλίξας δέμας, Κεῖται]

ἐπὶ τῶν πανουργοτέρων· vel πανουργοτάτων· hæ ſunt reliquiæ verſus integri, hic olim lecti, non ad iſta Πῦρ ὑπ' ἀκάνθαις, ſed ad verſum proverbialem: Πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα] Ὃς —— Στρόβιλος, ἄμφ' ἄκανθαν εἱλίξας δέμας, Κεῖται. ἐπὶ τῶν πανουργοτάτων. Collatus ad hæc *Zenobius* Cent. V, Prov. 68. hanc quidem emendationem extra dubium collocabit.

Vs. 1186. Κλίμακος ἀμείβων ξέστ' ἐνηλάτων βάθρα.] Non hunc *Euripidis* verſum reſpicit *Euſtathius* in Il. E, p. 455, 43. quod putabat *Barneſius*; ſed Supplic. v. 729, Εἰς ἄκρα βῆναι κλιμάκων ἐνήλατα. & Hippol. v. 1235, σύριγγές τ' ἄνω Τροχῶν ἐπήδων, ἀξόνων τ' ἐνήλατα. prouti *Piersonus* correxit Veriſimil p. 64, verſum exhibent Codd. Flor. & Pariſ. in quo voci ἐνήλατα ſuperſcriptum οἱ πασσαλίσκοι· hinc locus apud *Euſtathium* poterit emendari, ſuppleríque. Quod *Phrynichus* damnat p. 74, adhibuiſſe tamen videtur etiam *Sophocles*, cuius verſus, e dramate Satyrico ſervatus a *Polluce* X, 34. ablata voce ξύλα, ſic videtur reſtituendus: Ἐνήλατα τρία σκάφα διατορεῖν σε δεῖ.

Vs. 1187. Ἤδη δ' ὑπερβαίνοντα γεῖσα τειχέων Βάλλει κεραυνῷ Ζεύς νιν·] Non indigna quidem eſt memoratu, perverſa tamen Flor. Codicis lectio: Ἤδη δ' ὑπερβαίνοντα σῖγα τειχέων· nemo σῖγα genuinum arbitrabitur: vicina lectionem illam prorſus repudiant: præterea minime σῖγα Capaneus, ſed quam maxime κομπάζων muros adſcendebat: Καὶ ταῦθ' ἅμ' ἠγόρευε, καὶ πετρούμενος Ἀνεῖρπ'· —— apud *Statium*

Theb. x, v. 864. *Utque petita diu celsus fastigia supra Eminuit, trepidamque adsurgens desuper urbem Vidit, & ingenti Thebas exterruit umbra, Increpat attonitos: Humilesne Amphionis arces* &c. quibus respicit etiam *Euripidea*, Ἤδη δ' ὑπερβαίνοντα γεῖσσα τειχέων· quæ sibi certe *Quintus Smyrn.* in Alcimedonte sumserat imitanda L. XI, v. 458. cum per scalas murum adscendisset, Ἤδη ὑπερκύπτοντι, καὶ εἰσορόωντι πόληα Ὑστάτιον καὶ πρῶτον, ἀφ' ἕρκεος ὑψηλοῖο Αἰνείας ἐπόρουσεν.

Vs. 1190. Ἐσφενδονᾶτο χωρὶς ἀλλήλων μέλη·] Hic quidem *Euripidae* minus feliciter vestigia premit *Quintus* XI, 463. *Alcimedon e scalis* ὑψόθεν, ἠΰτ' ὀϊστὸς Ἔσσυτ' ἀπὸ νευρῆς· ὀλοὸς δέ οἱ ἕσπετο πότμος Ἀμφελελιξαμένῳ.

Vs. 1191. Κόμαι μὲν εἰς Ὄλυμπον] *Statius* Theb. x, v. 922. *Talia dicentem toto Iove fulmen adactum Corripuit; primae fugere in nubila cristae.* galeam, ni fallor, designans: de Alcimedonte *Quintus* XI, 463. αὐτοῦ Νόσφιν ἀπεπλάγχθη βριαρὸν δόρυ, καὶ σάκος εὐρὺ, Καὶ κρατερὴ τρυφάλεια.

Vs. 1193. Εἰς γῆν δ' ἔμπυρος πίπτει νεκρός.] In *Sophoclis* Antig. de eodem Capaneo v. 136. Ἀντίτυπος δ' ἐπὶ γᾶν Πέσε ταντᾰλωθεὶς Πυρφόρος. Secundum *Aesch.* Theb. v. 438, Capanei clypeus insigne gerebat γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον. In loco *Sophoclis*, quam Scholia, lectionem præferunt Codex Reg. Paris. & *Eustathius* (*Sopingio* laudatus in *Hesych.* v. Ἀντίτυπα,) ad *Hom.* Od. Λ, p. 458, 24. hanc scilicet: Ἀντίτυπα δ' ἐπὶ γᾷ πέσε ταντᾰλωθείς. *Scholion* in eodem Cod. Reg. adest: ἀντίτυπος διασεισθείς. comparari poterit σφενδονηθείς. *Eustathio* Ταντᾰλωθεὶς exponitur, τὸ τοῦ Ταντάλου παθών. τὸ δὲ ἦν, φασὶ, κατασεισθῆναι.

Vs. 1196. Οἵδ' αὖ παρ' ἡμῶν δεξιὸν Διὸς τέρας Ἰδόντες,] Dubitet quis, num legendum sit παρ' ἡμῖν· *Cum vero nostri viderent, dextrum nobis Iovis favere fulgorem*: notum illud *Ennii*: *Prospera Iuppiter bis dextris fulgoribus edit.* Viderat Adrastus Ζῆνα πολέμιον στρατῷ· quin iam ante duces Argivos Ζεὺς ἔτρεψε, παραίσια σήματα φαίνων, ut canit *Homer.* Il. Δ, v. 381. —— Οἵδ' αὖ nostro loco sunt *Hi contra*, opposite ad Adrastum & Argivos; vid. vss. 1471, 73, 75. Nostri, παρ' ἡμῖν δεξιὸν Διὸς τέρας Ἰδόντες *cum nobis belli fortunam favere viderent*; *Homer.* Il. Γ, v. 440. Νῦν μὲν γὰρ Μενέλαος ἐνίκησεν σὺν Ἀθήνῃ· Κεῖνον δ' αὖτις ἐγώ· πάρα γὰρ θεοὶ εἰσι καὶ ἡμῖν. *Euripid.* Or. v. 370, Οὔτ' ἐλπίδος γὰρ, οὔτε του δόξης ὁρῶ Θάρσος παρ' ἡμῖν.

Vs. 1202. Νεκροὶ δὲ νεκροῖς ἐξεσωρεύονθ' ἐμοῦ.] Ubi huius enarrat historiæ picturam *Philostratus*, Icon. p. 854, νεκροὶ, inquit, ἐπὶ νεκροῖς· καὶ ἵπποι ὡς ἔπεσον, καὶ τὰ ὅπλα, ὡς ἀπερρύη τῶν ἀνδρῶν. *Euripides* versu præcedenti: Τροχοί τ' ἐπήδων, ἄξονές τ' ἐπ' ἄξοσι. conf. *Eurip.* Supplic. v. 689 —— 693. Phoen. v. 888. *Aeschylus* Γλαύκῳ Ποτνιεῖ·

Ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα, καὶ νεκρῷ νεκρὸς,
Ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐμπεφυρμένοι.

sic emendandum quod in Scholiis nostris hactenus fuerat vulgatum, ἐκπεφευγμένοι· quodque velut sincerum receperat *Stanlejus*, interpretatus: *Equi in equos irruerunt.* prope veram lectionem accedens, Cod. Augustanus præbuit, ἐμπεφυγμένοι. *Virgil.* Aen. XI, 638. *Armaque, corporaque & permisti caede virorum Semianimes volvuntur equi.*

Vs. 1207. Γνώμην ἔχοιεν] Γνώμην ἔχουσιν in utroque legitur Leid. Cod. si

si plures exhiberent, videri posset genuinum. Huius quidem dicti legitur in Augustani Cod. Scholiis inter alias deteriores interpretatio probabilis.

Vs. 1209. Παῖδές τε γάρ μοι ζῶσι, κἀκπέφευγε γῆ.] Nihil erat causæ, cur a reliquis secederet Editionibus *Kingius* vulgando, καὶ πέφευγε γῆ. reliquas Edd. dum dico, Venetam & Basileenses excipio: quod hæ tamen exhibent, κἀπέφευγε γῆ, e nostra lectione depravatum, quam præferunt Flor. Cod. & Leid. B. Sicut Cantabrig. καὶ πέφευγε habet etiam Leid. A. ubi tamen ἐκ supra scriptum a correctore; additum præterea velut interpretamentum τὸν κίνδυνον.

Vs. 1214. Τί τἀπὶ τούτοις παῖδ' ἐμὼ δρασείετον;] In *Aristoph.* Plut. v. 57, τἀπὶ τούτοις δρῶ. hæc attulit *Lud. Kusterus*; *Richardus* autem *Dawes.* in *Aristoph.* Vespis v. 168, recte corrigit Miscell. Crit. p. 263, μέγα τι δρασείει κακόν· p. 264. loca diligenter adnotans, in quibus δρασείειν reperitur: quatuor huius classis, *desiderativa* vel *meditativa* Grammaticis dicta, *Steph. Bergler.* ad *Alciph.* p. 56. excitavit. In *Clem Alex.* Protrept. p. 13, 35, οἶδ' ὅτι κινήσει γέλωτα, κἂν μὴ γελᾶσαι ἔπεισιν ὑμῖν· ex *Eusebio* scribendum, καὶ μὴ γελασείουσιν ὑμῖν· imitatur *Platonis* e Phædone verba p. 64. B, Ex Oeconomicis *Callicratidae* Laconis hæc leguntur in *Stobaei* Florileg. T. LXXXIII, p. 486, 45. Γαμίσκοντα δὲ δεῖ γαμεῖν ποτὶ τὰν αὐτῶ τύχαν· corrige Γαμησείοντα, *uxorem ducere desiderantem.* sic illi pronuntiabant pro γαμησείειν. *Alia* dari *sexcenta* scribit *Berglerus*; ego hujus generis in είω desiderativa ne viginti quidem apud veteres arbitror inveniri.

Vs. 1215. ——— δεῦρ' ἀεὶ γὰρ εὐτυχεῖς.] Hunc quoque versum *Kusterus* ad illustrandam Atticam formulam δεῦρ' ἀεί, ἕως τοῦ δεῦρο significantem, adhibuit in *Aristoph.* Lysistr. v. 1137. & ad *Hesych.* in v. Ἀεὶ, ubi plura dedit Clariss. *Alberti*, nostrum e Phœnissis locum *Phavorino* citatum adnotans. Præ ceteris formulam frequentavit *Euripides*; legitur enim præterquam in locis, ab aliis iam designatis, in Or. v. 1701. Supplic. v. 786. Helenæ v. 767, qui versus nostro simillimus est: Εἶεν· τὰ μὲν δὴ δεῦρ' ἀεὶ καλῶς ἔχει. Attigit hæc pleraque *Gul. Canterus* in *Aeschyli* Diras v. 599. ubi Schol. Atticum usum adfirmat eodem incerti Tragici senario, qui viros Eruditos eo habuit in *Harpocratione* exercitatos, quod legi verba viderentur tanquam *Thucydidea*: Οὗτος (sic recte *Stanlej.* corrigit) μὲν οὖν μοι δεῦρ' ἀεὶ τείνει λόγους. Ad hæc *Hesychium* in Ἀεὶ comparanti versus videri poterit *Phrynichi.*

Vs. 1217. Μεῖζόν τι χρῄζεις, παῖδας ἢ σεσωσμένους;] *Gul. Canteri*, ordine perverso posita ἢ παῖδας dubitanter restituentis, correctionem *Grotius* ceterique receperunt: idem præbent Codd. Flor. & Leidd.

Vs. 1221. Οὐκ ἄν γε λέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσι σοῖς κακά.] *Kingium* sequutus sum, e Codd. ita vulgantem. οὐκ etiam est in Leid. B. In Κοὐκ ἄν γε, superflua litera fluxerat ex initio versus præcedentis.

Vs. 1222. Ἢν μή γε φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα] Monuerat forte *Kingius* in notis, pro εἰ, ἢν in Bodlej. Codd. inveniri: hoc sine dubitatione recepi, repertum & in Leidd. Sententiam expressit eamdem *Herodot.* IV, c. 132. Ἢν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε ἐς τὸν οὐρανόν, ——— οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω. *Euripid.* Or. v. 1595.

ἤυγε μὴ φύγῃς πτεροῖς. Iphig. Taur. v. 843, Δέδοικα δ' ἐκ χειρῶν με μὴ πρὸς αἰθέρα Ἀμπτάμενος φύγῃ. conferri poterunt Med. v. 1297. & *Sophoclis* verſus apud *Stob.* Flor. p. 599, 37. —— Armiger autem Eteoclis locaſtæ deſiderio morem gerere primum recuſabat, quoniam Εὔφημον ἦμαρ οὐ πρέπει κακαγγέλῳ Γλώσσῃ μιαίνειν, ut ait *Aeſchyl.* Agam. v. 645, quem locum in proxime ſeqq. imitatur *Euripides.*

Vs. 1223. —— τί μ' οὐκ εἴασας ἐξ εὐαγγέλου φήμης ἀπελθεῖν, ἀλλὰ μηνῦσαι κακά;] In poſtremis Scholiaſtes verbum ſupplet ἀναγκάζεις, e vicinis lectori facile ſubaudiendum: ſed quidni, quod præceſſerat, ἐᾷς repeteremus? ἀλλ' ἐᾷς μηνύσαι κακά. Par atque eadem eſt in Oreſtis v. 897. ratio: Οὗτος κτανεῖν μὲν οὔτε σ', οὔτε σύγγονον Εἴα, φυγῇ δὲ ζημιοῦντας εὐσεβεῖν. ubi *Scholiaſtae* nos non indigere ſupplemento monuit Clar. *Abreſch.* in *Aeſchyli* Prom. V. v. 21. ſed hinc diſtant, quæ videntur eiusdem generis, a Clariſſ. *D'Orvillio* copioſius, quam ab aliis, illuſtrata Animadverſ. in *Chariton.* p. 395. & ſeqq.

Vs. 1225. Τὼ παῖδε τὼ σὼ μέλλετον τολμήματα Αἴσχιστα,] Virum Eruditiſſimum hoc in loco nuper erraſſe memini. Μέλλετον ſimpliciter poſitum nunquam ſignificabit *agitant*; ſemper diverſa ſunt, licet a librariis ſæpenumero confuſa, μέλειν & μέλλειν. Noſtro loco poſt μέλλετον e vicino τολμᾶν ſupplendum; niſi quis iungenda cenſuerit μέλλετον —— μονομαχεῖν. Multo frequentius ad μέλλειν verbum repetendum e præcedentibus omitti ſolet.

Vs. 1229. Ἐτεοκλέης δ' ὑπῆρξ' ἀπ' ὀρθίου σταθεὶς Πύργου,] Parum quidem intererat, utrum προὐπῆρξ', optimis etiam ſcriptoribus uſurpatum, an ὑπῆρξ' legeretur; hoc tamen in locum prioris reſtituere non dubitavi: cur enim *Aldi* Codicem reliquis omnibus anteponeremus? *Kingium* miror, qui non receperit, quod ſcribit in omnibus Codicibus reperiri; cum Anglicis concinunt Florentinus & Batavi, præbentes, Ἐτεοκλέης δ' ὑπῆρξ'. Hoc *Euripideum* eſt, atque infra poterit in Vs 1575. adfirmari. Noſtro loco præterea Codex uterque Leidenſis præferebat: ἐπ' ὀρθίου σταθεὶς Πύργου· alter autem hoc Scholion: ἤρξατο τοῦ λόγου, ἐφ' ὑψηλοῦ στάς. Loco vulgatæ lectionis, ἐπ' ὀρθίου tamen recipiendum non putavi: hanc ſequutus videtur *Statius* Theb. VII, 374. ubi *Rector ab aggere coepit.* Apud *Heſychium* in Ἀπ' ὀρθίου, ἐπὶ ὑψηλοῦ· *Kuſterus* recte videtur correxiſſe ἀπὸ ὑψηλοῦ.

Vs. 1231. Ἔλεξε δ', ὦ γῆς Ἑλλάδος στρατηλάται,] Quod legitur ad hunc verſum in Scholiis: οὗτος ὁ στίχος ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις οὐ φέρεται· pertinuiſſe forſan videretur ad præcedentem: Πύργου, κελεύσας σῖγα κηρύξαι στρατῷ. quoniam hæc omitti potuerunt in exemplaribus vetuſtis abſque detrimento ſenſus; illa minus: videantur in Vs. 1080. notata. Verumtamen verſum noſtrum 1231. deſignari, manifeſtum arbitror ex Auguſtani Codicis Scholio: ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ ἐπὶ τὸ μιμητικὸν μετέβη· λείπει οὖν, τῷ λαῷ ταῦτα λέγων. mihi quidem uterque genuinus videtur. Cum verſu 1231. & vicinis comparari poteſt ſcena non diſſimilis in Heraclidis *Euripidis* vſſ. 801. & ſeqq. Noſtrum locum reſpexiſſe ſuſpicor *Statium* Theb. VII, v. 373. *Et tuus armatis it ecce ſilentia frater: Vix ea turre ſenex; cum Rector ab aggere coepit: Magnanimi reges &c.* ſed apud *Statium* deinceps Polynices primus Eteoclem in proelia poſcit.

Vs.

Vs. 1232. *Δαναῶν ἀριστεῖς,*] Scribendum cenſeo, *Δαναῶν τ' ἀριστεῖς·* e Cant. Cod. & a Leid. quod enim hic Codex exhibet, *Δαναῶν παριστεῖς*, illinc fluxit. Vulgata per iſtos fuit Codices propagata, quibus deerat verſus præcedens. Dici quidem *στρατηλάται* poterant *Δαναῶν ἀριστεῖς*, ſed, ubi mox Κάδμου λαὸς memoratur, cui præerat Eteocles, Argivum exercitum iſthac ornans adpellatione a Ducibus diſtinguere voluit *Euripides.*

Vs. 1235, 36. Ἐγὼ *γὰρ αὐτὸς, τόνδε κίνδυνον μεθεὶς,* Μόνος *συνάψω συγγόνῳ τῷ 'μῷ μάχην.*] Corrige, ſodes: Μόνῳ *συνάψω συγγόνῳ τῷ 'μῷ μάχην·* præceſſerat Ἐγὼ *γὰρ αὐτὸς*, id eſt, *μόνος*, Μόνῳ *συνάψω* —— *μάχην·* in Heraclidarum loco deſignato ſcribendum v. 808, *ἐμοὶ μόνος μόνῳ* Μάχην *συνάψας·* vulgatur Μάχῃ *συνάψας. Eurip.* Alceſt. v. 1140, Μάχην *συνάψας δαιμόνων τῷ κοιράνῳ.* Mſ. Flor. legit *δαιμόνων τῷ κυρίῳ.* Iuvenis Eruditus noſtrum verſum hoc modo correxerat: Μόνος *συνάψω συγγόνῳ μόνῳ μάχην·* veriſimilius mihi quidem videbatur alterum: *αὐτὸς* etiam apud *Euripiden* ſignificat interdum *ſolum*: Phoen. v. 485, *ἔχει* Τυραννίδ' *αὐτὸς, καὶ δόμων ἐμὸν μέρος.* v. 1749, Νῦν *ἄτιμος, αὐτὸς, οἰκτρὸς, ἐξελαύνομαι χθονός.* apud alios hoc uſu frequentiſſimum eſſe præter ceteros docuit Celeberr. *Hemſterhuſius* in *Luciani* T. I, p. 230, & 231. —— In verſu 1235, *κίνδυνον μεθεὶς* non eo certe ſenſu capiendum, quo ceperunt Interpretes: *Grotius* expreſſit feliciſſime, *In me periclum recidat. Virgilii* Turnus in Aen. XII, v. 694. *Quaecunque eſt fortuna mea eſt: me verius unum Pro vobis foedus luere, & decernere ferro.* Suſpicabuntur nonnulli vel *τόνδε* commutandum in *τῶνδε*, vel corrigendum potius: Ἐγὼ *γὰρ αὐτὸς, τόνδε κινδύνῳ μεθεὶς,* Μόνῳ *συνάψω συγγόνῳ τῷ 'μῷ μάχην. Ego namque ſolus, huncce, (me* nimirum,) *periculo remittens,* vel *obiiciens, cum fratre ſolo manus conſeram*: hac ſtructura *μεθιέναι* adhibetur in *Euripidis* Alceſt. v. 849, 1111. Cycl. v. 209 Bacch. v. 350. *Aeſchyl.* Theb. v. 1056. *πρίν γε χώραν τήνδε κινδύνῳ βαλεῖν.* Sed nihil hic novandum iudicabit, qui meminerit in *Euripidis* Rheſo recte ſcriptum v. 154, Ἐγὼ *πρὸ γαίας τόνδε κίνδυνον θέλω* Ῥίψας *κατόπτης ναῦς ἐπ'* Ἀργείων *μολεῖν.* ubi ſcripſiſſe potuerat in eumdem ſenſum *τόνδε κίνδυνον μεθεὶς,* Θέλω *κατόπτης* &c: ſunt enim adfinis ſæpe ſignificationis verba, velut in Hippol. v. 356, Ῥίψω, *μεθήσω σῶμα·* Hel. v. 1412, *μεθεῖναι σῶμ' ἐς οἶδμα πόντιον.* Iam vero *ῥιψοκίνδυνος* Rheſus dicitur *τόνδε κίνδυνον ῥίψας*, Eteocles autem *τόνδε κίνδυνον μεθείς. Periculum* vel *aleam periculi ſubire* venuſta tranſlatione dicitur *κίνδυνον*, & *κινδύνου κύβον ῥίψαι*, vel *ἀναῤῥίψαι.* vid. *Io. Brodaeus* in *Eurip.* Heraclid. v. 150. *Iſ. Caſaubon.* in *Sueton.* Caeſ. c. XXXII. *Dukero* citatus in *Thucyd.* IV, c. 85. & *D'Orvillius* in *Charit.* p. 88. Quo ſpectaret *Euripides* in Rheſi verbis hoc minus obſcurum, quod paulo diceret inferius v. 183. Ψυχὴν *προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος.* In eiuſdem dramatis v. 446. Summus *Hemſterhuſius* ad *Schol.* in *Ariſt.* Plut. p 205. reſtituit: *ἡμέραν δ' ἐξ ἡμέρας* Ῥίπτεις *κυβεύων τὸν πρὸς* Ἀργείους Ἄρην. *Aeſchylum* imitabatur *Euripides* in Theb. v. 420, *ἔργον δ' ἐν κύβοις* Ἄρης *κρινεῖ.*

Vs. 1238. —— *τῶνδε πατρῴαν πόλιν.*] *πάλιν* legitur in Flor. Cod. hic tamen præfero *πόλιν.* ſæpius iſta duo permutantur etiam in Euripideis Codd.

Vs. 1240. Ἀργείαν *χθόνα* Νείσεσθε] *Homerum* reſpicit in Il. Γ, v.

74.

74. —— τοὶ δὲ νεέσθων Ἄργος ἐς ἱππόβοτον. atque ex eadem carminis Homerei particula qua Menelaum Paris in singulare poscit certamen, huc alia quoque transtulit *Euripides*. Ex tribus quatuorve diversis verbi lectionibus Νίσεσθε, Νίσσεσθε, Νείσσεσθε, *Grotianam* elegi Νείσεσθε, quam dabat Leid. A, *Apollonio Rhodio* frequentatam, cuius in exemplaribus νίσσεσθαι, ut in Homericis, sæpius etiam invenitur.

Vs. 1241. [*Σπαρτῶν τε λαὸς ἅλις, ὅσος κεῖται θανών.*] Hunc versum, si quidem abesset, nemo requireret: *Barnesio* τε debetur pro δέ. Legitur in Leid. B, *Σπαρτῶν τε λαῶν ἅλις.* in Flor. *ὃς κεῖται νεκρός.* neutrum placet; nec *κεῖται θανών*, neque *κεῖται νεκρός.* Si Græce dici potest *λαὸς ἅλις, ὅσος κεῖται θανών*, non tamen ita loqueretur *Euripides.* Versum ego spuriorum in classem refero, velut minus Euripideum, atque inprimis indignum Eteoclis, hactenus victoris, persona. Senarii forte conditor hymnum legerat in Castores *Theocriti* (XXII) ubi v. 177, —— *ἅλις νέκυς ἐξ ἑνὸς οἴκου Εἷς· ἀτὰρ ἄλλοι πάντες ἐϋφρανέωσιν ἑταίρους.* Legitur & in Rhesi v. 870, *Μὴ θνῆσχ'· ἅλις γὰρ τῶν τεθνηκότων ὄχλος.*

Vs. 1242. *Τοσαῦτ' ἔλεξε· σὸς δὲ*] Sic per Edd. vulgata, *Τοσαῦτ' ἔλεξ'· ὁ σὸς δὲ Π.* restituit, e MSS. *Kingius.* præter Cantabrig. Cod. ita præferunt uterque Leid. erat in Flor. *Τοσαῦτ' ἔλεξε, σὲ δὲ Π.*

Vs. 1243. *Ἐκ τάξεων ὤρουσε,*] Ad *Kingium* usque dederant *ὄρουσε.* sic quidem scriptum ab *Euripide* verosimillimum est, signo tamen adposito, quod literam producendam monstraret; sed, ω Athenis recepto, hic quoque scripserunt *ὤρουσε*, prouti legitur in Codd. Leid.

Vs. 1244. *Πάντες δ' ἐπεῤῥόθησαν Ἀργεῖοι,*] Quod additur, *τάδε*, cum sequentibus *ὡς δίκαι' ἡγούμενοι*, iungendum vidit *Barnesius*; priores latuerat, *Grotium* quoque. *Eustathius* ad Homericum, *πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί*, recte contulit, atque *Euripiden* illinc sumsisse scribit τὸ, *Λαοὶ δ' ἐπεῤῥόθησαν.* quod legitur in Hecuba v. 551. & in Codicibus duobus Leidens. *Orestis* v. 902, *Λαοὶ δ' ἐπεῤῥόθησαν, οἱ μὲν ὡς καλῶς, Οἱ δ' οὐκ ἐπῄνουν.* ubi tamen melior est lectio vulgata: Respicit hæc *Hesychius*, *Ἐπεῤῥόθησαν* explicans *ἐπήχησαν, ἐπεβόησαν.* *Orpheus* Argonaut. v. 792, *Λαὸς ἐπεῤῥόθεεν·* venuste verbum adhibuit *Sophocles* ap. *Athen.* VII, p. 277. B. ut undarum strepitum, in quo sita proprietas, audire videaris: *Χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπεῤῥόθει Σαίνουσιν οὐραίοισι τὴν κεκτημένην.*

Vs. 1246, 47. *Ἐπὶ τοῖςδε δ' ἐσπείσαντο, κἀν μεταιχμίοις Ὅρκους συνῆψαν ἐμμένειν στρατηλάται.*] Recepi quæ Codices subministrabant Leidenses; primum *τοῖςδε δ'*, in locum vulgatæ *τοῖσι δ'*, ex eorum altero B repositum: *τοῖςδ'* erat in A. Deinde *στρατηλάται*, quod in utroque legebatur, præ vulgatis placuit: plerique dederunt *στρατηλάτας·* *στρατηλάταις* est in Edit. *Grotii.* triplex ista fuit & in vetustis exemplaribus lectio, quod e Scholiis adparet. *Kingius* etiam in notis corrigit *στρατηλάται*, recteque convertit Euripidea, ex *Homericis* translata Il. Γ, v. 269, & seqq. conf. vs. 295, 315.

Vs. 1249. *Δισσοὶ γέροντες Οἰδίπου νεανίαι.*] Pro *Δισσοὶ*, legitur in Flor. Cod. *Οἱ τοῦ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι.* Infra reperitur illud v. 1369, *Ἐπεὶ δὲ χαλκίοις σῶμ' ἐκοσμήσανθ' ὅπλοις Οἱ τοῦ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι.* De his deinceps videbimus. Nostro loco *Δισσοὶ* ni-

nihil eſſet cauſæ cur mutaremus. Menelaum & Agamemnona Δισσοὺς Ἀτρείδας dixit *Sophocles* Aj. v. 57, 960. in Phil. v. 264. οἱ Δισσοὶ στρατηγοὶ vocantur; & in Antig. v. 982, Plexippus & Pandion Δισσοὶ Φινεῖδαι. Ingenioſe *Io. Pierſonus* emendat Oed. in Col. v. 437, Κἀκ ταῖνδε δισσαῖν παρθένοιν ubi vulgatur δ' οὔσαιν.

Vs. 1252. Ἔσταν δὲ λαμπρὼ, χρῶμά τ' οὐκ ἠλλαξάτην,] Perperam in Edd. primis ſcriptum erat χρῶματ' οὐκ ἤλλ. Meminerat & hic *Homeri* Tragicus: Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ. Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτέ τι λίην Ταρβεῖ, ex Il. Ν, 279, 284. Paris & Menelaus in Il. Γ, 342. pinguntur Δεινὸν δερκόμενοι. duo fratres Euripidei v. ſeq. Μαργῶντ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἱέναι δόρυ. *M. A. Muretus* V. L. v, c. XVII. cum hoc verſu contulit *Horatianum: furit te reperire atrox Tydides*; Euripidea quoque more ſuo ſic venuſte convertit: *Steterunt coruſci, vultu eodem quo prius, Haſtam furentes mittere alter in alterum.* Quam *Euripides* in Hec. v. 1135, μαργῶσαν χέρα, *Sophocles* in Aj. v. 50, dixit χεῖρα μαιμῶσαν φόνου. ibi *Schol.* γράφεται, inquit, καὶ διψῶσαν: imo vero ſic ſcribitur; ſed in alterius Tragici loco, quem habet *Athen.* x, p. 433. F. *Sophoclis* & *Archilochi* verbis hæc adiiciens: καὶ τῶν τραγικῶν δέ τις ἔφη, Ἴσχειν κελεύω χεῖρα διψῶσαν φόνου. ex *Athenaeo* tranſſcripſit *Euſtathius* in Od. Λ, p. 458, 37. ἴσχειν illic in ἰσχύειν degeneravit: *Sophoclis* ex Ajace verſum poſuit ad Il. Ν, p. 887, 44. Huius verbum & Euripideum velut adfinia coniungit *Philo Jud.* de Agricult. p. 192. D. μαργῶσαν ἔτι καὶ μαιμῶσαν τὴν ἀεὶ κενὴν ἐπιθυμίαν. quorum primum ſollicitari non debuerat.

Vs. 1254. Παρεξιόντες δ' ἄλλος ἄλλοθεν Φίλων,] Ante vulgatam ἄλλοι, *Barneſium* in ἄλλος recte commutaſſe, ſolus etiam hiatus aures docet minus exercitatas; firmatur autem ἄλλος, cum a Codd. ſcriptis, tum ab uſu Poëtarum, ἄλλος ἄλλοθεν plurativis iungentium: ſic ſemper *Homerus* & huius imitatores: e Codd. MSſ. ἄλλος aliquoties apud *Oppianum* revocari poterit; in *Arati* quoque Progn. v. 376. ponendum: conf. Phoen. v. 146. Non aliter *Euripides*, Or. v. 1498, Βοηδρομοῦμεν ἄλλος ἄλλοθεν στέγης. Iphig. Taur. v. 319, ἄλλος ἄλλοθεν προσκείμενοι.

Vs. 1255. Λόγοισι θαρσύνοντες, ἐξηύδων τάδε·] Multum argutatus *Barneſius* tandem coniecturam periclitatur; *ſic*, ait, *lego:* Λόγοισι θάρσυνόν τε πρός τ' ηὔδων τάδε. *Homerus* iſta ſcribere potuerat, non Tragicus Atticus: error *Barneſio* condonandus eſt, quem errarunt etiam homines primarii. Quem nihil hic remoratur, Lector forſan mirabitur, quid illuc impulerit *Barneſium*: Codicem ille Cant. venerabatur tanquam inviolatæ bonitatis; in iſto Cod. forte fortuna legebatur: Λόγοισι θαρσύνοντε προσηύδων τάδε. Reperitur in Leid. A, θαρσύνοντες προσηύδων τάδε. Sed alter Leid. & Flor. editis recte concinunt: genuinum utique vulgatum ἐξηύδων τάδε. Non parum differunt, *aliquem alloqui*, & *quid eloqui*: *Sophocles* Phil. v. 1238, Σοφὸς πεφυκὼς, οὐδὲν ἐξαυδᾷς σοφόν. *Euripides* Hippol. v. 590, Τὴν δεσπότου προδοῦσαν ἐξαυδᾷ λέχος. In locis noſtro ſimillimis *Homerus* etiam adhibet θαρσύνειν ἔπεσι, vel μύθῳ, & *Apollonius Rhod.* qui II, 64, μάλα πολλὰ παρηγορέοντες ἐς ἀλκήν. *Homer.* Il. Β, 75. Ὑμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν ἐπέεσσιν.

Vs. 1256. Πολύνεικες, ἐν σοὶ] Supplendum utique κεῖται vel ἐστιν· *in te* vel

vel *in tua situm est potestate ; a te pendet.* Græce doctis notissimæ formulæ vim iuvenes hæc pauca docebunt, e duobus Tragicis petita: *Euripid.* Iphig. in Aul. v. 1378. Εἰς ἔμ' Ἑλλὰς ἡ μεγίστη πᾶσα νῦν ἀποβλέπει, Κἀν ἐμοὶ πορθμός τε νηῶν καὶ Φρυγῶν κατασκαφαί. Iphig. in Taur. v. 1057, ὡς ὑμᾶς βλέπω, Καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν, ἢ καλῶς ἔχειν, Ἢ μηδὲν εἶναι. *Sophocles* Philoct. v. 960. Τί δρῶμεν; ἐν σοὶ καὶ τὸ πλεῖν ἡμᾶς ἄναξ Ἤδη 'στι; καὶ τοῖς τοῦδε προσχωρεῖν λόγοις. Oed. Tyr. v. 322, Ἐν σοὶ γὰρ ἐσμεν. (ut *Eurip.* Alc. v. 278.) Oed. in Col. v. 239. ἐν ὑμῖν γὰρ ὡς θεῷ Κείμεθα τλάμονες. v. 384. Ἐν σοὶ τὰ κείνων φασὶ γίγνεσθαι κράτη. Nonnihil hinc distat in *Eurip.* Med. v. 228. Ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα. quod prorsus pervertit *Barnesius* : respondet Terentianum Adelph. III, 2, v. 32. *in quo nostrae spes opesque omnes sitae* : dixisse potuerat in eumdem sensum usitatissima formula, ὃς γὰρ ἦν μοι πάντα.

Vs. 1258. Ἐτεοκλέα δ' αὖ,] Quem evitaverat v. 73, *King.* hic sequitur errorem *Barnesii* Ἐτεοκλεᾶ scribentis, & Ὀρφεᾶ Hippol. v. 953. *ob metrum* scilicet! alibi reliquit intacta, quæ noverat ultimis productis apud *Euripiden* reperiri : Βασιλέα, Ἀχιλλέα, Θησέα, Πηλέα. versum ex Androm. 545, citat in eam rem *Etymolog.* p. 390, 7. In *Aeschyli* quoque Theb. v. 1015. ad ultimam in Ἐτεοκλέα productam *Georg. Arnaldum* offendisse memini —— Ad hæc autem Ἐτεοκλέα δ' αὖ, forsan adscripserat Grammaticus verbum προσηύδων, quod, sede non sua, versu 1255. duo saltem Codd. exhibebant.

Vs. 1259. Νῦν, καλλίνικος γενόμενος, σκήπτρων κρατεῖς.] Supra scripta recordor in Vs. 594, hic tamen e MS. Cantabrig. recte positum a *Barnesio* σκήπτρων pro σκῆπτρον. atque ita duo quoque Codd. exhibent Leidenses. Est vero Tragicus noster εὐεπίφορος εἰς τὸ Καλλίνικος, quod in eius dramatis pæne vicies recurrit.

Vs. 1261 —— 64. Μάντεις δὲ μῆλ' ἔσφαζον, ἐμπύρους τ' ἀκμὰς Ῥήξεις τ' ἐνώμων, ὑγρότητ' ἐναντίαν, Ἄκραν τε λαμπάδ',] Poni potuerat e Codd. scriptis, Anglicis certe, *Kingio* probata lectio, nec *Scholiastis* incognita: ὑγρότητ' ἐναντίων· sed in difficilibus hisce nugis nihil fuit novatum, nisi quod versu 1261 sedem vocularum τε & δὲ transmutarim, prouti legebantur in Codd. Leid. *Scholiastae* Ῥήξεις interpretantur τὰς τῆς χολῆς, vel τῆς κύστεως ῥήξεις. In sacro quidem Tiresiae apud *Soph.* Antig. v. 1021, μετάρσιοι Χολαὶ διεσπείροντο. *Triclinius* in istum locum, ὅτι μετὰ τῶν μηρῶν, inquit, καὶ τὴν χολὴν τοῦ ζώου καὶ τὴν κύστιν παρετίθουν, ἀκριβῶς ἐν Αἰσχύλῳ εἴπομεν εἰς τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις· hoc in dramate, quantum commemini, nuspiam istiusmodi fuit adnotationi locus; in Prometheo Vincto memorat *Aeschylus* v. 494, Χολῆς λοβοῦ τε ποικίλην εὐμορφίαν. Quod *Kingius* in hunc Phœnissarum locum evulgavit ex Barocc. Codice, Scholion fortassis est *Triclinii*, quem in *Sophocle* versantem memoria fefellerit. in tres ille Tragicos Scholia quædam scripsisse videtur. —— Ad istam suam interpretationem Grammatici tum accommodant ὑγρότητ' ἐναντίαν, vel ἐναντίων· Hos sequutus, *Kingius* in notis Euripidem convertit: *rupturasque vesicae observabant ; illud scilicet liquidum ex quo de hostibus augurium fecerunt.* Putabat nimirum *King.* totam hanc sententiam *auguria* Græcorum spectare: dixisse debuerat *aruspicinam*, vel potius, *ignispicinam.* In *ignispiciis* flammam potissimum spectabant, quomodo se per auras explicaret ;

nul-

nulla fit in iis *ruptae vesicae*, quod nobis hic narrant Græculi, mentio. *Eurip.* Supplic. v. 155. Μάντεις δ' ἐπῆλθες, ἐμπύρων τ' εἶδες φλόγα. Duo sunt in hanc rem loca inprimis luculenta: apud *Senecam* Oed. v. 309, Tiresias: *Utrumne clarus ignis, & nitidus stetit, Rectusque purum verticem coelo tulit, Et summam in auras fusus explicuit comam? An latera circa serpit incertus viae, Et fluctuante turbidus fumo labat?* respondet ad singula Manto: hæc eadem apud *Statium* Theb. x, v. 593. *Sanguineos flammarum apices, geminumque per aras Ignem, & clara tamen mediae fastigia lucis Orta docet; tunc in speciem serpentis inanem Ancipiti gyro volvi, frangique rubore Demonstrat dubio.* Postrema videri possent ad *Euripidae* ῥήξεις illuminandas accommodata; nec minus, quod sequitur apud *Senecam*; *pugnax ignis in partes duas Discedit, & se scindit unius sacri Discors favilla*; portendens scilicet, quod postmodum evenit, multis memoratum, & *Statio* Theb. xii, 430. & seqq. ut ῥήξεις fuerint αἱ τοῦ πυρὸς καμπαὶ καὶ εἰλήσεις in Scholiis ad *Apollon. Rhod.* I, v. 438. memoratae, *sinuosa volumina flammae*, sed ab his mentem abstrahunt adiecta. Hic itaque locus etiam exspectabit interpretem, qui nobis ὑγρότητ' ἐναντίαν melius exponat, quam fecere priores. —— Ἄκραν λαμπάδα recte interpretantur τὸ ἄκρον τοῦ πυρὸς, ὃ καλεῖται κέρκος: *caudam* ignispices adpellasse videntur proprio velut vocabulo: *flammarum apices* dixit *Statius* Theb. x, 593. & Achill. I, v. 521. His potissimum vel victoria portendebatur, vel clades: ὃ δυοῖν ὅρους ἔχει, Νίκης τε σῆμα καὶ τὸ τῶν ἡσσωμένων· ubi Ms. Leid. A habet τὰ τῶν ἡσσωμένων· sed ο superscriptum. —— Per ἐμπύρους ἀκμὰς *ignis* vel *flammae vigorem*, ut puto, designat *Euripides*: male erat ominatum in *Soph.* Antigon. v. 1015, quum ἐκ θυμάτων Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν· apud *Valer. Flacc.* viii, v. 247. *non se pingues tum candida flamma per auras Explicuit.* Contra laetus Idmon *Apollon. Rhod.* I, v. 437. spectat σέλας Πάντοσε λαμπόμενον θυέων ἄπο. *Valer. Flaccus* I, v. 205. *Protulit ut crinem densis luctatus in extis Ignis, & adscendit salientia viscera tauri.* *Crinis* adpellationem e libris Aruspicum erutam non absurde suspicabatur *Iul. Caes. Scaliger*: sed *Vossio* memoratus ad h. l summus *Gronovius* Diatribes in *Statii* Sylvas cap. LIII, p. 349. ignium flammas sæpe *crines* dici docuit, supra prolata *Senecae* verba quædam excitans, & *Aeschylea*, Πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος, quæ leguntur in Prom. V. v. 1043. Idem in Agamemn. v. 314. dixit Φλογὸς μέγαν πώγωνα. Schol. Πώγωνα λέγει τὴν εἰς ὀξὺ λήγουσαν ἀκμὴν τοῦ πυρός. conf. *Hesychius*. *Euripidis* ἐμπύρους ἀκμὰς explicant in Scholiis τὰς ὀξύτητας τοῦ πυρὸς, τὰς ἀναδόσεις· additur in August. Cod. ἢ τὰς ὀξύτητας τὰς ἐμπύρους, ἤτοι τοὺς ὀβελίσκους τοὺς πεπυρακτωμένους· ut hic a figura *vigorem flammae*, desinentis in acutum, ὀβελίσκους vocat, sic *Aeschylus* πώγωνα. *Aeschylum* imitatus est *Euripides* in Phrixo, quod, absque *Photio* esset, ignoraremus; hæc est in *Photii* Lexico nondum edito nota: Πώγωνα πυρὸς, τὴν ἀναφορὰν τοῦ πυρὸς, Εὐριπίδης Φρίξῳ. huc respicit *Pollux* II, 88. ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, Πώγων πυρὸς, ἡ εἰς ὀξὺ ἀναδρομὴ τοῦ πυρός. non aliter judicasset *Bern. Martinus* V. L. iv, c. ix. si viro Elegantissimo *Photii* fuisset ad manum adnotatio.

Vs. 1265. Ἀλλ', εἴ τιν' ἀλκὴν, ἢ σοφοὺς ἔχεις λόγους Ἢ φίλτρ' ἐπῳδῶν,] Hæc respicere *Plutarchus* videtur T. II, p. 1059. A. ἐμὲ πολλῆς —— μεστὸν ἥκοντα ταραχῆς, εἴτε τισὶ λόγοις, εἴτε ἐπῳδαῖς, εἴτε ἄλλον ἐπίστασαι τρόπον

που παρηγορίας, οὐκ ἂν Φθάνοις ἰατρεύων. —— Proxime certe sequentia, στεῖχ', ἐρήτυσον τέκνα Δεινῆς ἁμίλλης· *Seneca* Phoeniss. v. 401, 402. ubi similiter Nuncius ad Iocasten: *I, redde amorem fratribus, pacem omnibus; Et impia arma mater opposita impedi.* Vix crediderim vocem ἀλκὴν hoc in loco profectam ab *Euripide*.

Vs. 1268, 96. [Καὶ τἆθλα δεινά, δάκρυά σοι γενήσεται, Δισσοῖν στερήσῃ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ τέκνοιν.] Hi duo quoque versus mallem abessent. Alter hariolum potius decet, quam armigerum Eteoclis. Sed quam belle congruunt hæc, στεῖχ', ἐρήτυσον τέκνα Δεινῆς ἁμίλλης· ad ista, Δισσοῖν στερήσῃ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ τέκνοιν? Phoenissarum chorus v. 1295, de alterutro sollicita, Δίδυμα τέκεα, inquit, πότερος ἄρα Πότερον αἱμάξει; in hoc quoque metu subsistere debuerat Nuntius. Præterea tanto luctui *lacrymae* quam parum respondent? vere dicitur in Troasin vs. 604, Ὡς ἡδὺ δάκρυα τοῖς κακῶς πεπονθόσιν. *Canterus* & *Kingius* iungenda censuerunt ista: ὡς ὁ κίνδυνος μέγας, Καὶ τἆθλα δεινά· Et quid, obsecro, tum significabunt sequentia: δάκρυά σοι γενήσεται lacrymae *tibi erunt*? Iungi saltem debuerant, ἆθλα (τἆθλα scribi non potuit a Tragico) δάκρυά σοι γενήσεται. *certaminis ipsorum præmia tibi erunt lacrymae*: semel hoc ferme modo loquutum *Euripiden* in Helena memini v. 487, ἢν δὲ δεσπότης Λάβῃ σε, θάνατος ξένιά σοι γενήσεται. Huius loci memor, & *Sophoclei* in Antig. v. 13, 14. Δυοῖν ἀδελφοῖν ἐστερήθημεν δύο, Μιᾷ θανόντων ἡμέρᾳ· facile versus hos duo condere quis potuit, &, sicut alios fecerat, *Euripideis* interserere. Nonnulli tamen tuebuntur velut non indignos *Euripide*, nunciique persona, qui hæc, secedente Iocasta, dicere potuerit vultu ad spectatores converso. Fortassis erunt, qui corrigi malint hoc modo:

Ἔπαθλα δεινὰ δάκρυά σοι γενήσεται,
Εἰ σοῖν στερήσῃ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ τέκνοιν.

Nam si periret eorum alter, utroque tamen mater censeri deberet orbata.

Vs. 1271, 72. Οὐκ ἐν χορείαις, οὐδὲ παρθενεύμασιν Νῦν σοι προχωρεῖ δαιμόνων κατάστασις.] *Canteri* lectionem, οὐδὲ corrigentis, pro οὐδ' ἐν, *Grotius* & *Barnesius* receperunt, altero Leidensium Cod. firmatam; nam in A Leid. perperam scriptum: οὐδὲ ἐν π. Emendate scripta *Ioachimum* legisse *Camerarium*, liquet ex eius Quaest. Miscell. Decur. XI, Probl. VI, VII. De variis, quæ prostant, interpretamentis quodcunque demum eligas, attendenti semper adparebit hic perincommoda mentio *chorearum*, atque Antigones personæ, in sene patre curando semper occupatae, minime conveniens. Dum ultimis ædibus hic evocatur a matre, moerore confecta puella qua tandem specie choreas agitasset animo? Sed hoc forsan ipsius est, personis congrua sæpe minus observantis, *Euripidae* peccatum. Nostro similis est in Iphig. Aul. locus v. 1343, postquam dixerat puella: Ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰσορῶ πέλας· &, Διαχαλᾶτέ μοι μέλαθρα, δμῶες, ὡς κρύψω δέμας· sic Clytæmnestra: Οὐκ ἐν ἁβρότητι κεῖσαι πρὸς τὰ νῦν πεπραγμένα, Ἀλλὰ μίμν', οὐ σεμνότητος ἔργον.

Vs. 1275. —— μὴ πρὸς ἀλλήλοιν θανεῖν.] Quod in quatuor Codd. invenerat, ἀλλήλοιν reposuit *Kingius*: ad illos quatuor, duo Leid. & Flor. accedunt: veram lectionem nobis *Anglus* exhibuit, quia dualem numerum requiri iudicabat: sed hoc erat levius: ante *Kingium* vulgata lectio, μὴ πρὸς ἀλλήλοις θανεῖν, Græca non erat. Ista talia mireris intacta reliquisse *Canterum*:

tum: casus requirebatur secundus: *πρὸς ἀλλήλοιν θανεῖν* significat *mutuis caedibus confici*. Πρὸς τινὸς θανεῖν, πεσεῖν, ὀλωλέναι, tritissima sunt.

Vs. 1282. —— *οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὰ σά*.] Commodum est interpretamentum in August. Codice: *νῦν οὐχ ἁρμόζει σοι αἰδεῖσθαι· οὐκ ἔστι καιρὸς αἰσχύνεσθαί σε νῦν*. congruit his: *οὐ σεμνότητος ἔργον*, in Iphig. Aul. v. 1344. In utroque Leid. Cod. legitur *τὰ σά·* sed in altero diversa fuit adscripta lectio: *γρ. τάδε· ἥγου τὰ παρόντα·* quam & in Codicis Barocc Scholio *Kingius* memoratam invenit: *οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τάδε*. Frequens quidem illud *τάδε* sicut hic, eadem loquendi forma legitur in Ionis *Eurip*. versu 1397. *Οὐκ ἐν σιωπῇ τἀμά. μή με νουθέτει.* Quod aliis *αἰσχύνην ἔχειν*, *Euripidi* dicitur *ἐν αἰσχύναις ἔχειν* Suppl. v. 164. cui hoc genus adamatum, *οὐκ ἐν εὐμαρεῖ*, *οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ*, & similia, frequentanti: venustum *ἐν ἀνδράσιν*. & *οὐκ ἐν ἀνδράσιν*, Iphig. Aul. v. 945. Alc. v. 723, 732. *ἐν ἀσφαλεῖ*; & *οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ*, Hec. v. 980. & Hippol. v. 785, *Τὸ πολλὰ πράσσειν, οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίου·* ubi duo Codices cum editis *βίου* legunt; sed *βίῳ*, quod est in Append. Vatic. *Prov*. IV, 8. mihi quidem placet: *Antiphanes* apud *Athen*. III, p. 103. F. *ὅστις, ἄνθρωπος γεγὼς*, (vox exciderat ista, ni fallor) *Ἀσφαλές τι κτῆμ' ὑπάρχειν τῷ βίῳ λογίζεται, Πλεῖστον ἡμάρτηκε*.

Vs. 1285. Αν. *Ἡγοῦ σὺ πρὸς μεταίχμι'· οὐ μελλητέον*.] Antigonen in his, *Ἡγοῦ σὺ πρὸς μεταίχμι'·* equidem substitisse suspicor; atque odiose cessanti, plura quoque dicere paranti, locasten mox obiecisse proxime sequentia: *οὐ μελλητέον. Ἔπειγ', ἔπειγε θύγατερ*. ut his adeo persona fuerit Iocastae praefixa. *Seneca* contra suis in Phoenissis Antigonen v. 403, dicentem facit: *Perge, o parens, & concita celerem gradum; Compesce tela, fratribus ferrum excute: Nudum inter enses pectus infestos tene.*

Vs. 1286, 87, 88. —— *ἢν μὲν φθάσω Παῖδας πρὸ λόγχης, οὑ 'μὸς ἐν φάει βίος· Θανοῦσι δ' αὐτοῖς συνθανοῦσα κείσομαι.*] Unica tantum excepta *Grotii*, per Editiones ceteras receptus, inter vss. 1287. & 1288, medius hic legebatur senarius:

Ἢν δ' ὑστερήσῃς, οἰχόμεσθα, κατθανῇ· non invenustus ille quidem, & *Euripideus*; sed hic ridiculus, atque a Tragico haud sanequam collocatus. Iam antiquitus lectum, nonnullos eiiciendum tamen censuisse, Codices manifestant, quorum, dum legitur in aliis, in nonnullis fuit omissus: adest in Leid. A, recte deest in B, nec non in Flor. de Britannicis silet *Kingius*, quem ista ne suspicio quidem tetigit: *Grotium* Codices invenisse puto Parisiis, quorum auctoritate motus hinc alienum versum eliminaverit. *Grotium* sequi non dubitavi, quem *Euripidis* osores versuumque vulgatorum defensores imperiosi vituperare reverebuntur. Versus, hic interpolatus, suo loco supra recte collocatur 983,

Κἂν μὲν φθάσωμεν, ἔστι σοι σωτηρία· Ἢν δ' ὑστερήσῃς, οἰχόμεσθα, κατθανῇ. *morieris, si abitum tuum Tiresias anteverterit.* Sed nostro loco quomodo tandem Antigonae *relictae* mortem potuisset minitari mater? Suspicor versum Histrionibus deberi; quibus, dum superius recitata forte recordabantur, inscii exciderit: non valde tamen reluctabor interpolatoris studio tribuendum existimanti. Sed illud extra dubium est, scenicos actores immutasse non pauca, versus etiam integros, seu fortuito, sive opera data, hic illic interseruisse dramatibus. *Schol*. in Phoen. v. 271, *οἱ ὑποκριταὶ*

 ἰδίᾳ

διὰ τὸ δυσέκφορον μεταπλάττουσι τὴν λέξιν. insignis est in Scholiis ad Orestem adnotatio v. 1372. & seqq. (ed. *King.*) *τούτους τοὺς τρεῖς στίχους οὐκ ἄν τις συγχωρήσειεν* Εὐριπίδου *εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ὑποκριτῶν·* cetera legi poterunt; tum & illud, quod de histrione nobili (Κωμῳδός fuit non Κωμῳδοποιός, in quibus non discernendis hic & ubique peccatum) Lycone narrat *Plutarchus* T. II, p 334. E. Sed in *Euripide* potius subsistam: *Scholiastes* in Medeæ v. 355, Οὐ *γάρ τι δράσεις*] Δίδυμος *μετὰ τοῦτον φέρει τὸ,*

Σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος.

καὶ μέμφονται τοῖς ὑποκριταῖς ὡς ἀκαίρως αὐτὸν τάσσουσιν. legendum *μέμφεται·* *Didymum* enim actores hoc nomine culpasse, liquet e Scholiis in vers. 379, & 380,

Ἢ θηκτὸν ὤσω φάσγανον δι' ἥπατος,
Σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος.

Ἢ *θηκτὸν*] *ὧδε καλῶς κεῖται.* Δίδυμος *σημειοῦται, ὅτι κακῶς οἱ ὑποκριταὶ τάσσουσιν ἐπὶ τῶν β τὸ, Σιγῇ δόμους εἰσβᾶσα, καύσω ἢ σφάξω αὐτούς.* Duobus præcedentibus perperam a scenicis actoribus versum 380 adiectum censebat *Didymus*: mihi versus uterque videbatur histrionibus imputandus; *Euripideus* autem, qui ab Ἢ inceperit, intercidisse: uterque saltem sua sede recte legitur supra 40 & 41. Mutationes ab iisdem in *Euripidis* Medeam invectæ præterea memorantur in Scholiis ad vss. 228, & 920. prioris generis interpolationes in hoc dramate sunt plurimæ: versus 778 Γά*μους τυράννων* &c. quem, *Scaligero* minime suspectum in *Varron.* p. 100, suam certe sedem non occupare vidit *Reiskius* in Miscell. Lips. Nov. Vol. v, p 719. recte deest in Cod. Flor. e præcedentibus confictus; vid. vss. 17, 578, 700. —— Paucis interiectis legitur v. 784, 785,

Πέμψω γὰρ αὐτοὺς δῶρ' ἔχοντας ἐν χεροῖν,
Νύμφῃ φέροντας, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.

inauditam nobis hinc ellipsin enotent: plene dixit *Euripides* v. 940, Αἰτοῦ Κρέοντα, *τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.* v. 913, & 971, Ἱκετεύετ', *ἐξαιτεῖσθε, μὴ φεύγειν* (ita MS.) *χθόνα,* Κόσμον *διδόντες.* Versus 785 excidere potuit in pronunciandi calore; sed nunquam *Euripidis* effluere calamo, si quis alius, meditate scribentis: peperit autem versum vocabulum *αὐτοὺς*, versu 784 male collocatum; scribendum *αὐτῇ.* sic v. 947, 950. Πέμψω *γὰρ αὐτῇ, δῶρ' ἃ καλλιστεύεται,* —— Παῖ*δας φέροντας.* adde v. 957, 58. *Seneca* Med. v. 575. *Haec nostra nati dona nubenti ferant.* Huius generis e Medea nonnulla præcepit ante annos Græce Doctissimus *Io. Piersonus* Veris. I, c. v. quocum versus etiam, p. 59. designatos, Πάντως *σφ' ἀνάγκη* &c. semel tantum arbitror ab *Euripide* positos, sed e priori loco post versum 1239 male repetitos. Plura supersunt, tum in hoc dramate, tum in Hippolyto & Alcestide præsertim: sed hæc pervestigaturi tamen meminerint *τὸ μηδὲν ἄγαν.*

Vs. 1290. Αἶ, *αἶ, αἶ, αἶ.*] *Kingio* colon est primum, qui, Scholia sequutus, pro XIV, versus nobis exhibuit strophes & antistrophes XV. Αἶ scribitur *περισπωμένως* in Codd. *Sophoclis* & *Euripidis*; in veteri Leid. Αἶ, *αἶ*, bis tantum hoc in loco, sed paulo post legebatur, *αἶ αἶ διὰ σάρκα δ' ἐμὰν* Ἔ. In *Sophoclis* Antig. v. 1314, tria cola coaluerunt in unum versum, sic separanda, prouti leguntur in Cod. Reg. Paris. Αἶ, *αἶ, αἶ, αἶ,* / Ἀνέπταν *φόβῳ·* / Τί *μ' οὐκ ἀνταίαν* / Ἔπαισέ *τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει;* / Δείλαιος *ἐγὼ, φεῦ, φεῦ.*

Vs. 1291. Τρομερὰν *φρίκᾳ, τρομερὰν φρέν' ἔχω*] Anapæsticum dimetrum

trum *Kingio* debemus; vocem Φρίκα Codicibus Leidensibus, e quibus ita reposui pro Φρίκαν' in eorum altero supra scriptum Φόβῳ· alia tamen adest interpretatio, vulgatam ante lectionem spectans: ἔντρομον ὀρθίαισιν τριχῶν ἔχω, ἥγουν ἔμφοβον. *Soph.* Oed. in Col. v. 1460. ἐς ἄκραν δεῖμ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν. alteram lectionem ex editis Scholiis etiam eruit & adprobat *Battierius*: quam ut sequerer, haec *Euripidis* effecerunt: in Troasin v. 182, ὀρθρεύουσαν ψυχάν: Ἐκπληχθεῖσ' ἦλθον Φρίκα. v. 1026, Φρίκη τρέμουσαν. Ionis v. 897, Φρίκα ματρὸς, *metu matris*. Absque his, τρομερὰν Φρίκαν non sollicitassem: *Antipatro Sidonio* θάλασσα dicitur τρομερῇ Φρικὶ χαρασσομένη, Antholog. 1, c. LVI, ep. 5. v. 2.

Vs. 1292. Διὰ σάρκα δ' ἐμὰν] His praefixa Αἶ ἔ. vel Αἶ, αἶ. delenda vidit *Battierius*, &, in Flor. Cod. praetermissa, *Kingius* eiecit, qui duo cola sequentia, sic ante vulgata, "Ελεος, ἔλεος. / "Εμολε ματρὸς δειλαίας, ita separavit, litera tantum interserta: "Ελεος, ἔλεος ἔμολε / Ματέρος δειλαίας. Cod. Leid. a ματέρος etiam exhibet; uterque autem Διὰ σάρκα δ' ἐμὰν, quibus supra scriptum σαρκὸς ἐμῆς.

Vs. 1295, 96. Δίδυμα τέκεα, πότερος ἄρα / Πότερον αἱμάξει.] Δίδυμα τέκνα vulgarant: τέκεα substituerunt *Grotius*, *Piersius*, *Battierius*, & *Kingius*, sive Codices, seu Scholia sequuti: hoc est in Leidd. & Flor. Δίδυμα τέκεα, πότερος ἄρα Πότερον αἱμάξει, *Duorum filiorum uter nempe cruentabit alterum*: Scholiastes Δίδυμα τέκεα] Τοῦτό τινες σολοικισμὸν ἡγήσαντο· ἔδει γὰρ εἰπεῖν, διδύμων τεκέων. auctiora Codex exhibet August. Duplicem sibi soloecismum fingebant, alterum in casu recto, Δίδυμα τέκεα in πότερος alterum, cuius vice πότερον erat in Flor. Cod. Genuinum est πότερος, non vocis praecedentis τέκεα formam, sed significatum spectans, more satis usitato: proximum accedit illud *Philoxeni* in *Aristophanis* Pluto v. 292, τέκεα θαμίν' ἐπαναβοῶντες βληχώμενοί τε —— respondet *Homericum*, τέκνον φίλε. *Callimachi* τέκνον ἄλαστε· quod *Suidam* enotasse monuit Politiss. *D. Ruhnkenius* Epist. Crit. 1, p. 54. Homerica collegit *Th. Gataker* A. M. P. c. XIII, p. 548. cuius errorem non persequar: plura dederat *Henr. Steph.* App. de D. A. p. 132. *Eustathium* variis in locis sequutus. Figuram orationis Euboïcam vocat *Lesbonax* p. 178. qui p. 183. figuram commemorat, *Homero* quoque frequentatam, qua posuit *Euripides* Δίδυμα τέκεα πότερος ἄρα Πότερον αἱμάξει. Non in distributione tantum casus ille rectus adhibetur pro secundo: *Hom.* Il. H, v. 306. Λ, v. 832. Od. Θ, v. 161. Od. Σ, v. 94. Τ, v. 230. Ω, v. 482. *Sophoclis* Antig. v. 21. & v. 567. *Euripidis* Hec. v. 1192. Hippol. v. 3. &c. sed & in similibus loquendi formulis; in quibus casui recto μὲν & δὲ non subiunguntur, velut apud *Hom.* Il. Γ, v. 211. "Αμφω δ' ἑζομένω, γεραρώτερος ἦεν Ὀδυσσεύς· ubi scripsisse potuerat, ni formam alteram adamasset, "Αμφοῖν δ' ἑζομένοιν, *Eustathio* notante, qui nullum horum locorum praetermisit intactum: Odyss. I, v. 462. Ἐλθόντες δ' ἠβαιὸν ἀπὸ σπείους τε καὶ αὐλῆς, Πρῶτος ὑπ' ἀρνειοῦ λυόμην, ὑπέλυσα δ' ἑταίρους.

Vs. 1297, 98. Ἰώ μοι πόνων / Ἰὼ Ζεῦ, ἰὼ γᾶ.] Sicuti *Grotius* & *Barnes.* haec uno ductu vulgarant, ponenda censebat *Battierius*: dederant ante *Barnes.* plerique (Ἰώ μοι πόνων / Ἰὼ Ζεῦ, ἰὼ γᾶ,) ἐμογενῆ δέμας. e duobus tria cola fecit *Kingius*, Metricum sequutus. —— Quod mox bis legitur in Edd., ἐμογενῆ mihi pror-

prorfus erat inauditum: Attici dicunt εὔφυᾶ, fed ne Dorienfes quidem aut εὐγενᾶ, vel ὁμογενᾶ δέραν· verum ὁμογενέα· ifta namque fic plene fcripta reperientur in monumentis Doricis, εὐγενέα, ὁμογενέα, εὐσταθέα, αὐτοτελέα, ἡμιτελέα, &c. In Leidanis Codicibus reperitur ὁμογενῆ· Vulgatam tamen, fi Codicum nititur auctoritate, mutari nolim: non abfurdum eft fufpicari, Tragicum in cantilena chorica Phoeniffarum peregrinam in nonnullis exprimi voluiffe pronunciationem: de Phoeniffis antiquus Scholiaftes in v. 308, εἰ καὶ Ἑλληνικῶς ἐλάλουν, ἀλλ' οὖν γε τὴν πάτριον ἀπήχησιν ἔσωζον τῆς φωνῆς. ibidem femet Helene *Sophoclea* fatetur Λάκωνος ἐσμᾶσθαι λέγου.

Vs. 1304. Φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ] *Aldus* vulgarat: Φεῦ δά. φεῦ δά. quem in prima Bafil. fequutus eft *Hervagius*; fed, quod in fecundam *Ioann. Oporinus* recepit, φεῦ γᾶ, φεῦ γᾶ· deinceps expreſſerunt ad *Grotium* usque; hic enim dudum ante *Barnef.* reftituerat antiquam, *Battierio* quoque probatam, fcriptionem, Φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ· quam Codices exhibent Cantabrig. Flor. & uterque Leid. in quorum altero γῆ adpofitum. Quod nonnullos hic legiffe narrat *Barnefius*, Οὐ δᾶν, Οὐ δᾶν, *non, per terram, cruentabitis* &c. folius, ut puto, fide nititur *Gasp. Stiblini*, qui præceptorem *Io. Hartungum*, ut Phoeniffas explicantem, fic Theocriteum ex Eid. IV, 17. Οὐ δᾶν· recte conferentem, fortaffis audierat. In Scholiis ad Phoen. comparatur nomen Δημήτηρ· vid. *Menagius* in *Laërt.* VII, §. 147. Immemor huius loci *Cl. D'Arnaud* Animadv. p. 259. in *Aefch.* Eumen. v. 844 reftituit, φεῦ δᾶ. in alteram fcriptionem minus finceram φεῦδα fcriptus tamen *Etymologi* Codex cum Edito confpirat p. 60, 8. Ἀλευάδα, εἴρηται ὡς τὸ φεῦδα· εἰ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν Δᾶν λέγουσι καὶ δίαν (legendum puto κατ' ἰδίαν.) ὡς καὶ τὸν γνόφον δνόφον. Φεῦδα σὺν φεῦ γῆ. ultima debentur *Sylburgio*: φεύγῃ, ut in Edd. vetuftis, in Codice fcriptum *D'Orv.* Ἀλευάδα tanquam diverfa lectio proftat in Scholiis ad *Aefch.* Prom. v. 570, ubi vulgatur ἄλευ' ὦ δᾶ· in aliis legebatur, fcribi certe debebat: ἄλευ' ἅ δᾶ· *ab! terra, precor, avertas.* verbofus eft in his *Arnaldus* Anim. p. 181. Nihil horum apud *Hefychium* invenitur: neminem enim huc arbitror relaturum, quod fic fcriptum legitur in *Hefych.* Ταυρείη δᾶ, κεφαλή, ἡ παιδεία παρὰ Ταραντίνοις. ludus Tarentinorum *Meurfio*, παιδιὰ recte fcribenti, dicitur hinc Ταυρείη δᾶ. de Lud. Gr. p. 60. Facile fuiffet Ταυρίνδα reftituiffe.

Vs. 1310, 11, Τάλανες, ὅτι ποτὲ μονομάχον / Ἐπὶ φρέν' ἠλυθέτην.] Per Edd. erat receptum: Ἐπὶ φρέν' ἐπηλυθέτην· In Codicibus plerisque omnibus ἠλθέτην invenit *Kingius*, atque in contextum intulit, faffus tamen in notis, fic fcriptum fuo Strophes colo verfum non refpondere: aderat, quam in perverfa lectione quærebat, medicina: in Cantabrig. Cod. pofitum ἠλυθέτην· hoc e Parifinis exprimi curarat *Grotius*; absque Codice *Battierius* viderat reftituendum. *Euftathius* in Il. O, p. 1026, 43. ναυμάχος ἀνήρ, παροξυτόνως, ὡς —— μονομάχος, Εὐριπίδης Φοινίσσαις, μονομάχον ἐπὶ φρένα ἠλέτην, fcripferat, opinor, ἠλθέτην, uti legitur & in Cod. Batavo A. Flor. Cod. habet: μονομάχων εἰς φρέν' ἐπηλθέτην. Leid. alter pro ὅτι π. Τί ποτε. —— Iuvenes admonendi funt, ne labantur in hac verborum forma, quæ Doctis quoque fraudi fuit. Quod colo præcedenti legitur αἱμάξετον utrumvis admittit fignificatum, *cruentabitis* vel *cruentabunt*; fed ἠλυθέτην tantum alterum, *venerunt.* In *Eur.* Alc. v. 661,

661, ἠλλαξάτην in ἠλλάξατον mutandum est: sic ubi peccatum, quivis facile corrigat: illud forte minus, quod est in *Aeschyli* Choëph. v. 490, Μέμνησο δ' ἀμφίβληστρον, ᾧ σ' ἐκαίνισαν. corrigendum puto: ᾧ σ' ἐκαινέτην *vestis recordare, qua Clytaemnestra & Aegysthus te trucidarunt*: in Scholio veteri ap. *Athen.* xv, p. 695. B. de Harmodio dicitur & Aristogitone, Ἀ.. ὅρα τύραννον Ἵππαρχον ἐκαινέτην.

Vs. 1312, 13, 14. Ἰαχὰν στενακτὰν, / Μελομέναν νεκροῖς / Δάκρυσι θρηνήσω] Vulgata, στενακτὰν ἰαχὰν / Μελλομέναν νεκροῖς / Δ. θ. *Kingius*, auctoritate Codicum, ad cola strophes accommodavit. Ἰαχὰν στενακτὰν erat & in utroque Leid. nec non Flor. sed hi tres Codd. præterea præferebant Μελομέναν νεκρῶν. Hoc *Euripidi* pæne restituissem e Codd. Scholiorum alterum exhibet August. Codex recte scriptum: Μελομέναν, ἀντὶ τοῦ μέλουσαν, ἢ ἐπιμελουμένην τῶν νεκρῶν καὶ θεραπεύουσαν τὰς τούτων ψυχάς. *Plorando threnum edam, mortuos honestantem*: μελομέναν νεκρῶν, *mortuos curantem*: præter cetera lugubris etiam cantilena γέρας ἐστὶ θανόντων.

Vs. 1314. Σχεδὸν τύχα πέλας φόνου] Non displicet φόνος, prouti correxerat vir Eruditus, quem *Scaligerum* vocat Barnesius.

Vs. 1315. Κρισεῖ φάος τὸ μέλλον.] Quia pes primus syllabam postulabat correptam, pro Κρίνει, recte Κρινεῖ primum ab *Aem. Porto*, deinceps a *Grotio* fuit & ab aliis, *Battierio* quoque, repositum. Φάος hic est φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας, *Sophocli* dictum Aj. v. 867. τοὐπιὸν σέλας θεοῦ legitur in Rhesi v. 331. *Callim.* h. in Cer. v. 83, ὁ δ' ἐννέα φάεα κεῖται, *novem dies*. ἐν ταυτῷ φέγγει, *eodem die*, est in *Euripidis* Epigramm. ap. *Athen.* II, p. 61. C. Versum Medeæ 352, Εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λάμπας ὄψεται θεοῦ, *Ennius* in Medea sic interpretabatur: *Si te secundo lumine hic offendero*; monente, præter *Columnam*, *Scaligero* Conj. in *Varron.* p. 92.

Vs. 1319, 20. Ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ Πρὸς δόμους στείχοντα· παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους.] Duo quoque Batavi Codices & Flor. γόους exhibent, quod e duobus Britannicis edidit *Kingius*, vulgata lectione λόγους reiecta: duo Codd. Leid. λόγους dant in Orestis v. 1022, ubi rectius vulgatur γόους. Si Codices hoc loco præterea subministrassent Ἀλλὰ μὴν Κρέοντα λεύσσω, idcirco probarem, quia sic solet in talibus μὴν collocare Tragicus. Ceterum hunc versum propter vocem, tum apud *Euripiden*, tum apud alios satis frequentatam, attigerunt *Petr. Victorius* Var. Lect. XVI, c. XIV. *Dan. Heinsius* ad *Sil. Ital.* VIII, v. 613. *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I, L. III, c. II. alii quoque minorum gentium Eruditi; quibus satis esse debuerant notata *Lambino* in *Horat.* I Epist. II, p. 400, 401. Quod hic in A Leid. συνεφῆ, in Editionibus etiam minus accuratis perperam scriptum legitur, συνεφὲς *Ioach. Kühnium* decepit in *Diogen. Laërtii* IX, 59.

Vs. 1320. Οἴμοι, τί δράσω; πότερ' ἐμαυτὸν, ἢ πόλιν Στένω δακρύσας;] Totidem pæne verba *Sophocles* nobis adnumerat Oed. in Col. v. 1250, Οἴμοι, τί δράσω; πότερα τἀμαυτοῦ κακὰ Πρόσθεν δακρύσω, παῖδες, ἢ τὰ τοῦδ'; Ea quidem prorsus esse nequit fortuita verborum similitudo. Dantur in eodem *Sophoclis* dramate plura similia. Vicinus isti versus 1280, Ἀλλ' ἐξερῶ· καλῶς γὰρ ἐξηγῇ σύ μοι, poterat ad Phœn. v. 937, comparari. Oedipodis αἱματωποὶ δεργμάτων διαφθοραὶ memorantur in Phœn. v. 877, *Sophocles*,

cles, ista velut corrigens Oed. in Col. v. 545, dixit αἱμακτηρὰς ὀμμάτων διαφθοράς. Si Phœnissæ fuerunt *Euripidis* actæ priusquam ageretur Oed. in Colono *Sophoclis*, potuit, Euripideorum forte fortuna memor, inscius tamen in eadem incidisse *Sophocles*. Plenius hæc cognosceremus, si *Philostrati* superesset Alexandrini περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς πραγματεία, quam commemorat *Eusebius* Præp. Evang. v, p. 465. D. hinc forsan derivatum, quod notat, de furtis agens veterum, *Clemens Alex.* Strom. vi, p. 740, 12. exempla quoque depromens p. 741, ἐκ τῶν συνακμασάντων καὶ συναγωνισαμένων σφίσι.

Vs. 1321, 22 —— ἣν πέριξ ἔχει νέφος Τοσοῦτον, ὥστε δι' Ἀχέροντος ἰέναι.] Τοιοῦτο vel Τοιοῦτον præferebant Edd. Quod hic aptius videbatur, e Leid. Cod. B reposui Τοσοῦτον, ὥστε —— *Eurip.* Hippol. v. 822, Κακῶν πέλαγος Τοσοῦτον, ὥστε μή ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν. In Androm. v. 272, vulgatæ præstat Flor. Codicis lectio: τοσοῦτον ἐσμὲν ἀνθρώποις κακόν. Ex eodem libro, nec non e Paris. ponendum in Hippol. v. 1250, Ἀτὰρ τοσοῦτόν γ' οὐ δυνήσομαί ποτε —— πιθέσθαι. Hæc duo facile fuerunt permutata, non adfinis tantum scripturæ, sed & significatus vocabula, quæ frequenter apud veteres coniungi notissimum est. *Euripidae* locum, quem tenebricosa nonnihil obscuravit *Acherontis* mentio, respicit *Seneca* Phoen. v. 394, 395. *Vide, ut atra nubes pulvere abscondat diem, Fumoque similes campus in coelum erigat Nebulas.*

Vs. 1324. Τοὔνομα λαβὼν γενναῖον, ἀνιαρὸν δ' ἐμοί.] De Menoeceo Creon apud *Statium* Theb. xii, v. 76. *Tu superûm convexa licet, coetusque perenni (Credo equidem) virtute colas; mihi flebile semper Numen* (quidni *Nomen?*) *eris: ponant aras, excelsaque Thebae Templa dicent: uni fas sit lugere parenti.* Dum civibus tanquam *Numen* coleretur, moesto tamen parenti semper esset *Nomen flebile*, Τοὔνομα λαβὼν γενναῖον, ἀνιαρὸν δ' ἐμοί. Si λαχὼν legeretur, alterum non requirerem, sine Codicum tamen auctoritate non sollicitandum: utrumque reperitur κλέος vel εὔκλειαν λαβεῖν, & λαχεῖν· hoc in *Euripidis* Erechtheo Καὶ μὴν, θανόντες ἐν μάχῃ πολλῶν μέτα, Τύμβον τε κοινὸν ἔλαχον, εὐκλείαν τ' ἴσην. *Sophocles* El. v. 1141, Τύμβου πατρῴου κοινὸν εἰληχὼς μέρος. In huius Ajace v. 836, dubites utrum vulgatum λαβεῖν, an Codicum præstet veterumque Edd. lectio: Αἰτήσομαι δέ σ' οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν· mihi quidem hæc genuina videtur: frequentius post verba petendi sic πλεονάζει τὸ λαβεῖν· nonnunquam tamen πορεῖν, τυχεῖν, & λαχεῖν similiter adhibentur.

Vs. 1326. Αὐτοσφαγῆ δύστηνος] Sic e duobus Codd., ad quos accedunt Leidenses, recte fuit a *Kingio* vulgatum, pro δύστηνον· Pater erat δύστηνος, non filius. —— In sequenti versu poni malim Βοᾷ τε δῶμα πᾶν· iungendum quippe videtur cum his versu 1323, Ἐμός τε γὰρ παῖς &c. —— καὶ γὰρ ἐμὸς παῖς ὄλωλε, καὶ δῶμα πᾶν βοᾷ. Aedibus infra sensus tribuitur v. 1351, 53, Ὦ δώματ' εἰσηκούσατ' Οἰδίπου τάδε; convenientissima chorus subdit: Ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανον. Ne in his quidem *Aeschylum* non imitatur: *Longinus* π. Υ. xv, § 13. παρὰ μὲν Αἰσχύλῳ παραδόξως τὰ τοῦ Λυκούργου βασίλεια κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται.

Ἐνθουσιᾷ δὲ δῶμα, βακχεύει στέγη. hic erat in *Aeschyli* Lycurgo senarius.

Vs. 1327, 28 —— ἐγὼ δ' ἥκω μέτα

τα

τα Γέρων ἀδελφὴν γραῖαν Ἰοκάστην,] *Aldus* & *Hervagius* vulgarant v. 1327, ἐγὼ δ' ἥκω μεταστέλλων (28) ἀδελφὴν Ἰοκάστην, ὅπως· Postea dederunt: ἐγὼ δ' ἥκω μέτα Στέλλων ἀδελφὴν Ἰοκάστην· Vocabulum, γραῖαν, quod alicunde iam acceptum legit *Victorius*, *Barnesio* citatus, *Grotius* interseruit e Parisinis Codd. Genuinam integri versus lectionem e Cantabrig. *Barnesius* laudabiliter revocavit; quæ potuisset ex Codd. Leidensibus repeti, quorum alter ἀδελφὴν γραῖαν præbet, in altero A, ut & in Flor. Γέρων legitur. Hanc meliorem nisi Codices subministrarent lectionem, neminem offendisset adeo ἥκω μέτα Στέλλων. vel, ut legisse videtur *Petr. Victorius*, Στελῶν· *Sororem accersiturus venio.* Scripserat forsan *Euripides* in Hecuba v. 731, Ἥκω μεταστελῶν σε· ubi legitur Ἥκω δ' ἀποστελῶν σε· v. 509. scribitur Ἥκω μεταστείχων σε. —— Sed *Euripideum* est nostro certe loco: ἐγὼ δ' ἥκω μέτα Γέρων ἀδελφὴν γραῖαν *ego vero senex sororem anum arcessam.* τὸ μεθήκειν idem ac μετελθεῖν sic solet ab *Euripide* in ἥκειν μέτα resolvi. Alcest. v. 47, Θα. Πῶς οὖν ὑπὲρ γῆς ἐστι, κοὐ χθονὸς κάτω; Απ. Δάμαρτ' ἀμείψας, ἣν σὺ νῦν ἥκεις μέτα. Flor. Cod. ita locum præfert. Supplic. v. 670, ἡμεῖς ἥκομεν νεκροὺς μέτα Θάψαι θέλοντες. In Androm. v. 1105, pro τίνος ἥκεις μέτα; recte legitur in Flor. τινος ἥκεις χάριν. Ad priorum normam in Alcest. v. 67, Εὐρυσθέως πέμψαντος ἵππειον μέτα Ὄχημα· v. 483, Choro, ποῖ πορεύῃ, quærenti respondet Hercules, Θρῃκὸς τέτρωρον ἅρμα Διομήδους μέτα. *Lecti iuvenes* in Medea v. 5. τὸ πάγχρυσον δέρας Πελίᾳ μετῆλθον· *Theocritus* Eid. XIII, 16. Ἀλλ' ὅτε τοι χρύσειον ἔπλει μετὰ κῶας Ἰήσων· eadem vi præpositionem adhibuit in Παιδικοῖς. Νῦν μὲν κήπὶ τὰ χρύσεα μᾶλ' ἕνεκεν σέθεν Βαίην, καὶ Φύλακον νεκύων πέδα Κέρβερον. ex eorum altero δὴ superfluum sustuli.

Vs. 1329. ὅπως Λούσῃ, προθῆταί τ', οὐκ ἔτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν.] *ut abluat Cadaver illa filii atque collocet.* sic *Ianum Gulielmium* reddidisse *Kirchmannus* monuit. *Victorius* V. L. x, c. xx, cum his recte contulit Hecubæ v. 613, ὡς —— Λούσω, προθῶμαί θ', ὡς μὲν ἀξία, πόθεν; sic in duobus legitur Codd. Leid. pro ἀξίαν· Uterque ritus funebris protritus est; minus pervulgata tamen scribit *Des. Heraldus* Digress. I, c. XXVII.

Vs. 1330. Τοῖς γὰρ θανοῦσι χρὴ] Veluti diversam Editionis *Grot.* lectionem *Piersius* commemorat: Τοῖς γὰρ τεθνᾶσι χρῆν. hoc legerat in *Stobaeo Grotii* p. 515. *Gesnerus* p. 620, I. eadem dederat, quæ hic vulgantur; *Grotius* in Mſ. repererat aliter scripta. Χρῆν hic locum non invenit: in θανοῦσι Codices conspirant Euripidei.

Vs. 1331. —— χθόνιον εὖ σέβειν θεόν.] Licet in *Stobaeo* non aliter ac in Edd. scriberetur, & fortassis in Codd. MSS. χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν, hac in Editione, quæ coaluerant, in duo separavi εὖ σέβειν. Hoc sibi telum eripi non indignabitur Auctor Eruditissimus Exercitationis Criticæ Miscell. Obs. insertæ Vol. IX, p. 438. Ipsemet non diffitebatur alibi recte scribi *divisis vocibus*, εὖ σέβειν, tum apud *Aeschylum*, tum in *Euripideis*: In Excerptis *Grotii* p. 429. velut *Euripidis*, p. 467. velut incerti Tragici, duo leguntur senarii:

A. Τί δεῖ θεοὺς σέβειν σε κατθανούμενον;

B. Ἄμεινον· οὐδεὶς κάματος εὖ σέβειν θεούς.

Barnesius certe nesciit hæc sic scripta si-

fine Tragici nomine proftare in Editione *Grotii* libelli *Plutarchei*, Quomodo Iuveni fint audienda Poëmata, p. 20, 23. Duo fenarios iftos *Euripidis* effe non dubito: hariolor autem, (hæc enim mera tantum eft hariolatio) ex *Euripidis* Palamede petitos, atque in eorum altero nomen reponendum cum Palamede loquentis Agamemnonis, cuius in Ἄμεινον, in ifta fede minus commodo, veftigia fuperfint, atque adeo fcribendum: ΠΑ. Ἀγάμεμνον, οὐδεὶς κάματος εὖ σέβειν θεούς. E Palamede petitum, quod eft in *Stobaeo Grotii* p. 371, forfan Ulyffis dictum: Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισι παντοῖαι τύχαι Μορφὴν ἔχουσιν· —— Præterea fcribitur εὖ σέβειν in Erechthei præceptis *Euripideis* ap. *Stob.* p. 17, quæ nunc intacta relinquam. Si dedit *Aefchylus* in Eumen. v. 1022, μετοικίαν ἐμὴν Εὖ σέβοντες· cur, obfecro, crederemus eumdem in Agam. v. 346, pofuiffe: Εἰ δ' εὐσεβοῦσι τοὺς πολισσούχους θεοὺς; mea quidem fententia fcribendum, ut in altero loco, εὖ σέβουσι· quia fic ftructura poftulat: ifta talia, quod vel iuncta vel divulfa legantur, folis imputari debet Editoribus, in antiquiffimis Codicibus uno certe ductu coniuncta. Vulgatur in *Aefchyli* Supplic. v. 1022, εὖ θάρσει, ubi fcribendum erat εὐθάρσει. εὐθαρσὴς & εὐθαρσεῖν reperiuntur in Agam. v. 939. & Theb. v. 34. εὐθαρσῶς in Supplic. v. 257. qui verfus rectius legeretur verfui 253 fubiectus, quam in ifta fede. Ufurpantur εὐκρινεῖν & διευκρινεῖν· quis tamen neget, perperam εὐκρίναντας vel εὐκρίνοντας apud *Apollon. Rhod.* fcribi 1, v. 356. & alibi? voces utique funt feparandæ in εὖ κρίνοντας. Hæc quo fpectent, non eft difficile divinatu: fi recte fcripfit *Euripides*, quod in difputationem non cadit, εὖ σέβειν θεοὺς, fimiliter hoc quoque loco fcribendum erat & in Troafin v. 85. Euripideis hæc duo tantum excitata funt a viro Doctiffimo, nec plura continentur iftius generis. Datur quidem fæpius in eam rem ufurpatus locus in Bacchis v. 466,

Διόνυσος ἡμᾶς εὐσέβης', ὁ τοῦ Διός.

fed hunc reiicit Exercitationis Auctor p. 436. corrigendum ratus, εἰσέβης' quod ipfi tantumdem eft ac εἰσβῆναι ἡμᾶς ἐποίησε, *fecit, iuffit nos Græciam ingredi*: Præcefferat fcilicet: Πόθεν δὲ τελετὰς τάσδ' ἄγεις εἰς Ἑλλάδα. Ne hic quidem mihi cum viro Egregio convenire profiteor libere, quia veritatem ambo quærimus, non in muftaceo laureolam. Scribendum iudico:

Διόνυσος ἡμᾶς ἐξέπεισ', ὁ τοῦ Διός,

planiffime perfuafit nobis, nempe τελετὰς τάσδ' ἄγειν ἐς Ἑλλάδα. Congruit apte, quod fequitur v. 469. ἠνάγκασεν· erat enim ifta Dei perfuafio πειθανάγκη. Hoc ἐξέπεισ', olim fcriptum ἐκσέπεισ', proximum ad vulgatum εὐσέβης', (apud *Herodot.* v, c. 6. vulgatur διαπλεύσαντος· fcripferat utique, διαπλέξαντος τὸν βίον εὖ.) *Euripideum* eft ad intelligendum facile; denique prorfus etiam huic loco accommodatum: *Sophocles* Trachin. v. 1157, Νέσσος πάλαι Κένταυρος ἐξέπεισέ νιν. *Eurip.* Helena v. 1584, —— ἐξέπεισεν εἰσβῆναι δόρυ. Utrum præftet, harum rerum fcientes decernant. Cur autem fcribi nolim apud *Euripiden* χθόνιον εὐσεβεῖν θεὸν, hæc eft ratio: σέβειν & εὖ σέβειν θεὸν ufitatiffima funt; fed εὐσεβῆσαι femper apud Veteres idem eft ac εἶναι εὐσεβῆ, atque adeo nunquam, ut equidem arbitror, apud Tragicos, aliosve iftius ævi, pofitum invenietur activa poteftate. Iudæus Græcienfis, aut recentiores, εὐσεβεῖν adhibeant agendi virtute; nihil hoc facit ad *Euripiden*: verba neutra, motum fignificantia, tanquam acti-

activo, recentioribus sæpissime, ve[illegible]ribus etiam interdum usurpato, diversi sunt generis. Quomodo veteribus εὐσεβεῖν usurpetur, Tragicorum loca docebunt: *Sophocles* in Antig. v. 741, 42. Ἔργον γὰρ ἐστὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν; Οὐκ ἂν κελεύσαιμ' εὐσεβεῖν εἰς τοὺς κακούς. *Euripides* apud *Stobaeum* Tit. CIII, p. 561, 10. συμφοραὶ Σκληραὶ πάρεισιν εὐσεβοῦσιν εἰς θεούς. ubi tanquam incerti poëtæ pars prostat istius e Scyriis fragmenti. Antholog. I, c. LXXI, 21. legitur: εὐσεβοῦσι πρὸς θεούς. *Euripides* Bellerophonte apud *Aelian.* de N. A. v, c. XXXIV. Ἦσθ' εἰς θεοὺς μὲν εὐσεβής, ὅτ' ἦσθ', ἀεί· In Bacchis mendosa v. 490,

Σὲ δ' ἀμαθίας, ἀσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν.

hunc in modum corrigi poterunt:

Σὲ δ' ἀμαθίας γε, δυσσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν.

sive potius cum *Io. Piersono*: Σὲ δ' ἀμαθίας οὐκ εὐσεβοῦντ' εἰς τὸν θεόν.

Vs. 1332. Βέβηκ' ἀδελφὴ σὴ δόμων ἔξω, Κρέον.] Poni quoque potuit Κρέων, ut legitur in A Leid. vocandi namque casus sæpius eodem modo, quo rectus, scribebatur: hunc morem Grammatici tribuunt Atticis: *Schol.* in *Soph.* Aj. v. 943. *Gregorius* de Dial. Att. Ms. excitat eam in rem *Sophocleum*: Ὦ οὗτος Αἴας, δεύτερον σε προσκαλῶ. similiter legit *Eustath.* in Od. Γ, p. 130, 38. ubi vulgatur *Soph.* Aj. v. 89. Ὦ οὗτος, Αἴαν· Talia dantur plurima: ὦ φίλος non tantum apud Tragicos legitur, sed & apud *Theocrit.* Eid. I, 149. hæc enim Attica non magis sunt quam dialecti cuiusvis.

Vs. 1336. Εἰς ἀσπίδ' ἥξειν βασιλικῶν δόμων ὕπερ.] Sæpius ὑπὲρ, ut Latinum *super*, pro περὶ apud optimos Scriptores usurpatur: sed formulæ dantur loquendi, quibus diversum inducunt [illegible] significatum: [illegible] περὶ τῆς πατρίδος, & ὑπὲρ τῆς πατρίδος [illegible] differunt, [illegible] docuit ad *Lysiae* [illegible] III, p. 441. B. Præterea mos non est *Euripidis*, ὑπὲρ isthoc adhibere sensu, quem versus noster poscit, sed περί. Supra v. 424, Στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν οὕνεχ' ἤλθομεν πέρι. v. 527, τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν. v. 1050, εἴ τι Πολυνείκους πέρι Οἶσθ'· sic denique positum in similibus [illegible] invenietur apud *Euripiden* περί· Iphig. Taur. v. 734, 1188. Troasin v. 975. (ubi legerim: Τί παιδικοῖσι ——) Helena v. 713. Philoctete, in *Stobaei* [illegible] *Grot.* p. 171, θεῶν ἐπίστασθαι πέρι. Antigone, Floril. p. 355, ἡ δέκησις [illegible] πέρι. Contra, sicut aliis, *Euripidi* quoque θανεῖν ὑπὲρ πάτρας, *pro patria mori*, & similia frequentantur: semel in Alcesti v. 176, legitur οὐ θνήσκω πέρι. ubi vix dubito quin reponi debeat οὐ θνήσκω γ' ὕπερ. Nostro loco si non posuit *Euripides*, βασιλικῶν δόμων πέρι, voluisse videtur evitare sonum, Græcis auribus ingratum, versuum similiter desinentium in δόρι & πέρι. Talibus tamen alibi non abstinuit: duo versus continui nonnunquam in eamdem vocem desinunt, velut in Heraclid. 947, 948. Helena v. 303, 304.

Vs. 1337, 38. Πῶς φῄς; νέκυν τοι παιδὸς ἀγαπάζων ἐμοῦ,] In Scholiis ἀγαπάζων redditur ἐπιμελούμενος: atque id ipsum significare verbum ἀγαπᾷν dudum monuit *Ti. Hemst.* ad *Poll.* X, 20, n. 3. Quoniam tamen Tragicis ἀγαπάζειν in usu non est, neque solet *Eurip.* consectari rariora, si quando Codex vetustus vicinis congruum aliud quid subministrabit, hinc illud poterit amoveri. *Battierius* corrigendum putabat, νέκυν τοῦ παιδὸς ἄ. Comicus *filii cadaver* dicere debuit τὸν τοῦ παιδὸς νεκρόν· Tragico licuit in-

 ta-

talibus articulos negligere: *νέκυν τε παιδὸς* perperam legitur in Cod. Flor. —— Hic æque ac Leidd. Codd. in verſu ſeq. præbebaut etiam, *τάδ' εἰδέναι.*

Vs. 1344. *Στείχοντος, ὃς πᾶν ἀγγελεῖ τὸ δρώμενον*] Quod a Græculo fuerat ſupra ſcriptum genuinam vocem expulerat; per Edd. enim erat receptum: *Στείχοντος, ὃς ἡμῖν ἀγγελεῖ τὸ δρώμενον.* hic quidem non abſurde *Duportus*, ὃς eiecto, legebat, *ἡμῖν δ' ἀγγελεῖ·* Genuinum *πᾶν* *Grotius* in ſuum locum reſtituit e Pariſinis Codd. quibuscum concinunt Cant. Flor. & duo Leidd.

Vs. 1345. —— *τίν' εἴπω μῦθον, ἢ τίνας λόγους*] Exhibent etiam Leidd. & Flor. Verſum peſſumdabat olim vulgata lectio, *τίνα λόγον·* veram primum ſe Tragico reſtituiſſe putabat *Kingius*, ſed illam iam dederat *Grotius*: nunquam ſibi conſtat *Barneſius.*

Vs. 1346. Κρ. *Οἰχόμεσθ', οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχῃ λόγου.*] Litera non mutata, per omnes Editiones receptum nomen *ἀρχὴ*, in verbum *ἄρχῃ*, *ordiris*, quod *Barneſio* quoque venerat in mentem, commutavi; atque hoc mihi licere credidi in re prorſus manifeſta. Verſus eſt in *Euripidis* Herc. Fur. 538, *Ἄπολλον, οἵοις φροιμίοις ἄρχῃ λόγου*; quem in Iovem Tragoedum tranſtulit *Lucianus*, ubi *Moyſ. Solanus* genuinæ ſedis non meminerat T. II, 643, 17. Verſum e Troaſin 707, *Τί δ' ἐστὶν, ὥς μοι φροιμίων ἄρχῃ κακῶν*, transſumpſit Poëtaſter in drama *Χριστοῦ Πάσχοντος* 641. Præterea, ſi mei res fuiſſet arbitrii, perſonæ Creontis indices literas in aliam ſedem ſic transmutasſem: Αγ. *Ὦ τάλας ἐγὼ, τίν' εἴπω μῦθον, ἢ τίνας λόγους*; *Οἰχόμεσθ'·* Κρ. *οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχῃ λόγου.* Nuncii certe videbatur *Οἰχόμεσθ'·* in eo verbo ſubſiſtentis; ad hoc potiſſimum reſpondiſſe Creontis illud: *οὐκ εὐπροσώποις* —— ſic in Hippol. v. 568, chori iudicium, *τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε*, ſpectat illud Phædræ, *ἐξειργάσμεθα*, *periimus.* conf. Ionis v. 753 —— Ceterum *φροίμια κακὰ*, ni fallor, *Aeſchylus* in Theb. v. 6. dixerat *φροίμια παλίρροθα.* nam, pro *πολυρρόθοις*, *παλιρρόθοις* emendandum puto: nota vis vocis *πάλιν* in *παλινστομεῖν*, *παλίγλωσσον*, quod *Pollux* VI, 164. reddidit *κακόφημον.* integra locutio *Aeſchyli* tantumdem valet ac *κακορροθεῖν.*

Vs. 1348. *Πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλοις πήμασιν, λέγεις δέ τι;*] Sic vulgantem e Pariſinis *Grotium* deinceps ſequuti ſunt *Barneſ. Pierſ.* & *Kingius*: atque ita certe trochaici modulo fuit ſatisfactum, in prioribus Edd. violato, *πεπραγμενοις ἄ. πήμασι* præferentibus. Leidenſes hic a ſe invicem diſcedunt atque a Flor. in illorum altero totidem literæ, quot hic ſunt vulgatæ: B Leid. exhibet *Πρὸς πεπραγμένοις ἄλλοισι π. λέγεις δ. τ.* Flor. *πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλοισιν πήμασιν λέγειν δέ τι.* ne hoc quidem *λέγειν* de nihilo eſt: minus profecto placet vulgatum *λέγεις δέ τι*; neque etiam *ἄλλοις.* Scripſeratne forſan: *Πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλο πήμασιν λέγειν γέ τι*; ut *λέγειν* infinitivus ſit indignantis ob malorum, quibus obruebatur, cumulum: hanc formam loquendi plus ſemel in his Phoen. obliterarunt. Præſtat *ἄλλο* —— *γέ τι* vulgatis: *Aeſchylus* Perſ. v. 237, *Καὶ τί πρὸς τούτοισιν ἄλλο*; v. 531, *Μὴ καί τι πρὸς κακοῖσι προσθῆται κακόν.* *Sophocles* Phil. v. 1260, *μῶν τί μοι μέγα Πάρεστε πρὸς κακοῖσι πέμποντες κακόν*; *Euripides* Heraclid. v. 483, *μὴ 'πὶ τοῖς πάλαι κακοῖς Προσκείμενόν τι πῆμα σὴν δάκνει φρένα.* Hip-

Hippol. v. 874, *τό δ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακόν*. quæ poſtrema transſcripſit *Auctor* Χριστοῦ Πάσχοντος v. 141. *Apollon. Rhod.* II, v. 222, Πρὸς δ' *ἔτι πικρότατον κρέμαται κακὸν ἄλλο κακοῖσιν.*

Vs. 1349. *Οὐκ ἔτ' εἰσὶ σῆς ἀδελφῆς παῖδες ἐν φάει*,] Sic Codd. Leidd. & Flor. prouti legendum viderat *Canter.* pro Οὐκέτ' *εἰσὶ τῆς ἀδ.* Quod hic ad *οὐκ ἔτ' εἰσὶν* adiicitur, *ἐν φάει*, non protritum, legitur & in *Euripidis* Suppl. v. 200. Ion. v. 726. *Soph.* Phil. v. 416. Sed illud *οὐκ ἔτ' εἶναι*, vel *οὐκ εἶναι*, veteribus tritiſſimum, quum *de vita functis* forte legeretur *Matth.* II, 18. effugere non poterat, quin ſimilium exemplorum oneraretur acervis; in quibus congerendis infructuoſe diligentes lectiones Codicum vulgatis multo meliores, e quibus contextus erat expoliendus, & centena negligunt in Paulinis tenebricoſa.

Vs. 1350. Αἶ Αἶ. Μεγάλα *μοι θροεῖς πάθεα, καὶ πόλει.*] Hæc non, ut in Edd. Creonti, ſed Choro tribuuntur in Cod. Leid. A, in altero B partim ſaltem, ſic ſcripta: Χο. *αἶ, αἶ,* Κρέ. Μεγάλα &c. tum duo verſus ſeqq. eidem Creonti relinquuntur, in altero Cod. A choro cum præcedentibus attributi.

Vs. 1351, 52. *Ὦ δώματ' εἰσηκούσατ' Οἰδίπου τάδε*, Π*αίδων ὁμοίαις συμφοραῖς ὀλωλότοιν.*] Horum verſuum primus Creonti potius congruit, quam nuncio, neque alter ab eiusdem prorſus alienus eſt perſona; noverat enim e vſſ. 1336, 1349 ambo filios Oedipodis ſingulari certamine pugnantes cecidiſſe. In his, quum ſcriberetur *εἰσακούσατ'*, in Ed. *Kingii* recte poſitum *εἰσηκούσατ'* ut erat & in Codd. Leid. —— Si verſus 1352, qui multo rectius fuiſſet omiſſus meo iudicio, vel certe verſui 1350. ſubiectus & choro tributus, in hac ſede tamen *Euripidis* eſt, Tragicum ſcripſiſſe crediderim, quia liberi tantum mares perierant: Π*αίδοιν ὁμοίαις συμφοραῖς ὀλωλότοιν.* ſed *Euripidi*, niſi fallor, inuſitata prorſus hæc eſt ſtruendi ratio. Subaudiendam præpoſitionem *περὶ* cenſenti *Scholiaſtae L. Bos* obſequutus eſt in Ell. Gr.

Vs. 1353. *Ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανον.*] Hæc apte concinunt iſtis, quæ, ni fallor, proxima præceſſerant: *Ὦ δώματ' εἰσηκούσατ' Οἰδίπου τάδε*; ſepoſito tantisper Scholiaſte Metrico, ſic viderentur hæc collocanda:

Κρέ. *Αἶ, αἶ.*
Χο. Μ*εγάλα μοι θροεῖς πάθεα καὶ πόλει,*
Π*αίδοιν ὁμοίαις συμφοραῖς ὀλωλότοιν.*
Κρε. *Ὦ δώματ' εἰσηκούσατ'* Οἰ*δίπου τάδε.*
Χο. *Ὥστ' ἐκδακρῦσαι γ', εἰ φρονοῦντ' ἐτύγχανον.*

In *Euripidis* Oreſte verſus 1124, e tribus Codd. Leid. legendus eſt: *Ὥστ' ἐκδακρῦσαί γ', ἔνδοθεν κεχαρμένην·* ubi *κεχαρμένη* vulgatum.

Vs. 1356. Εἰ *καὶ τὰ πρὸς τούτοισί γ' εἰδείης κακά.*] Ne hoc quidem negligendum ratus, *τούτοισί γ'* ex Codd. tribus recepi, Leid. & Cantabrig. pro vulgato *τούτοισιν·* aptiſſimum hoc verſu; Εἴ*γε καὶ τὰ πρὸς τούτοισιν εἰδείης κακά*· *ſiquidem etiam mala noſſes, quae ad haec acceſſerunt.*

Vs. 1361. *Ὦ τλῆμον, οἷον τέρμον'* Ἰ*οκάστη βίου*, Γ*άμων τε τῶν σῶν*, Σ*φιγγὸς αἰνιγμοῦ τ' ἔτλης.*] Per Editiones omnes receptum Σφιγγὸς *αἰνιγμοὺς ἔτλης*, quia commodam interpretationem non videbatur admittere, Codices autem tres minimum copulantem

literam subministrabant, sic leviter immutavi: σφιγγὸς τ' αἰνιγμοὺς ἔτλης erat in A Leid. in B Leid. & in Flor. σφιγγὸς αἰνιγμοὺς τ' ἔτλης. In αἰνιγμοὺς præpositionem subaudiebant διὰ tum veteres tum recentiores: eius nobis ellipsios, in τί, τοῦτο, ταῦτα, pervulgatæ, huic simile vel unicum Tragicis excitent exemplum. —— Præterea si quis ἔτλης in ἔτλη censuerit transmutandum, a meo iudicio non diffidens sensum adipisceetur a vulgatis quidem valde diversum, aptissimum tamen: scilicet Oedipum sic alloqueretur Creon, non Iocastes cadaver: *O miser! qualem exitum vitae sortita fuit Iocaste*, Γάμων τε τῶν σῶν ἕνεκα, Σφιγγὸς αἰνιγμοῦ τε, *& propter tuas nuptias, & propter Sphingis lugubre carmen*. Hac quidem ellipsi nulla frequentior; sectatur autem *Euripides* usitata. —— Primum horum versuum sic emendate scriptum *Barnesio* debemus, quod viri Docti manu notatum invenerat, τέρμον' Ἰοκ. in locum vulgatæ τέρμα Ἰοκ. reponenti, locis etiam idoneis adfirmanti; licet aliter legeretur in Cod. quem admirabatur. τέρμ' Ἰοκάστη βίου Leidensis A præbet: B, οἷον τέρμ' Ἰοκάστη τοῦ βίου hoc, in Parisinis procul dubio repertum, *Grotius* etiam expressit; poterit interea genuinum videri, dum plures Codices τέρμον' Ἰοκάστη βίου confirmaverint, cuius lectionis in mendosis, τερμονίοις ἑκάστη, Codicis Florentini non obscura sunt vestigia.

Vs. 1163. Πῶς δὴ] Recuperavit *Euripides*, pro Καὶ πῶς, ex Cod. Flor. πῶς δὲ præferente: πῶς καὶ Leidensium habebat A. Utrumque, Καὶ πῶς, & Πῶς δὴ, frequentatur; sed hoc in loco Codicis optimi nonnihil adiuta lectio haud erat negligenda; vulgata fluxerat e versu 1358. multo melior hic erat altera: σήμαινε δή μοι, πῶς πέπρακται φόνος· *Aeschylus* Eumen. v. 604, Πῶς δή, δίδαξον τοὺς δικάζοντας τάδε. & alibi: *Aristoph.* Nubib. v. 664. Πῶς δὴ φέρε. v. 673, πῶς δὴ φράσον. v. 1444, Πῶς δή; δίδαξον γάρ, τί δή μ' ἐκ τῶνδ' ἐπωφελήσεις; ita corrigit *R. Bentlejus*.

Vs. 1368, 69. Ἐπεὶ δὲ χαλκέοις σῶμ' ἐκοσμήσανθ' ὅπλοις Οἱ τοῦ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι,] Supra leguntur hi versus 1248, 49. Ἤδη δ' ἔκρυπτον σῶμα παγχάλκοις ὅπλοις Δισσοὶ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι. ubi Flor. Cod. Οἱ τοῦ præferebat. Quod idem pæne versus, supra recte collocatus, hic, ubi sine detrimento poterat abesse, repetatur, histrionibus fortassis imputandum censebit eorum memor, quæ supra sunt ad Vs. 1287 disputata. Huic adsentiret haud invitus, nisi versus 1371 prorsus esset indignus *Euripide*. Vel itaque statuendum, pristinum versum, quo Fratres designati fuerant, histrionum intercidisse culpa, cui sibi notum e simili loco substituerint; vel tandem in hoc quoque loco profectum versum ab *Euripide*, sæpius eadem repetente. Primus horum versuum χαλκέοις habet ex Edit. *Grotii*, & ex Ms. Leid. B. ut in Edd. aliis, χαλκείοις perperam erat in A. Χαλκοῖς habebat Flor. prout vulgarant *Barnes. Piers. King.* quibus *G. Arnaldus* adstipulatur in Miscell. Obs. VI, p. 597. Mihi genuinum videbatur χαλκέοις, more Tragicis etiam solemni contrahendum in duas syllabas. anapæsticus est in Troasin *Euripidis* v. 572, Δύστανε γύναι, πάρεδρος χαλκέοις / Ἕκτορος ὅπλοις. —— Ceterum nihil habebat *Arnaldus* causæ, quapropter hoc in versu legi mallet: Ἐπεὶ δὲ χαλκοῖς σῶμα κοσμήσανθ' ὅπλοις. quod esset κοσμήσαντε. Obstaret præter alia versus 1373.

Vs. 1371. [Δισσοὶ στρατηγὼ, καὶ διπλῶ στρατηλάτα,] In *Aristophanis* Ra-

Ranis *Aeschylea*, Ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε, καὶ κατέρχομαι, sic irridenti *Euripidi* v. 1185, Δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος· hæc e Phœnissis ante, quam agerentur Comici Ranæ, in vulgus notis, in os obiicere potuerat *Aeschylus*, siquidem in iis legisset, quæ nos nunc legimus, Δισσῶ στρατηγὼ, καὶ διπλῶ στρατηλάτα· ad hæc commode suum illud ingeminasset Comicus: Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον. —— Sed *Aeschylus* ipse dixerat de iisdem in Theb. v. 821, 22. οἱ δ' ἐπιστάται, Δισσὼ στρατηγώ. —— *Atridae gemini* Δισσοὶ στρατηγοὶ dicuntur in *Sophoclis* Philoct. v. 264. & v. 790. διπλοῖ στρατηλάται. Versus noster est absurdus, sed quovis etiam Poëta sanequam indignissimus, e duobus *Sophocleis*, quos designavi, conflatus ab otioso quopiam ludimagistro, eodem, si quid auguror, qui vicinos 1377, 78, 79, edolavit. Credo equidem, Lectorem exercitatum neminem fuisse, cui non saltem cum *Barnesio* visa sit hæc *inanis & frivola* ταυτολογία· cur illam *Euripidi* maluerint vitio vertere, quam frivolis ingeniis contribuere, causam comminisci nequeo; quum tanta præsertim per aliquot secula quævis interpolandi libido sciolos agitaverit. *Io. Kingius* in notis hæc scribit: „ *Duo duces & duo duces, satis frigida & puerilis repetitio, nihil adiuvant Cod. nihil itaque mutavimus, legas autem per me licet.*"

Δισσὼ ἀδελφὼ καὶ διπλῶ στρατηλάτα. Hæc quidem medicina malo peior est. Fore tamen suspicor, quibus simili quodam modo potius versus videatur adiuvandus, quam ut cediscere cogerentur, quæ pueri didicerant, atque huic per omnia grassaturæ licentiæ viam aperirent. Reponere poterunt: Δισσὼ ξυναίμω, καὶ διπλῶ στρατηλάτα. atque istam multis exornare coniecturam; neque tamen efficient ut ipsis ego quidem adsentiar, cui *Aeschyli Sophoclis*que verba supra prolata liquido manifestant, senarii conditorem scripsisse:

Δισσὼ στρατηγὼ καὶ διπλῶ στρατηλάτα.

Sed ecce nobis *Wilhelmum Piersium* trito veluti pallio tegentem versus absurditatem, observato, morem esse Poëtarum, παράλληλα τιθέναι τὰ ἰσοδυναμοῦντα. Morem hunc nemo copiosius illustravit *Henr. Stephano*, App. de D. A. p. 69 —— 74. sed his nihil inest, quod ad nostra possit comparari, ne paginæ quidem 88, qua vitiosi pleonasmi prodit exemplum illud *Aeschyli*, vexatum *Aristophani*; cuius patrocinium suscipit Cl. *Abreschius* Animadv. ad *Aesch.* p. 404, 405. *Stanlejus* in Choeph. v. 5. ut *Euripiden* istius non immunem vitii fuisse argueret, unicum excitat ex Oreste versum 141, (λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης) Τίθειτε, μὴ κτυπεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος. ubi coniecturam *Arnaldi* Miscell. Obs. VI, p. 586. μὴ ψοφεῖτε legentis, firmat Codex Leid. B, velut interpretamentum exhibens τὸ κτυπεῖτε· *Hesychius*: ψοφεῖ, κτυπεῖ. conf. v. 137. sed, quæ choro tribuuntur, Electræ sunt morbo fratris perturbatæ paventisque verba: vid. *Dionys. Halicarn.* περὶ συνθέσ. Ὀνομ. § XI, p. 18, 12. pavidæ puellæ, ne frater excitaretur somno metuenti, convenit isthæc venusta ταυτολογία. Fuit autem *Euripidis* ingenium ab istiusmodi parallelismis alienius, in quibus ferendis *Sophocles* luxuriavit. Sunt ab his nostris sanequam diversa, quæ quidem *Bossius* attigit etiam *Euripidea* Exercit. S. p. 32. nec non *Io. Pricæus* ad I *Ioh.* II, 27. qui plura collegit similia ad *Lucae* Ev. I, 20. XVIII, 16. Acta Ap. XIII, 11. His alia possent adiungi, nihil tamen ex Euripideis, quod in hac sede tueretur ista: Δισσὼ στρατηγὼ καὶ διπλῶ στρατηλάτα· quodque cum his possiet ul-

ullo pacto componi, nisi forte versus e Medea 36, *Στυγεῖ δὲ παῖδας, οὐδ' ὁρῶσ' εὐφραίνεται.* verum hæc quoque multum distant. Illud itaque ratum sit, versum nostrum spurium esse, quem ubi eieceris, apte versus male distracti coeunt.

Vs. 1370, 1372. "Εστησαν *ἐλθόντ' εἰς μέσον μεταίχμιον, Ὡς εἰς ἀγῶνα μονομάχου τ' ἀλκὴν δορός.*] Literam e vulgato *μονομαχοῦντ'* incommodam sustuli, hoc quoque confidentius, quod eamdem hic tollendam iudicaverat *Io. Piersonus.* idem latere videtur in lectione Cod. Cant. Scholiastæ memorata, quam *Kingius* repræsentavit: *μονομάχου τ' ἀλκὴν δορός. μονομαχοῦντ'* sive *μονομαχοῦντε*, quod *Arnaldus* cum *ἐλθόντε* suoque conferebat *κοσμήσαντε*, hic locum tueri non poterat; neque enim Græce dixeris *μονομαχεῖν ἀλκὴν δορός.* hoc incommodo motus *Battierius* corrigebat *μονομαχοῦντ' ἀλκῇ δορός.* sed eadem litera ex altera voce sublata sensum præbebat optimum; vocem prætere positam Euripideo more. Supra Phoen. v. 1335, *μονομάχῳ μέλλειν δορὶ* Εἰς *ἀσπίδ' ἥξειν·* tantumdem valet ac *μονομαχήσοντας· Eurip.* Heraclid. v. 819, *μονομάχου δι' ἀσπίδος Διαλλαγὰς ἔγνωσαν οὐ τελουμένας.* Nostrum e Phoenissis locum quibus verbis, suis in Phoenissis, expresserit *Aristophanes*, novimus *Athenaei* beneficio IV, p. 154. E. apud *Athenaeum* vulgata: 'Ες *Οἰδίπου δέτται δὲ διπτύχῳ κόρῳ* ——— feliciſſime, TT tantum in Π mutatis, iam dudum restituit *Adr. Heringa:*

'Ες Οἰδίπου δὲ παῖδε, διπτύχω κόρω,
"Αρης κατέσκηψ', οἵγε μονομάχου πάλης
'Αγῶνα νῦν ἑστᾶσιν.

Correctioni, quam vir Amicissimus mecum aliquando communicavit, hic suus esse locus videbatur. Non Oedipi tantum filios *διπτύχους* dixit *Euripides*, sed toties vocem de *duobus* adhibuit, ut isthoc usu castigatum *Aristophanis* ingenium offendi debuerit, non sine sale commemorantis Oedipi *παῖδε, διπτύχω κόρω.*

Vs. 1378, 79, 80. [*Αἴσχιστον αἰτῶ στέφανον, ὁμογενῆ κτανεῖν.*] [*Πολλοῖς δ' ἐπῄει δάκρυα τῆς τύχης ὅση.*] [*Κἄβλεψαν ἀλλήλοισι διαδόντες κόρας.*] Hi tres versus meo quidem iudicio sunt adulterini; sed insulsus eorum conditor ita sese prodidit, ut moniti plerique fraudem interpolatoris hic saltem mecum agnituri videantur. Plerosque dico: dantur enim semper, qui tot seculorum veneratione veluti consecrata loco moveri nolint, aut absurda quaevis *Euripidi* malint imputare, quam tanta licentia grassari. Primum, ut Graece minus intelligentes haec quoque cognoscant, Latinam conversionem adponere molestum non erit, quam dedit *Io. Kingius: Turpissimam peto coronam, ut interficiam fratrem. Multis vero obortae lacrymae, quanta erat calamitas. Et intuebantur sibi invicem obvertentes pupillas.* Hominem adparet in gnomis exercitatum fuisse legendis; adeo singulis versibus singulas complectitur sententias diversissimas; utrum personis, tempori, loco congruerent, nec ne, parum curantem. Sed forte moduli quædam inest suavitas? Nullam inesse fatebitur, qui quidem aures habuerit in *Euripideis* exercitatas: vicina duntaxat ad hæc comparentur; mox immensa poterit animadverti diversitas. Polynices & Eteocles duobus singuli senariis malas suas preces circumscribunt; his quidem Eteocles:

Δὸς ἔγχος ἡμῖν καλλίνικον ἐκ χερὸς
Εἰς στέρν' ἀδελφοῦ τῆσδ' ἀπ' ὠλένης βαλεῖν.

his autem Polynices:

Δός μοι κτανεῖν ἀδελφὸν, ἀντήρη δ' ἐμὴν
Καθαιμακτῶσαι δεξιὰν νικηφόρον.

quæ

quæ quidem ex *Homereis* expreſſa ſunt Il. Γ, v. 351, 352. Nihil ad iſta ſua videtur Eteocles adieciſſe; nihil Euripideus adiecit Polynices; non verſum certe vulgatum:
Αἴσχιστον αἰτῶ στέφανον, ὁμογενῆ κτανεῖν.
cuius, ni fallor, abſurditatem ſentiens *Gul. Canterus* αἰτῶν legendum ſuſpicabatur: memorata *Canteri* coniectura, *Barneſius*, *mire*, ſcribit, *hallucinatur vir magnus: Quare* αἰτῶ *retinendum mordicus. Et Mſ retinet.* quæ multo magis mira videbuntur. αἰτῶν eo reiiciendum, quia proximis quatuor verſibus nihil, quo referri potuerit, præceſſerat: codicum quoque valet hic conſenſus in αἰτῶ. Sed ſi ſunt Polynici tribuenda, quod certe voluit interpolator, quo tandem caſu tantum fuit ab iſto Polynice mutatus, ut hic dedecori ſibi fore victoriam fateretur, qui cauſæ fretus aequitate ſua venerat repetitum? *Statii* Polynices eodem articulo temporis quum idem a Dis petiiſſet Theb. XI, v. 505. —— non, ait, *non improba poſco Vota: piabo manus, & eodem pectora ferro Reſcindam, dum me moriens hic ſceptra tenentem Linquat.* Cauſa Polynicis multo melior erat Eteoclea, ſecundum *Euripiden* ceterosque qui bellum cecinere Thebanum: *Statius* Theb. VIII, v. 614. *Nutat utroque timor, quemnam hoc certamine victum, Quem vicisse velint (forores:) tacite praeponderat exul. Seneca* Phoen. v. 378, *Regnum repoſcit: cauſa repetentis bona eſt; Mala, ſic petentis.* v. 383, —— *utrumque quamvis diligam affectu pari;* (loquitur Iocaſte) *Quo cauſa melior, ſorsque deterior trahit, Inclinat animus, ſemper infirmo favens.* Quidquid huius ſit; ſenarius *Euripidis* Polynicen dedecet: Αἴσχιστον αἰτῶ στέφανον, ὁμογενῆ κτανεῖν· Euripidea ſunt: στέφανον εὐκλείας λαβεῖν· Καλὸς γὰρ ἀστοῖς στέφανος, εὐκλείας τυχεῖν· ταῦτα δρῶν Κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί· —— στέφανος οὐκ αἰσχρὸς πόλει, Καλῶς ὀλέσθαι. ſed vel unicum mihi monſtrari velim, apud Tragicos inprimis, aut etiam alibi, qui στέφανον petierit, ſemet ipſo confitente, αἰσχρὸν & αἴσχιστον· præterea qui hac ſtructura, haud ſanequam Euripidea, Deos popoſcerit στέφανον —— κτανεῖν· ſive qui τὸ κτανεῖν, vel ſimile quid, iſto modo αἴσχιστον στέφανον, aut στέφανον dixerit. —— In ſequentibus magis etiam interpolatoris manifeſta ſunt veſtigia:
Πολλοῖς δ' ἐπῄει δάκρυα τῆς τύχης ὅση.
Fac ſic Græcos illos veteres loquutos; quinam obſecro ploraſſent ad iſtas Polynicis preces; duces, an milites gregarii? atqui ſupra, quum oblatam a fratre Polynices accepiſſet conditionem, v. 1244, 45. Πάντες ἐπερρόθησαν Ἀργεῖοι, τάδε, Κάδμου τε λαός, ὡς δίκαι' ἡγούμενοι. Tum vero noverant, de vita & ſanguine certaturos. Præterea, ſi barbaram ſpectes iſtius ævi crudelitatem, nihil hic erat adeo dignum lacrymis, quas usque ad triſtiſſimum utriusque fratris caſum ſuſtinuiſſe potuerant, quos ſibi ſimiles fuiſſe bonus ille putabat Literator. In ipſo fratrum certamine, ſudando, non lacrymis, metum exprimunt ſpectatores Euripidei v. 1397. Πλείων δὲ τοῖς ὁρῶσιν ἐστάλασσ' ἱδρὼς, Ἢ τοῖσι δρῶσι, διὰ φίλων ὀρρωδίαν. Ne hæc quidem ad verſum configendum ſufficerent, niſi vocabulorum quoque documenta ſubminiſtraret ſtructura: —— Πολλοῖς δ' ἐπῄει δάκρυα· *Multis obortae ſunt lacrymae.* Ea quidem, ut puto, Græce peritiſſimis erit inaudita loquendi forma. Quæcunque mentem *ſubit* cogitatio, Græce dicitur ἐπιέναι, ἐπελθεῖν, εἰσιέναι, εἰσελθεῖν & ὑπελθεῖν· uſitata ſunt: ἐπῄει vel ἔπεισί μοι, ἐπῆλθε vel ἐπέρχεταί μοι, λέγειν, θαυμάζειν, ἐπαινεῖν, φιλοσοφεῖν, οἰκτείρειν, σκοπεῖσθαι. poſtrema

reperientur in Demodoco, qui dicitur *Platonis* T. III, p. 380. A. apud *Plutarch.* T. II, p. 260. D. *Athen.* XIII, p. 562. A. in *Alexidis* loco. IV *Maccab.* I, 10. ubi lectio genuina revocari debet e Codicibus, ἔπεισί μοι ἐπαινεῖν, pro ἔπεστι. plura dedit in Luciani Prometh. Celeberr. *Hemsterhusius* T. I, p. 26. ibidem docet, εἰσέρχεσθαι & εἰσιέναι utroque casu gaudere. conf. *D'Orvill.* Anim. in *Charit.* p. 494. —— Sermonis genius non patitur, ut dicatur: ἐπήει μοι δακρύειν· aut etiam Πολλοῖς δ' ἐπήει δάκρυα· quanquam apud Tragicos, quod fatendum est, in talibus nomina quoque frequententur: Euripideo more diceres: εἰσῆλθέ με vel εἰσήει, vel ὑπῆλθέ μ' ἵμερος, φόβος, ἄλγος, οἶκτος, ἐπιθυμία· *subit animum spes, desiderium, admiratio, metus, moeror, commiseratio*, &c. attigit Latina *Burmannus* ad *Ovid.* Heroid. XVIII, v. 62. *Eurip.* Or. v. 1328, ἀλλά με Φόβος τις εἰσελήλυθ'· in Med. v. 931, Εἰσῆλθέ μ' οἶκτος. Iphig. Aul. v. 491, 92, μ' ἔλεος —— Εἰσῆλθε. v. 1411, λέκτρων σῶν πόθος μ' εἰσέρχεται. add. v. 1374. Ion. v. 1539. *Sophocles* adamavit in talibus ὑπῆλθεν. vid. Philoct. v. 1225. Oed. in Col. v. 1460. Elec. v. 1118. ὥς μ' ὑπέρχεται φόβος· *Plato* Phædro p. 251. A. τί τῶν τότε ὑπῆλθεν αὐτὸν δειμάτων. *Euripid.* Hippol. v. 1089. Οὐ γάρ τις οἶκτος σῆς μ' ὑπέρχεται φρενός· ubi Codicem Flor. libentius sequor, editis concinentem, quam Parisinum, qui præbet ἐπέρχεται. notum illud e Medea v. 57. Ὥς θ' ἵμερος μ' ὑπῆλθεν &c. transsumptum a *Philemone* ap. *Athen.* VII, p. 288. D. & *Scriptore* dramatis Χριστοῦ π. v. 56. semel, quantum nunc memini, Tragicus Noster ἐσήει eadem adhibuit structura in Oreste v. 1670. Καί τοι μ' ἐσήει δεῖμα· nam *Euripidis* esse versum in Iphig. Aul. 1580, Ἐμοὶ δέ τ' ἄλγος οὐ μικρὸν εἰσήει φρενί, mecum negabit, cui nota fuerit Euripidea scribendi ratio: sequenti versu ponatur: Κἄπειτ' ἱερεὺς, *sacerdos* nempe; tum adparebit, opinor, & istum versum a mala fuisse manu interfertum. Nuspiam autem istum in usum adhibetur ab *Euripide* verbum ἐπιέναι nec Græce diceretur in universum: Πολλοῖς δ' ἐπήει δακρύειν τὴν τύχην, ὅση· vel δάκρυα τῆς τύχης ὅση· quod etiam in Leid. Codd. interpretantur Grammatici, πολλοῖς δὲ ἐπήρχετο δακρύειν ἕνεκα τῆς δυστυχίας ὅση ἦν. —— Venuste *Sophocles* Aj. v. 118, Ὁρᾷς, Ὀδυσσεῦ, τὴν θεῶν ἰσχὺν ὅση. *Euripides*, Τὴν δ' Ἀφροδίτην οὐχ ὁρᾷς ὅση θεός; apud *Plutarch.* Erotico p. 756. D. *Athen.* XIII, p. 599. F. *Stob.* Eclog. p. 21. Sed hæc quantum, obsecro, sunt ab illis disparata! Legerat, opinor, versiculi nostri Pater *Gregorii Nazianzeni* iambos in *Maximum*:

Τί ταῦτα; τολμᾷς καὶ σὺ, Μάξιμε,
γράφειν;
Γράφειν σὺ τολμᾷς; τῆς ἀναιδείας ὅση.

qui prostant T. II, p. 249. D. sed hic φεῦ subaudiendum, ut alibi ὦ, etiam in τῆς τύχης· vid. *Henr. Steph.* Anim. in Lib. de Dial. p. 52, 53. & in Append. de D. A. p. 103. apud *Plutarch.* T. II, p. 241. C. vetula Lacæna: ὦ γύναι τᾶς τύχας. at nostro versu non continetur exclamatio, neque adeo locum reperiret ὦ in, Πολλοῖς δ' ἐπήει δάκρυα τῆς τύχης ὅση: hic, nequid celasse videar, Codex Leid. B ὅσα præfert, Flor. τῆς τύχης ὁά· quod ultimum, vulgatis offenso, correctori docto deberi suspicor, qui legere se meminerat in *Aeschyli* Pers. v. 116, Ὀὰ Περσικοῦ στρατεύματος. hoc tamen non efficiet, ut a sententia demovear. —— Quod sequitur tandem prioribus egregie congruit:

Κἄβλεψαν ἀλλήλοισι διαδόντες κόρας.

In A Leid. legitur διαδιδόντες· in B, ἀλλήλοισιν ἐνδόντες· neutrum isthoc sensu, quem versus poscere videtur, Græcum est: oportet enim idem signi-

gnificetur, quod in *Euripidis* Herc. Fur. v. 951. dicitur: ἄλλος εἰς ἄλλον δρακών: *Quinto Smyrn.* IV, v. 300. ἐνέδρακον ἀλλήλοισιν· hoc vulgatæ prætulerim: —— *Gul Canterum* miror, minus cogitate ſic abutentem hoc verſu noſtro Nov. Lect. VII, c. III. ut idem illud κόρας διαδοῦναι vel διάδοτε firmaret, ipſius iudicio reſtituendum in *Euripidis* Oreſte v. 1269, ubi tum vulgabatur, Κόραισι δίδοτε διὰ βοστρύχων πάντῃ. tres libri Leid. eadem præferunt; recte tamen *Kingius* exprimi curavit optimi Cod. Reg. Soc. lectionem: Κόραισι δίδοτε πάντα δ. β. id eſt *quaquaverſum circumſpectate.* *Eurip.* Androm. v. 1087, *per triduum* Θέᾳ διδόντες ὄμματ' ἐξεπίμπλαμεν· ubi medium ὄμματ' ad utrumque pertinet. Phœniſſ v. 465, *quum amicus iratus amico*, Εἰς ἓν συνελθὼν ὄμματ' ὄμμασι διδῷ· Quoniam præterea nihil datur in Euripideis quodammodo ſimile, veroſimillimum eſt, ex his ſuum illud conflaſſe nugatorem: Gorgones dici poterant ἀλλήλαισι διαδοῦσαι κόρας· κόρην certe: nequaquam milites, ſe invicem intentis oculis contuentes: in aliud aptius poterat quidem τὸ διαδόντες mutari; verum verſus eſt indignus qui corrigatur. Inſunt etiam alia minus Euripidea: ſed prolixe iam diſputata ſi Doctum Lectorem, cui liber eſt animus, non movent, quid tandem iuvaret plura protuliſſe?

Vs. 1382. Βλέψας πρὸς οἶκον, ἤρξατ',] Sic in omnibus Codd. ſuis ſcriptum reperit, recteque vulgavit *Kingius* pro ηὔξατ': alterum Codd. quoque præbent Leidenſes.

Vs. 1385. Κτανεῖνθ', ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν.] Id ſi mihi concedatur, verſus tres 1378, 79, 80, recte tanquam ſpurios fuiſſe notatos, hoc quoque facile dabitur, noſtrum hunc 1385, prioribus quidem paulo meliorem, rectius abfuturum hoc loco, quo, ſicuti Polynices, eadem laudabili temporique congrua βραχυλογίᾳ Eteocles etiam duobus votum ſuum ſenariis expreſſerit; ad quod hoc verſu nihil adiicitur præter rem omnibus notiſſimam, Polynici, ſuam ipſius patriam infeſtanti, cum ceteris Ducibus communem: nam quid quæſo, diſtant ἔγχος καλλίνικον Εἰς στέρν' ἀδελφοῦ βαλεῖν, & eumdem Κτανεῖν; neque enim huc, opinor, advocabitur v. 1406. Tandem totidem literis ſcriptus verſus ſupra legitur 763. utrobique, ni fallor, perperam; ſicubi recte; videri poſſet ab Actore Tragico male repetitus.

Vs. 1388. Ἦιξαν δρόμημα δεινὸν ἀλλήλοις ἔπι] Supra fuit e Mſſ. ἀλλήλοιν repoſitum; hic nihil variant in iſta voce Codices, præferentes ἦξαν· ſed in Leidd. omitti ſemper ſolet, ubi vulgo ſubſcriptum iota requiritur: verſu 1469, Codicis Flor. lectio ἀνῆρξε fluxit e genuina: ἦσσον, quod legitur v. 1391, & 1479. non certe cadet in dubitationem; nec præſens tempus in duas ſyllabas contractum ᾄσσω. Quæ dubio carere videbantur *Hemſterhuſii* tamen obſervata in *Ariſtoph.* Plut. v. 73?. vir quidam Eruditus in dubium vocavit. Ea res paucis expendi nequit, nec huius eſt loci. In ἄττειν, quod recentioris eſt Atticiſmi, vulgo quidem iota negligitur, apud *Platonem* ſemper; T. I, p. 144. A. T. II, p. 118. B. p. 621. B. T. III, p. 313. B. *Clem. Alex.* p. 28, 29. *Philon. Iud.* p. 595. A. alioſque; literam tamen antiquitus adpoſitam fuiſſe liquet ex *Heſychii* Διαπτεῖν, ὁρμᾶν· totidem olim fuerant ductus ΔΙΑΙΤΤΕΙΝ· διᾴττειν. Eadem in *Alexidis* verſu menda ſcripturæ priſcæ præbet indicium *Athen.* IX, p. 379. C. κάεται δέ μοι τὸ πῦρ Ἤδη· πυκνοὶ δ' ἄπτουσιν Ἡφαίστου κύνες. *Ca-*

sauboni sustulisset dubitationem collatus *Eustathius* in Il. Σ, p. 1206, 4. Ne lineola pereat, *Alexin* ΑΙΤΤΟΥΣΙΝ, ἄττουσιν scripsisse fatebuntur vulgatarum lectionum defensores: ἄττων in versu quoque *Gregorii Nazianz.* relictum T. II, p. 3. A. *Dawesio* sine iota scriptum εἰσάττειν vox erat *plane nihili*, Miscell. Crit. p. 230. —— Discant adolescentes, saepe fraudi librariis fuisse primitus adscriptum iota: exemplo sit fragmen Odes *Anacreontis* a *Maximo Tyrio* servatum p. 299. quodque *Barnesius* non male tractavit n. 79. tertii tamen ille versus veram obscuravit lectionem, dum dedit, Χαρίεντα γὰρ διδῶμι: malebat *Davisius*: Χ. γ. διδῶ μέν· vulgatur apud *Maximum*:

Χαρίεντα μὲν γὰρ διδῶ·

Quis monitus negabit ᾄδω corrigendum? Ἐμὲ γὰρ λόγων ἕκητι / Οἱ παῖδες ἂν φιλοῖεν· / Χαρίεντα μὲν γὰρ ᾄδω, / Χαρίεντα δ' οἶδα λέξαι. Similiter pro διδοῦσιν scribendum est ᾄδουσιν in *Dion. Chrys.* Or. XXXII, p. 363. D.

Vs. 1389, 90. Κάπροι δ' ὅπως, θήγοντες ἀγρίαν γένυν, Ξυνῆψαν, ἀφρῷ διάβροχοι γενειάδας.] Importunum ἔγχη, quod verbo Ξυνῆψαν, e versu 1199, velut interpretamentum fuerat adiectum, tollendum monuit *Gul. Canterus*; non viderat *Petr. Victorius* V. L. XII, c. IX. *Cantero Barnesius* obsequutus est: dudum iam sustulerat *Grotius*, Parisinos Codices sequutus: Ξυνῆψαν, ἀφρῷ δ. γ. legitur in Leidd. Codd. & Flor. si in iisdem fuisset Ξυνῆπτον, hoc quoque nostro loco derivasse videretur *Gregorius Nazianz.* in carmen de Vita sua p. 28. D. ubi qui favebant Theologo, δῆμος vocantur ἠπιοφρόνων· non ἠλιοφρόνων, quod *Iac. Billium* decepit: haec in adversarios torquet *Gregorius*:

Κάπροι δ' ὅπως, θήγοντες ἀγρίαν γένυν

(Ὡς ἂν μιμήσωμαί τι τῆς τραγῳδίας.)
Λοξὸν βλέποντες ἐμπύροις τοῖς ὄμμασιν,
Συνῆπτον.

Versus, Λοξὸν βλέποντες ἐμπύροισιν ὄμμασιν, hac in sede profecto non esset indignus *Euripide*; videri quoque posset ista legisse *Statius*, hunc locum imitatus sine controversia, nam de iisdem loquitur, Theb. XI, v. 530. *Fulmineos veluti praeceps cum cominus apros Ira tulit, strictisque erexit pectora setis; Igne tremunt oculi, lunataque dentibus uncis Ora sonant: —— —— Sic avidi incurrunt* —— Istam praefero Mſ. lectionem vulgatae: —— *cum cominus egit Ira sues.* Κάπρος, ut notum, Latinis est *aper*: vid. *P. Leopard.* Emend. II, c. X *S. Bochartus* Hieroz. P. I, L. III, c. XXIV. Saepius autem *aprorum* ὄμματα memorantur πυρὸς γέμοντα. sufficiat *Ovidius* Met. VIII, v. 284. *Sanguine & igne micant oculi, riget ardua cervix; Fervida cum rauco latos stridore per armos Spuma fluit: dentes aequantur dentibus Indis.* idem illud *Igne micant oculi* e *Statio* Mſ. *Nic. Heinsius* excitat ad *Ovid.* I Amor. VIII, v. 16. *Homero* memoratur *aper* in Od. T, v. 446. Φρίξας εὖ λοφιήν, πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς.

Vs. 1393. Εἰ δ' ὄμμ' ὑπερσχὸν ἴτυος ἅτερος μάθοι, Λόγχην ἐνώμα στόματι,] Expressit *Theocritus* Carm. XXII, vſſ. 187, 188. Ἔγχεσι μὲν πράτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον, Ἀλλάλων εἴ πού τι χροὸς γυμνωθὲν ἴδοιεν.

Vs. 1395. —— ἀσπίδων κεγχρώμασιν] In libris vetustis alia quoque lectio fuisse videtur κερχνώμασιν: utraque lectio fuit in Lexicon Tragicum, hinc in *Hesychianum* recepta; suo loco legitur: Κεγχρώμασι deinceps apud *Hesychium*: Κερχνώμασι, τραχύσμασι, κυκλώμασι, σιγλισμοῖς. καλοῦσι δὲ καὶ τὸν περὶ τὰς ἴτυς τῶν ἀσπίδων κόσμον,

σμον, Hæc & reliqua *Salmaſius* explicuit atque utramque noſtræ vocis ſimiliumque docuit obtinuiſſe pronunciationem in *Plinian.* Exercit. p. 339, 340. Præter iſta nihil quod alicuius ſit momenti protulit Ill. *Spanbemius* in *Callim.* h. in Del. v. 271. Recentior & emollita fuit pronunciatio κέγχρος & κέγχρωμα· vetus atque aſperior, κέρχνος & κέρχνωμα, hæc quoque, niſi fallor, *Euripidea.* Præter cetera reperitur apud *Heſych.* Καταкερχνοῦται, τραχύνεται. Perparum diſtabant a ſe invicem Ionica dialectus & Attica vetus, qua Tragici fuerunt uſi.

Vs. 1396. —— ἀργὸν ὥστε γίγνεσθαι δόρυ.] Supra v. 483. *Kingium* e MSſ. γίγνεται poſuiſſe memini pro γίνεται· hic, quum γίγνεσθαι e Flor. Cod. fuerat enotatum, vulgatæ formæ literam interſerui. *Moeris Atticiſta:* Γίγνεται, Ἀττικῶς· Γίνεται Ἑλληνικῶς. in re minuta minime contemnenda tradit *Heraclides* apud *Euſtath.* in Il. Π, p. 1083. 9. & inprimis ad Odyſſ. Μ, p. 489, 23. Γίγνωσκειν & Γίγνεσθαι veterem eſſe verborum ſcriptionem evincens: firmat illam Latinum *Gigno.* Græcorum obſoleta forma fuit activa multiplex: γένω· γείνω· γίνω· a γένω, γιγένω, γίγνω· ſicut a πέτω, πιπέτω, πίπτω· μένω, μιμένω, μίμνω.

Vs. 1397. Πλείων δὲ τοῖς ὁρῶσιν ἐστάλαξε' ἱδρὼς,] Hic quoque mutatæ lectionis Lector a *Kingio* debuerat admoneri; vulgarant ad eum usque ἐστάλαξ' ἱδρὼς, quod in optimo Leid. quoque legitur & Flor. ἐστάλασσ' ἱδρὼς erat in B Leid. & Cantabrig. Prius pæne reſtituiſſem ob ſequentem aſpiratam: alterum tamen ſe facile tuebitur. *Ennius*, ſæpius interpretatus *Euripidea*, huc forte reſpiciebat in Annali primo: *Sic exſpectabat populus atque ore timebat Rebus, utrei magnei victoria ſit data regnei.*

Vs. 1399. Ἐτεοκλέης δὲ, ποδὶ μεταψαίρων πέτρον Ἴχνους ὑπόδρομον,] *Grotium* miror, cur ſolus hic vulgarit, ποδὶ μεταψαύων πέτρον. hoc, tametſi vel in uno Pariſino Codice pluribusve vir Magnus invenerit, alteri tamen, tanquam interpretamentum, poſtponi debuerat. Genuinum μεταψαίρων in Leidenſibus Codd. cuſtoditum: in Flor. legebatur perperam μεταψήρον πέπλον. *Heſychius:* Μεταψαίρων, μεταφέρων. *celeri motu lapidem pede ſubmovens.* paululum diſtaret *Heinſianum* illud apud *Theocrit.* XXIII, 52. Τὰν πέτραν δ' ἐκύλισσεν ὑπ' ἐκ ποδὸς. In *Aeſchyli* quoque Prom. Vincto ψαύει veteris formæ ψαίρει locum occupaverat v. 394, Λευρὸν γὰρ οἶμον αἰθέρος ψαίρει πτεροῖς Τετρασκελὴς οἰωνός· Schol. ψαύει πτεροῖς] γράφεται καὶ ψαίρει· paulo ante illud non male διακόπτει interpretatus. *Aeſchylea*, Λευρὸν οἶμον αἰθέρος ψαίρει, *Virgilius* reddidit aptiſſime: *Radit iter liquidum*, Aen. V, v. 218. *radendi* namque propria verborum ψάω, ψαύω, ψαίρω, eſt poteſtas. Tauri caudam *radentes* Pleiades ſecundum *Nicandrum* Ther. v. 123. dicuntur ὑπὸ ταύρου Ὁλκαίην ψαίρουσαι. id eſt ὑποψαίρουσαι. Rarius apud veteres obvium, ψαίρειν aevo videtur recentiori renatum, aut e veteri Lingua cuſtoditum uſu quotidiano: *ventus vela* ψαίρειν *radere* dicebatur, qui *motu leni* vela per intervalla *leviter impellebat:* Scholiaſtes in hunc locum Phœn. οἱ ναῦται, ſcribit, ψαίρειν φασὶ τὸ ἄρμενον, ὅταν μὴ πολὺς ἄνεμος πνέῃ, ἀλλὰ μόνον ψαύῃ. *Hippocratis* e lib. II. de Morb. Mul. p. 643, 45. σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαίροντες *Erotiano* dicuntur in Lex. *Hipp.* οἱ μὴ εὔτονοι, καὶ ἐκ διαλειμμάτων ἀσθενῶς πλήττοντες· *lenes* autem venæ *pulſus* ſic dictos ſcribit

ἀπὸ

ἀπὸ τῶν ψαιρόντων ἀρμένων (perperam vulgatur ἀνέμων·) ἃ δὴ, οὐχ ὁμαλῶς ὑπὸ τῶν ἀνέμων φυσώμενα, ὁτὲ μὲν χαλαροῦνται, ὁτὲ δὲ πληροῦνται. vid. *Hesych.* in Διαψαίρουσι, cuius altera glossa. Διαψαίρειν, διακαθαίρειν, *abstergere radendo*, spectare videtur *Euripidae* fragmentum apud *Etymologum* p. 272, 1. in Διαψαίρουσα· —— Εὐριπίδης ἐπὶ τοῦ καθαίρειν, οἷον, Γλώσσῃ διαψαίρουσα μυκτήρων τόπους. In Codice Mf. Lugdunensi legitur: Εὐριπίδης δὲ ἐπὶ τοῦ καθαίρειν κέχρηται τῇ γλώσσῃ, Διαψ. sed versus, ni fallor, *Euripidae* fuit: Γλώσσῃ διαψαίρουσα μυκτήρων πόρους.

Vs. 1402. Πληγὴν σιδήρῳ παραδοθεῖσαν εἰσιδὼν,] *Battierius* in Museo Helvet. Part. XIX, p. 376. versum putabat hac in sede alienum, transponendum autem post versum 1404, atque adeo iungenda: Στρατὸς δ' ἀνηλάλαξε Δαναϊδῶν ἅπας, Πληγὴν σιδήρῳ παραδοθεῖσαν εἰσιδών. mihi caussae nihil esse videtur, ob quam viro Doctissimo suffragaremur.

Vs. 1404. Στρατὸς δ' ἀνηλάλαξε] Dederat *Aldus* ἀνηλάλαξε recepit alterum *Oporinus*: *Barnesius* ut diversam lectionem Scholiis excitat ἐπηλάλαξε· sed huic loco non congruit *adclamandi* verbum. Ἀναλαλάζειν & Ἐπαλαλάζειν tantum distant, quantum ἀνολολύζειν & ἐπολολύζειν· ἀνοιμώζειν & ἐποιμώζειν· ἀνευφημῆσαι & ἐπευφημῆσαι.

Vs. 1406, 7. στέρνα Πολυνείκους βίᾳ Διῆκε λόγχην,] Siccine vero pectus Polynicis *hasta traiecit* Eteocles? Quinimo *transadigere* summa vi *nitebatur*; sed optato eventu caruit, cuspide fracta: Διῆκε λόγχην —— ἀπὸ δ' ἔθραυσ' ἄκρον δόρυ. *traiecisset hastam*: —— *sed cuspidem fregit*; vel *traiicere conatus est*. Non enim Orientales tantum, & Iudaei Graecienses, sed quivis Scriptores antiqui hoc modo conantibus effectum tribuunt: vid. *Gataker.* A M. P. c. XXX etiam *Euripides*, ceterique Tragici: de Polynice *Aeschylus* Theb. v. 1027, Στράτευμ' ἐπακτὸν ἐμβαλὼν ᾕρει πόλιν *urbem oppugnaverat*, non *ceperat.* *Euripides* alibi saepius, & in his ipsis Phoen. v. 514. Polynicen dicit venisse σὺν ὅπλοις, καὶ πορθοῦντα γῆν. Eodem sensu capiendum v. 1426, ἐσκύλευέ νιν. optime *Statius* interpretatur, *Arma etiam spoliare cupit*, Theb. XI, v. 562. Phoen. v. 1595. Oedipus de patre: Ἐπεὶ δ' ἐγενόμην, αὖθις ὁ σπείρας πατὴρ Κτείνει με. sic *Homerus* Odyss. Π, v. 442. *Ulyssis* οἶκον ἀτιμὸν ἔδεις, μνάᾳ δὲ γυναῖκα, Παῖδά τ' ἀποκτείνει. attigit & Euripidea quaedam *Elsnerus* Obs. S. T. 1, p. 229.

Vs. 1409. Εἰς δ' ἄπορον ἥκων δορὸς,] Hic mea quidem opinione dubium non est, quin vulgatum Ὡς in Εἰς recte transmutaverit, Codicum auctoritate, *Grotius*, quem sequuntur *Piersius* & *Kingius*. Leidensium Codicum alter Εἰς, alter, antiquior, praebet Ὡς δ' ἄπορον. Flor. Ὡς γ' ἄπορον. Quum in Cantabrig. Cod emendat. legeretur Εἰς δ' ἄπορον, *Barnesius Duporto*, qui forte fortuna verum viderat, non multum repugnans, loca tamen excitat, quibus ostendere nititur, nihil esse cur illud mutaretur. In his tria sunt duntaxat, quibus si recte collocatum ὡς, laudanda *Barnesii* videbitur prudentia: primus est Hippolyti v. 1298,

Ἀλλ' εἰς τόδ' ἦλθον, παιδὸς ἐκδεῖξαι φρένα.

in Scholiis, non velut diversa lectio, sed casu positum ab Editore primo, ἀλλ' ὡς τόδ' ἦλθον, *Barnesio* magis Poëticum videbatur: nuper etiam tanquam sine controversia sincerum a viro

τὸ Doctiſſimo fuit in eam rem productum: iſthoc loco cum Edd. duo ſaltem Codd. conſpirant Pariſ. & Flor. formulam εἰς τόδ' ἦλθον Euripidi familiarem eſſe, diſcant diſſentientes ex Noſtratis *Io. Pierſoni* Veriſim. p. 137, 138. —— Alter locus eſt Iphig. Taur. v. 335. Tertius in Bacch. v. 1287. hic, moræ minus patiens, Agaue cunctanti Cadmo:

Λέγ', ὡς τὸ μέλλον καρδία πήδημ' ἔχει.

καρδία *Canterus*, καρδίας legit *Scaliger*; poſterius placet: *Barneſio* iudice, neque ſolo, ὡς τὸ μέλλον hic ſignificabit idem ac εἰς τὸ μέλλον· ſed hoc velim nobis interpretentur. Τὸ μέλλον idem eſt ac μελλησμὸς, ſenſusque planiſſimus: *Dic; nam cunctatio cordis adfert palpitationem.* —— Quantillum iam fuerit in Iphig. Taur. v. 335. repoſuiſſe: —— ὅσον τάχος Ἐς χέρνιβάς τε καὶ σφάγι' ἐξέπεμπέ σοι. —— Præter iſta tria loca nihil in hanc rem excitavit ex *Euripide* vir Eruditiſſ. in Miſcellan. Nov. T. III, p. 13. Neque alia reperientur Euripidea, in quibus ὡς, iſthoc modo iunctum quarto caſui, pro εἰς poſitum videri queat, præterquam ante pronomina: ὡς σὲ, ὡς ἐμὲ, ὡς ὑμᾶς. atque hoc ſemel apud *Sophoclem* Trach v. 542. Eadem apud *Ariſtophanem* reperientur, & ὡς βασιλέα· ὡς Εὐριπίδην, ac ſimilia. Legitur in eius Pace v. 103. Ὡς τὸν Δί' ἐς τὸν οὐρανὸν (πέτεσθαι·) quod differentiam ſatis manifeſtat; neque enim dixiſſet, opinor, *Ariſtophanes*, ὡς τὸν οὐρανόν. Hoc, mea quidem opinione, ſtat hactenus illabefactum, Tragicos & Comicos ſaltem illud ὡς, iſthoc modo poſitum, ἐπὶ ἐμψύχων duntaxat adhibuiſſe: Comicorum loca plurima ſunt ad manum, ne unus quidem qui contrarium ſuadeat: horum conſtans uſus, non Atticiſtæ cuiuspiam locus, quid genuinum ſit monſtrat. Urbium autem regionumve nominibus illud ὡς apud veteres rariſſime iunctum reperiri monuerat Celeberr. *Hemſterhuſius* Miſcellan. Obſerv. Vol. v, T. 3, p. 56. Eumdem tractans *Ephesii Xenophontis* locum V. D. in Miſcell. Nov. l. c. loca tamen enotavit nonnulla; ſed hæc Summi viri monitum adfirmant; ſunt enim de centenis perpauca. Ceterum quam ſtatuunt in his Eruditiſſimi ſuppreſſæ præpoſitionis ellipſin nunc non placet expendere: vellem tantum meminisſent, ὡς multis loquendi formis adiici, quibus, ſiquidem abeſſet, quod ad ſenſum, nihil aut perparum decederet. —— Satius erit, voculam ὡς, diverſiſſima licet poteſtate capiendam, in vicem præpoſitionis εἰς ita reſtituisſe, ut obſcurus *Euripidae* locus ſuum lumen recuperet in Heraclid. v. 430.

Ὦ τέκν', ἔοιγμεν ναυτίλοισιν, οἵτινες,
Χειμῶνος ἐκφυγόντες ἄγριον μένος,
Ὡς χεῖρα γῇ συνῆψαν, εἶτα χερσόθεν
Πνοαῖσιν ἠλάθησαν εἰς πόντον πάλιν.

Vulgata lectio, Εἰς χεῖρα γῇ συνῆψαν, per me ſane licet, ut exquiſita videatur aliis elegantia, *Heſychium* forſan adhibituris, *Gul. Canterum*, N. L. IV, c. VII. *Georg. Arnaldum* Lect. Gr. p. 238. mihi non videbatur *Euripidea* loquendi forma. Ὡς χεῖρα γῇ συνῆψαν, *ſimul ac*, vel, *ut manu terram tetigerant.*

Vs. 1409, 10. —— ἐπὶ σκέλος πάλιν Χωρεῖ] In utroque Leidenſi deſtitutum accentu παλιν velut iungenda monſtrat παλιν Χωρεῖ. *Euripides* Med. v. 1168, Χροιὰν γὰρ ἀλλάξασα λεχρία πάλιν Χωρεῖ. Vulgatur in Supplic. v. 460, —— τὸν γὰρ ἄγγελον χρεὼν Λέξαντ', ὅσ' ἂν τάξῃ τις, ὡς τάχος πόλει Χωρεῖν· interpretantur: *ex urbe abire.* Corrige: πάλιν Χωρεῖν, *recedere, retro cedere.* Supra iam monitum ad Vs. 732, πάλιν in talibus frequentari. — Hæc, & ſequentia, λαβὼν δ' ἀφῆκε μάρμαρον πέτρον, Μέσον τ' (id malim præ vulgato:) ἄκοντ' ἔθραυσεν· ſunt ex

 Ho-

Homereis expressa Il. Η, v. 264, Ἀλλ' ἀναχασσάμενος (Hector) λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ, Κείμενον ἐν πεδίῳ, —— Τῷ βάλεν Αἴαντος δεινὸν σάκος· Lapidis commodum recordabatur Eteocles, quem fecerat *Euripides* paulo ante ποδὶ μεταψαίροντα πέτρον, Ἴχνους ὑπόδρομον· artificium Tragici placebit idoneis iudicibus.

Vs. 1412. κάμακος ἀμφοῖν χεῖρ' ἀπεστερημένοιν·] Solius Scholiastae ductu *Battierius* posuerat, quod e Cantabrig. Cod. vulgavit *Barnesius* ἀπεστερημένοιν, pro ἀποστερημένοις. prius erat & in utroque Leid. in Flor. ἀποστερημένων. —— Hi tres Codd. in Vs. seq. 1413, ubi pessime vulgarant ante *Grotium* ἁρπάσαντες, praeferunt ἁρπάσαντε. Praeterea seiuncta, Ἔνθεν δὲ, coniungi malim: Ἐνθένδε, κώπας ἁρπάσαντε φασγάνων, Ἐς ταυτὸν ἧκον· similiter apud *Theocritum* XXII, v. 190. quum utriusque Δεῦρ' ἐάγη, σκαιέεσσιν ἐνὶ δεινοῖσι παγέντα· Τὼ δ', ἄορ ἐκ κολεοῖιν ἐρυσσαμένω, Φόνον αὖτις Τεῦχον ἐπ' ἀλλάλοισι. Praeiverat *Homerus*; sed, quia carmen erat protrahendum, ac *dignus* videbatur *vindice nodus*, Deum excitat, qui certantes dirimeret etiam in Il. Η, v. 273.

Vs. 1415. Πολὺν ταραγμὸν ἀμφιβάντ' εἶχον μάχης.] Quae hinc Latina fecerant, non ferenda monuit Clariss. *Abresch.* Lect. *Aristaen.* p. 282. mihi nondum liquet, an Græcum sit, & quid tandem hic significet πολὺν ταραγμὸν ἔχειν μάχης. Participium etiam ἀμφιβάντε Lectoribus saepenumero scrupulum iniecisse suspicor, iis inprimis, qui venustum illud *Homericum* ἀμφιβεβηκέναι sibi sumserunt illuminandum. Hunc scrupulum eximet *Eustathius*, qui eadem, quae prostant in Edd. legit, Euripideis usus in Il. Ζ, p. 508, 51. Ὅρα δὲ καὶ τὸ, πόνος Ἀμφιβέβηκεν, (v. 355.) ἤγουν κατέλαβε, περιῆλθεν· ὥστε οὐ πάντοτε ἡ λέξις τὸ σκέπειν καὶ βοηθεῖν δηλοῖ, ὡς οὐδὲ —— παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ, Πολὺν ταραγμὸν ἀμφιβάντ' εἶχον μάχης· ἤγουν ἀμφοτέρωθεν βάντες ἀντιπάλων δίκην κατ' ἀλλήλων. quae quidem explicatione Scholiastae, ἀμφοτέροις τοῖς ποσὶ βάντες καὶ στάντες, haud paulo sunt, me iudice, meliora. Sed *Euripidea*, quantum intelligo minus sincere scripta, non attingere constitui, ne modum videar excessisse: nam sententiam hic quaero diversissimam a vulgatis. Quid velim, intelligetur ex hoc forsan *Ennii* versu: *Tum clypei resonant, & ferrei stridet acumen.*

Vs. 1416, 17. Καί πως νοήσας Ἐτεοκλῆς, τὸ Θεσσαλὸν Εἰσήγαγεν σόφισμ'; ὁμιλίᾳ χθονός.] Τὸ Θεσσαλῶν Ε. σόφισμα, legit *Erasmus* in Adag. *Thessalorum commentum.* In Scholiis in *Eurip.* Orest. v. 1087, legitur ὁμιλίας χθονός· ut hic, apud *Hesychium*: Ὁμιλίᾳ χθονὸς, ἀντὶ τοῦ φιλίᾳ, ἔρωτι τῆς πατρίδος· καὶ ἀντὶ τοῦ πάλῃ· περὶ γὰρ τὴν πάλην ἐσπούδασαν οἱ Θηβαῖοι. postrema locum nostrum designant; nam & alibi legas ὁμιλίαν χθονός· *Aeschyl.* Eumen v. 714. conf. v. 1032. —— Est in *Euripidis* Androm. dictum, huic formulae interpretandae prae aliis inserviturum v. 683, 684. ἡ δ' ὁμιλία Πάντων βροτοῖσι γίγνεται διδάσκαλος. *Experientia Rerum magistra est omnium mortalibus. In fraudando* iam *exercitatus* Eteocles *instar Thessali commodum* hic *excogitasse* dicitur τὸ Θεσσαλὸν —— σόφισμ' ὁμιλίᾳ χθονὸς, novam fraudem, qua fratrem circumveniret. Quam morienti tribuit *Euripides* Polynici, fraudem adscribit Eteocli *Statius* Theb. XI, v. 554. *fraudemque supremam In media iam morte parat* Paulo superius *commodum* excogitasse dicebam; quia suspicor *Euripiden* scripsisse, Κεῦ πως νοήσας· alibi saepius Εὖ πως iungentem, velut in Phoen. v. 1475.

1475. Hippol. v. 477. Hel. v. 718. Locum nostrum attigit *Eustath.* in B, p. 251, 5. veterem laudans interpretem, qui *Θεσσαλὸν σόφισμα* simpliciter explicuerit, *μὴ τοῦτο ἢ ἐκεῖνο, ἀλλ' ἁπλῶς τὸ πανούργημα· καθὸ ἐμφαίνει καὶ Εὐριπίδης ἐν τῇ μονομαχίᾳ τῶν παίδων τοῦ Οἰδίποδος.*

Vs. 1419. *Λαιὸν μὲν εἰς τοὔπισθεν ἀναφέρει πόδα,*] Recepi, quod tres praebebant Codd. Flor. Leid. A, & Aug. *ἀναφέρει*, in locum vulgatae formae *ἐμφέρει*, quae Tragico minus convenit senario. Cod. Leid. B praebet *εἰς τοὔπισθε μεταφέρει πόδα.* Cod A, *εἰς τοὔμπροσθεν ἀναφέρει.* Hinc *ἀναφέρει* probandum; illinc *εἰς τοὔπισθεν·* hoc habet *Eurip.* Hippol. v. 1222. *Lesbonax* Protrept. p. 172, 16. *εἰς τοὔπισθεν —— ἀναχωρεῖν· Xenophon* Symp. p. 878. B. *εἰς τοὔπισθεν —— κάμπτεσθαι.* Lynceo vulnus infligit apud *Theocrit.* xxii, v. 197. *ὑπεξαναβὰς ποδὶ Κάστωρ Σκαιῷ.* Locum nostrum attigit, sed rectius omisisset *Gisb Cuperus* Obs. I, c. XII, p. 90. neque enim Graece dicitur *εὐλαβεῖν.*

Vs. 1422. —— *δι' ὀμφαλοῦ Καθῆκεν ἔγχος, σφονδύλοις τ' ἐνήρμοσεν.*] Contra primus Polynices apud *Statium* Theb. XI, v. 541. *cui fortior ira, nefasque Iustius, alte ensem germani in pectore pressit, Qua male iam plumis imus tegit inguina thorax.* —— Caussae nihil erat, cur *Grotius*, ab Edit. reliquis secedens, hic *σπονδύλοις* vulgaret; quam formam, ut puto, repererat in uno pluribusve Parisinis, quamque praebet Leidensis etiam Cod. B. alteram adhibuerunt veteres etiam Attici, literas aspiratas in multis adoptantes: *Moeris Atticista: Σχινδαλμός, ἐν τῷ Χ, Ἀττικῶς· Σκινδαλμός, Ἕλληνες. Φιδάκνη, Ἀττικῶς· Πιθάκνη, Ἕλληνες.* nostris in exemplaribus haec aliter scripta prostant apud *Aristophanem*: *Σχελίδες* tamen legitur in Equit. v. 361. & alibi. Huc non pertinet, quod in eiusdem vulgatur *Moeridis* utilissimo libello; *Ἀσχαρίζειν, Ἀττικῶς· Σκαρίζειν, Ἑλληνικῶς* corrigendum *Ἀσκαρίζειν. Aristophaneum* est *Ἀπασκαρίζειν· Hesychius* per *σπαίρειν* explicuerat: hoc enim latet in *ἐπαίρειν.* Cretensium erat *Βασκαρίζειν*, eodem auctore. *Erotianus* Lex. Hipp. *Ἀσκαρίζει, ἀντὶ τοῦ σκαρίζει.*

Vs. 1427. *Τὸν νοῦν πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔχων, ἐκεῖσε δέ.*] Haec etiam, sicut supra posita v. 363, *Λόγοισι χαίρει, τὸν δὲ νοῦν ἐκεῖσ' ἔχει·* adhibet *Thomas Mag.* in v. *Ἐκεῖ.* utriusque versus sedem adnotavit V. D. in Miscell. Obs. III, p. 108. versuumque modulo quidem noxias, a *Thoma* tamen insertas, voculas sustulit: nostra sic ibidem prostant: *τὸν νοῦν οὐκ ἔτι πρὸς αὐτὸν ἔχων, ἐκεῖσε δέ.* Saepius, *αὐτὸν* an *αὑτὸν* scribatur, ad sensum locorum parum interest; hic vero plurimum: *αὐτὸν* dederant *Aldus*, *Hervagius*, *Canterus.* *αὑτὸν* praetulit, cum *Grotio*, *Barnesius*: *αὐτὸν* revocavit *Kingius.* Quae *Kingius* omiserat in Scholiis, verba, *πρὸς τὸν νεκρὸν, ἢ πρὸς ἑαυτὸν,* Grammaticos hic etiam dubitasse, manifestant: mihi placet *αὐτὸν*, ut ad Polynicen referatur. *Euripideus* Eteocles, *ὡς νενικηκὼς μάχῃ, Ξίφος δικὼν ἐς γαῖαν, ἐσκύλευέ νιν, Τὸν νοῦν πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔχων, ἐκεῖσε δέ·* ratus vicisse (*Statii* Polynices Theb XI, v. 556.) *levavit Ad coelum palmas. Bene habet: non irrita vovi. Huc aliquis propere sceptrum atque insigne comarum: —— Haec dicens gressus admovit, & arma, —— Arma etiam spoliare cupit.* In spoliis, quaeque victoriam sequerentur, occupatus Eteoclis animus domo aberat: oculis cernebat iacentem, *Τὸν νοῦν πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔχων, ἐκεῖσε δέ* mentis autem oculos alio diviserat. Hercules furens in pictura

Philostrati p. 848. τοῖς ὀφθαλμοῖς dicitur ἀτενίζων ἐς ἃ ὁρᾷ, (sic legendum puto) τὴν δὲ τοῦ βλέμματος ἔννοιαν ἀπάγων ἐς ἃ ἐξηπάτηται. Notissimum illud *Epicharmi*, Νοῦς ὁρῇ &c. eo dictum scribit *Plutarch.* de Solert. Anim. p. 961. A ὡς τοῦ περὶ τὰ ὄμματα καὶ ὦτα πάθους, ἂν μὴ παρῇ τὸ φρονοῦν, αἴσθησιν οὐ ποιοῦντος. *Catullus* Carm. LXI, 15. *Nos alio mentes, alio divisimus aures: Iure igitur vincemur.* *Soph.* Trachin. v. 276. ἄλλοσ' αὐτὸν ὄμμα, θατέρᾳ δὲ νοῦν Ἔχοντ'· *Schol.* ἀλλαχόσε τὸν νοῦν ἔχοντα, καὶ οὐ δεινὸν (legendum: καὶ οὐδὲν δεινὸν) πείσεσθαι προσδοκῶντα. *Euripides* Ion. v. 251. Οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔσχον ἐνθάδ' οὖσα που. v. 1370. Ἐκεῖσε τὸν νοῦν δούς. Incertus apud *Stobaeum* Floril. p. 539, 5. Ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει. versum immutavit *Scaliger* in Strom. Proverb. v. 741. —— Curam omnem res tanta poscebat, nec oculos Eteoclis duntaxat, sed & animum intentum. Teucer apud *Quintum Smyrnaeum* XI, 101. νόῳ, καὶ χερσὶ, καὶ ὄμμασιν ἰθύνεσκεν Ἰόν· apud *Valerium Flaccum* VI, 580. Medea *Conspicit Aesonium longe caput: ac simul acres Huc oculos sensusque refert, animumque faventem.*

Vs. 1430. Μόλις μὲν, ἐξέτεινε δ' εἰς ἧπαρ ξίφος Ἐτεοκλέους,] Multo frequentius, quam *Barthio* fuit animadversum, Euripidea *Statius* imitatus, haec quoque mutuatus est: sed, quæ de Polynice Tragicus, Poëta Latinus prudentius, ut equidem arbitror, in Eteoclem transtulit; hic apud *Statium* primus & *sponte ruit, fraudemque supremam In media iam morte parat.* Theb. XI, 554. Vs. 563, *Ultrices animam servabat in iras. Utque superstantem pronumque in pectora sensit, Erigit occulte ferrum, vitaeque labantis Relliquias tenues odio supplevit, & ensem Iam laetus fratris non frater corde reliquit.*

Vs. 1432. Γαῖαν δ' ὀδὰξ ἑλόντες, ἀλλήλοιν πέλας Πίπτουσιν ἄμφω,] Licet unus tantum Cod. Leid. A praeberet, ἀλλήλοιν tamen pro ἀλλήλων recepi. Perperam in Flor. legebatur Γαῖαν δ' ἔδαξον· & in Edd. ὀδάξ. Ordinem autem nativum suo more Tragicus invertit, hic idcirco præsertim, quia *Homereum* erat: Γαῖαν ὀδὰξ εἷλον.

Vs. 1434, 35. Χο. Φεῦ, φεῦ κακῶν σῶν, Οἰδίπους· ὅσον στένω· Τὰς σὰς δ' ἀρὰς ἔοικεν ἐκπλῆσαι θεός.] Versuum priorem ex altero Leidensium B hic repraesentavi paulo meliorem, quam ferebatur. Eiusdem Codicis & Cantabrig. auctoritate fretus hos duo senarios Choro tribuendos censui: mulieres ista decet lamentatio, non Creontem, animo iam agitantem, quae paulo post manifestavit v. 1578. &c. Mores fortuna mutaverat. *Barnesius* utrumque versum dederat Creonti; *Barnesium Kingius* sequutus est; *Piersius Grotium* sequi maluit, quia viderat is MSS. Codices. *Grotius* hic a vetustis Edd. non secessit, in quibus horum versuum prior Choro tribuitur, alter Creonti. Hic error unde fluxerit primitus, diversas lectiones spectanti patebit, & *Gul. Canteri* Nov. Lect. conferenti L. IV, C. XIX. Ad *Grotium* usque sic vulgarant:

Φεῦ φεῦ, κακῶν σῶν Οἰδίπου, σὸς ὤν, στένω.

Hac lectione recepta, Grammaticus, illud σὸς ὤν animadvertens Phoenissis minus convenire, videtur ad marginem posuisse Χο. ἢ Κρ. quod e Scholio firmatur. Huic morem gessit *Barnesius*. Probata *Canteri* correctione, *Grotius* hanc priori lectionem supposuit Οἰδίπου ὅσον στένω· hiatum prorsus intolerabilem aures adeo exercitatas in Tragicis & Comicis non offendisse tamen, admirandum profecto. *Kingius*, qui supra nobis dederat Δισσὼ ἀδελφώ, dum forte Codex Cantabrig. ha-

habebat, Οἰδίπου 'γ' ὅσον στένω, hoc exprimi curavit, quod Leid. A quoque praebet: sed γε minus huic sedi congruit. Libenter itaque sequutus sum ab altero Leid. subministratum:

Φεῦ φεῦ κακῶν σῶν, Οἰδίπους· ὅσον στένω.

quod *Battierio* venerat etiam in mentem: hinc fluxit altera lectio vulgata: Οἰδίπου σὸς ὤν, quia casus hic rectus Οἰδίπους, ut putabant, minus erat accommodatus: ὦ Οἰδίπους frequentatur *Sophocli* Oed. Tyr. v. 1083. Schol. Οἰδίπους, ἀντὶ τοῦ, ὦ Οἰδίπου, ἔστι δὲ 'Αττικόν. Oed. in Col. v. 733, 'Αλλ' ὦ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, κλύων &c. sic & v. 749, 1623. Ὦ οὗτος οὗτος Οἰδίπους. idem reponendum in fine versus 1342, quia sequentem orditur vox Εἰπών· Hunc morem attigi superius ad Vs. 1332. Haec quamvis ita se habeant, non mirabor tamen, si quis hanc etiam lectionem aliquando reiecerit, atque ex illa Codicum, Οἰδίπου γ' ὅσον στένω hanc, non difficulter erutam, probaverit:

Φεῦ, φεῦ κακῶν σῶν, Οἰδίπου, τὸ σὸν στένω·

loca nobis excitans, in quibus τὸ σὸν, *tuas vices*, *tuam sortem*, significet, non pauca. Vereor ne huic obsit coniecturae versus sequens, sic forsan, litera mutata, legendus:

Τὰς σάς γ' ἀρὰς ἔοικεν ἐκπλῆσαι θεός.

Uterque Leid. Cod. exhibet ἐκπλῆσαι· propterea recepi, quod in duobus etiam Anglicis inventum *Kingius* adoptarat pro ἐκπλήσειν.

Vs. 1437. Ὡς γὰρ πεσόντε παῖδ' ἐλειπέτην βίον,] Hunc senarium *Euripides* ex antiqua recuperavit membrana Leid. A, qui prostabat in omnibus Edd. &, ni fallor, in multis Codd. etiam in B Leid. hunc in modum interpolatus:

'Επεὶ τέκνω πεσόντ' ἐλιπέτην βίον·

nisi quod *Barnesius* ἐλειπέτην vulgarit. Florentinus non vulgaris bonitatis Codex haec suppeditabat: Ὡς γὰρ πεσόντε τέκν' ἐλειπέτην βίον· talis lectio peperisse videtur alteram; quam a me recte mutatam fatebitur, qui quidem harum rerum gustum habebit. In talibus dissentientes facile ferimus. Aptissimum sanequam huic loco Ὡς γὰρ π. ——— ἡ γὰρ τάλαινα μήτηρ ἐν τῷδε προσπιτνεῖ, ——— ὡς ἐλειπέτην βίον· *simul atque*, vel, *interim dum* moriebantur, *mater adveniens accidit iacentes*. Illud Ὡς, significans, *simul ac*, *dum*, supra quoque restituere tentabam *Euripidi* ad Vs. 1409. notissimum e Theocriteis Ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην· *Ut vidi, ut perii.* vid. Clariss. Nostri *I. D. Lennepii* Animadv. ad *Coluth.* 11, c. x. Tragicis, quod fatendum, isto sensu minus frequentatum ὡς, apud *Sophoclem* aliquoties occurrit Aj. v. 274, 738. Elec. v. 908. & in *Euripidis* Phoenissis v. 709.

V. 1439. [Σὺν παρθένῳ τε, καὶ προθυμίᾳ ποδός.] Quasi vero, priorum immemor, Lector ignoraret, matrem Antigone filia venisse comitatam, egregie se facturum credidit interpolator, si hic adiiceret Σὺν παρθένῳ· sed versus videbatur implendus; itaque multum sudans, postquam legerat Ionis versum 1109, tandem tamen εὕρηκε· Σὺν παρθένῳ τε καὶ προθυμίᾳ ποδός· quibus quid poni poterat ineptius? Idem ille Poëtaster Antigones infra mentionem iniecit, Euripideis alienissimo loco versum interserens 1474. Hic satis erat matrem commemoras se: ἀδελφή θ' ἡ παρασπίζουσ' ὁμοῦ, suo loco non negligitur v. 1441.

Vs. 1440. Τετρωμένους δ' ἰδοῦσα καιρίους σφαγὰς, Ὤιμωξεν] Optimi Leidensis Mſ. lectioni, καιρίας σφαγὰς, vulgatam antepono, tum quia sonus est iucundior, tum propter morem Ionum & Atticorum, quem, notissimum h-

licet, nuper etiam, exemplis congestis, adfirmavit Celeberr. *D'Orvillius* Anim. in *Charit.* p. 352. —— Nuspiam tamen apud Tragicos alibi καιρίους σφαγὰς, vel καίριον πληγὴν repe-rias; saepius apud Atticismas recentiores: Καιρίαν πληγὴν dixit *Aeschylus*, quod alii simpliciter καιρίαν *Xenarchus* apud *Athen.* VI, p. 225, D. Ἦσαν δὲ πληγαί· καιρίαν δ' εἰληφέναι Δόξας καταπίπτει. *Parthenius* c. XXIV παίει καιρίαν. *Herodot.* III, c. 64. ὡς οἱ καιρίῃ ἔδοξε τετύφθαι. *Sophocles* Antig. v. 1314. Τί μ' οὐκ ἀνταίαν Ἔπαισέ τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει; *Scholiastes* ad Ἀνταίαν] γράφεται, καιρίαν hoc alterius erat, utpote vulgatius, interpretamentum: ἀνταίαν πλαγὰν, *lethale vulnus*, dixit *Euripides* Androm. v 843, 844.

Vs. 1447. Ἐτεοκλῆς ἄναξ] Hic nihil impedit, quominus altera forma recipiatur, *Euripidi* frequentata, quam Leid. Cod. A praebet, Ἐτεοκλέης ἄναξ.

Vs. 1448. Ἤκουσε μητρός· κἀπιθεὶς ὑγρὰν χέρα, Φωνὴν μὲν οὐκ ἀφῆκεν,] *Grotii gravem manum* longe praetulerim commento *Piersii*, ὑγρὰν χέρα, *mollem* vel *teneram* interpretantis: obversata *Grotio* fuisse videtur, quam *Scholiastes* adnotavit, exemplaris antiqui diversa lectio: γράφεται καὶ λυγρὰν, ἤτοι χαλεπήν· quam lectionem veteres hic Edd. exhibent, & Codex Flor. Sed, si secedendum esset a lectione vulgata, legi posset ψυχρὰν χέρα. *Statius* Theb. XI, 602. de iisdem fratricidis: *insternit totos frigentibus artus* dicitur *Ovidii* Thisbe *gelidis in vultibus oscula figens* Met. IV. 141. *Propert.* II. El. X, 29. *Osculaque in gelidis ponas suprema labellis* *Lucret.* III, 402. *Et gelidos artus in lethi frigore linquunt.* &c. Quinimo locasta dicitur infra v. 1568. invenisse Ἤδη ψυχρὰν λοιβὰν φονίαν. ego vero non temere repudiarem ὑγρὰν χέρα, *manum madentem* suo fraternoque sanguine. *Gelidum cadaver* νέκυς ψυχρὸς *Sophocli* dicitur Oed. in Col. v. 615. at *cadaver sanguine foedatum* non minus recte ὑγρὸς, *Apollon. Rhod.* IV, v. 481. Ὑγρὸν δ' ἐν γαίῃ κρύψεν νέκυν. Nostro loco *Scholiastes* explicat ὑγρὰν ἀπὸ τοῦ αἵματος· tum alteram commemorans lectionem λυγρὰν, ne hanc quidem absurdam; sive sanguine *foedatam* interpreteris, seu languore *marcentem*: *foeda vulnera* dicuntur ἕλκεα λυγρὰ *Theocr.* XXII, v. 100. *tarda senectus* λυγρὸν γῆρας *Soph.* Aj v. 506. Patet enim vox Poëtica latissime, quam praebet Flor. Cod. in *Euripidae* Troasin v. 344, pro πικράν· iungit utramque Tragicus in Med. v. 399 in Helenae v. 712, Νεφέλης ἄγαλμ' ἔχοντες ἐν χεροῖν λυγρὸν, mea quidem opinione poneretur aptius ὑγρὸν, —— ἄγαλμα nempe νεφέλης. In Append. *Vatic.* Prov. III, 12. Νὺξ ὑγρὰ] τινὲς δὲ, ἀντὶ τοῦ ὑγρὰ, χαλεπὴ φασίν. his νὺξ λυγρὰ, ni fallor, obversabatur; alterum tamen *Diogenianus* habet & *Suidas*. Exstat apud *Stobaeum* Flor. Tit. CIX, p. 580, 25. *Archilochi* Trochaicus, quem certe vitiat illa sede vocabulum λυγρὸν, litera sublata, legi forte posset: ὑγρὸν δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος· Archilochi fragmentum insigne, quandoquidem toties fuit cum mendis iisdem vulgatum, etiam in *Grotii Stobaeo* p 461, hic emendatius adponam, *nil desperandum amplius*, inquit Poëta, *postquam Iupiter Pater*, Ἐκ μεσημβρίας ἔθηκε νύκτ', ἀποκρύψας φάος / Ἡλίου λάμποντος· ὑγρὸν δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος· / Ἐκ δὲ τοῦδ' ἄπιστα πάντα κἀπίελπτα γίνεται / Ἀνδράσιν· μηδεὶς ἔθ' ὑμῶν εἰσορῶν θαυμαζέτω, / Μήδ' ἐὰν δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νόμον / Ἐνάλιον, καί σφιν θαλάσσης ἠχήεντα κύματα / Φίλτερ' ἠπείρου γένηται, τοῖσι δ' ἡδίον γ' ὄρος. / Horum versuum tertius, qui sic scriptus prostabat: Ἐκ δὲ

δὲ τοῦ, οὐκ ἄπιστα π. κἀπίελπτα γ. nunc planus est mendisque vacat: ἄπιστα πάντα γίνεται νῦν καὶ ἐπίελπτα· *nunc etiam sperare licet, quaecunque videbantur incredibilia.* ultimo versu legebatur, τοῖσι δ' ἡδὺ ἦν ὅρος· paulo ante, Μήδ' ἵνα δελφῖσι θῆρες.

Vs. 1451. Ὅδ' ἦν ἔτ' ἔμπνους, πρὸς κασιγνήτην δ' ἰδὼν,] Vel invitis Codicibus scriptis, corrigendum arbitror: Ὃς δ' ἦν ἔτ' ἔμπνους, πρὸς κασιγνήτην τ' ἰδὼν, / Γραῖάν τε μητέρ', εἶπε Πολυνείκης τάδε. / *Statius* Theb. II, v. 640. *At cui plaga recens, & adhuc in vulnere vires, Has tibi complexus, haec dent, ait, oscula nati. At cui plaga recens, ait,* Ὃς δ' ἦν ἔτ' ἔμπνους, —— εἶπε. Nihil horum habet in undecima Thebaide *Statius*, ubi fratres occumbunt Euripideí; sed hæc *Papinius* laudabiliter dispensata transtulit in par amabile fratrum, Thespiadas, commiseratione, quam Tragicus excitat, multo digniores: alter eorum v. 638. *oculos etiamnum in luce natantes Sistit, & aspecta germani morte resolvit.* sic apud *Ovidium*, *oculos iam morte gravatos, Pyramus erexit, visaque recondidit illa* Euripideus Eteocles ὀμμάτων ἄπο Προσεῖπε δακρύοις, ὥστε σημῆναι φίλα. *tacito tantum petit oscula vultu.* Sed hic equidem Latini vatis amatores vereor ne vocem vulgatam sic a me mutatam indignentur, ut eius vix vestigium rem inferit. Quod legitur in Edd. (miror non attigisse *D'Orvillium* Miscell. Obs. I, p. 225.)

At cui vita recens, ——

quamprimum nobis aut explicuerint, aut in melius mutarint, peccasse me confitebor: quibus *plaga recens* prorsus displicet, idem illud invenient in *Statii* Theb. XII, 143. *Ovid.* Met. III, 73. vocem autem suppositam apud *Statium* saepenumero. Ceterum Euripidea, Ὅδ' ἦν ἔτ' ἔμπνους Editores plerique, distinctione posita, separarat a seqq. vertentes: *Alter vero adhuc spirabat.* Quis quæso nexus inter hæc & sequentia: Πολυνείκης δ' εἶπε τάδε· Apud Tragicos & Comicos Atticos ὅδε est *hicce*: ne in *Orphei* quidem hymno XVIII, v. II, ferendum Ὁ κρατέεις· scripserat, Ὃς κρατέεις θνητῶν· & paulo ante Ἕδρανον ἀθανάτων· non Ἕδραν· quod Clariss. tamen *D'Orvillium* non offendit Anim. in *Charit.* p. 773.

Vs. 1455. Φίλος γὰρ ἐχθρὸς ἐγένετ', ἀλλ' ὅμως φίλος.] Perversam praebet Flor. Cod. lectionem: ἀλλ' ὅμως φιλῶ. *Euripidaeus* senarius castigato *Tibulli* iudicio sic fuit probatus, ut sententiam egregiam expresserit hoc versu: *Perfida, sed, quamvis perfida, cara tamen.* L. III, El. VI, 56 ubi memoria *Scaligero* commodum Euripidea subministrabat Castig. in *Tibull.* p. 174. Ut plerumque semper in commiseratione movenda, sic in hac scena prorsus est admirabilis *Euripides*; &, præter unum forte versiculum, nihil, ut puto, *Strattis* me invenisset aut *Aristophanes*, quod acerba videretur irrisione dignum: sed ne hunc quidem; nam, quod tanquam Poëtae peccatum reprehendit *Ios. Barnesius*, *loqui Polynicen, postquam utrosque functos dixisset* v. 1437. nullum est profecto; nisi *Barnesii* ipsius, qui, mutata lectione versus 1437, ante recepta versione Latina se passus sit decipi: ἐλειπέτην βίον significat utique rem nondum perfectam: *dum* —— *linquebant vitam*: postea demum v. 1463, ambo simul ἐξέπνευσαν ἄθλιον βίον. Quis talium admonere dum crederet tot Græcorum veriuum conditorem? — *Euripideis* supra positis usum meminit *Gregor. Nazianz.* Epist. XLIII. ad *Gregor. Nyssenum* scripta: verbis ille Py-

tha-

thagorei *Lysidis*, in epistola quae superest, prostremis, haec subdit: ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐρῶ (τὸ, τέθνηκάς μοι) σὴν χάριν ἔτι, Φίλος γὰρ (ὢν) ἐχθρὸς ἐγένετ', ἀλλ' ὅμως φίλος· ἡ τραγῳδία φησίν. virum sane perdoctum, *Ioc Billium* miror Euripidei loci non meminisse, quem interfertum ὢν obscurabat. Accommodatissimum *Stobaeus* habet *Dionysii* dictum Tit. cxxiv, p. 619, 53.

Πρὸς τὸν τελευτήσανθ' ἕκαστος, κἂν σφόδρα
Ζῶντ' ἐχθρὸς ᾖ τις, γίνεται φίλος τότε.

Sic corrigo vulgata, Ὢν ἐχθρὸς ᾖ τις. —— *Grotius* intacta reliquerat in *Stobaeo* suo p. 515. quae sic emendanda vicina satis suadebant. *Virtutem incolumem odimus; Sublatam ex oculis quaerimus invidi.*

Vs. 1456. Θάψον δέ μ', ὦ τεκοῦσα, καὶ σ. σ. &c.] Quoniam versum illinc videmur lucraturi, *Teletis*, e *Stobaei* Flor. Tit xxxviii, p. 233, 234, de exilio disputantis, verba quaedam transscripsisse non poenitebit: ἡ περὶ ταφῆς ἄγνοια (forte legendum: ἡ περὶ ταφὴν ἄνοια, *vesana sepulturae sollicitudo*.) φησὶν ὁ Βίων, πολλὰς τραγῳδίας ἐποίησεν· ὥσπερ καὶ Πολυνείκης ἐντέλλεται·

Θάψον δέ μ', ὦ τεκοῦσα, καὶ σὺ σύγγονε,
Ἐν γῇ πατρῴᾳ, καὶ πόλιν θυμουμένην
Παρηγορεῖτον· ὡς τοσόνδε γοῦν τύχω
Χθονὸς πατρῴας, κεἰ δόμους ἀπώλεσα.

εἰ δὲ μὴ τύχῃς χθονὸς πατρῴας, ἀλλ' ἐπὶ ξένης ταφήσῃ, τί ἔσται τὸ διάφορον; ἢ ἐκ Θηβῶν μόνον εἰς ᾅδου ὁ Χάρων πορθμεύει;

Καὶ γῆς φίλης ὄχθοισι κρυφθῶ καὶ τάφῳ·

εἰ δὲ μὴ κρυφθείης, ἀλλὰ ἄταφος, (forte μένῃς subaudiendum, ni scripserit εἰ δὲ, μὴ κρυφθεὶς, εἴης ἄταφος,) τί τὸ δυσχερές; ἢ τί διαφέρει, ὑπὸ πυρὸς κατακαυθῆναι, ἢ ὑπὸ κυνὸς καταβρωθῆναι, ἢ ἐπάνω τῆς γῆς ὄντα ὑπὸ κοράκων, ἢ κατορυχθέντα ὑπὸ σκωλήκων;

Συνάρμοσον δέ μου βλέφαρα τῇ σῇ χερὶ, Μῆτερ·

ἂν δὲ μὴ συναρμόσῃ σου, ἀλλὰ βλέπων καὶ κεχηνὼς ἀποθάνῃς, τί ἔσται τὸ χαλεπόν; ἢ καὶ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ καὶ ἐν τοῖς πολέμοις ἀποθνησκόντων συναρμόζει τις; —— Versum intermedium, Καὶ γῆς φίλης &c. ut incerti separavit a vicinis *Grotius* in *Stobaeo* p. 159. & recte *Grotium* fecisse iudico, quanquam non ad mentem *Teletis*, qui hunc etiam velut a Polynice profectum considerari voluit: nam, si versum istum a reliquis auferas, argutandi ridendique Philosopho materiem praeripies. Non enim Euripideus veretur Polynices, ne peregre sepeliatur, sed id unum obsecrat, ut tantillum cadaver accipiat telluris, neque insepultum tanquam patriae hostis ignominiose canibus obiiciatur. Quam vero ridet praeterea Philosophus moribundi Polynicis sollicitudinem, illa minus apparebit absurda consideranti, cuius ille manum invitaverit ad claudendas palpebras; non adeo curabat, ut arrecta deformataque corrigerentur, quam ut manu materna comprimerentur oculi. Sed versus intermedius, siquidem hic ab Euripideo Polynice fuit prolatus, hac in sede, fateor, oppido foret ridiculus, ad ductum Teletis versui 1459. subiiciendus:

—— —— ὡς τοσόνδε γοῦν τύχω
Χθονὸς πατρῴας, κεἰ δόμους ἀπώλεσα,
Καὶ γῆς φίλης ὄχθοισι κρυφθῶ καὶ τάφῳ.

Hoc quo tandem teste crederemus? an *Teletis* testimonio? sed ille locum sibi delegerat irridendum: denique, praeter sanam rationem, contra stant Codices Euripidei, hic testes idonei. Ne quid itaque gravius dicam, negligentiae certe culpam *Teles* ille *Stobaei* fuit commeritus, qui tanquam ex uno lo-

loco petita produxerit, quæ forsan olim ad idem caput excerptorum retulerat: nam versum istum alicubi lectum, aut etiam Euripideum esse, negare non ausim; quantumvis ὄχθοισι potius a *Telete* videatur, vel a librario profectum, quam a Poëta, qui rectius scripsisset, μυχοῖσι. Unde petitus sit incerti versus, qui legitur in Excerptis *Grotii* p. 465,

Ἐν γῆς φίλοις μυχοῖσι κρυφθῆναι καλόν·

non memini; sed sententiam corrupisse novi vocem φίλοις, in φίλης commutandam; γῆ φίλη *terra patria* est. Euripideum excitat *Aeschines* contra Timarch. p. 18, 15.

Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἂν μυχῷ δείκνυσι γῆς·

Hinc repetitum ubi *Suidas* versum posuit in v. Φήμη legitur κἂν μυχοῖς· quod eo præstat, quia vocabulum pluravitum Tragici frequentant.

Vs. 1458, 59 —— ὡς τοσόνδε γοῦν τύχω Χθονὸς πατρῴας, κεἰ δόμους ἀπώλεσα] Quam voculam alteri δὴ, Lectore non monito, recte suppofuit *Io. Kingius*, γοῦν præter Codices Leidenses & Flor. *Stobaeus* subministrat: ὡς γοῦν τοσόνδε τύχω χθονὸς π. *ut saltem tantillum adipiscar patriae telluris* Filiis Oedipus imprecatur apud *Sophoclem* Oed. in Col. v. 784, Χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτον (malim: τοσοῦτό γ') ἐνθανεῖν μόνον. Uxor Argia, quæ proiectum invenit Polynicis cadaver in *Statii* Theb. XII, v. 329 —— *proiectus cespite nudo Hoc patriae telluris habes? Leonides* Antholog. III, c. VI, ep 57, *olim dives agris*, φεῦ, οὗτος γαίης ὅσσον ἔχει μόριον; *Horatius* Carm. I, XXVIII. *Te maris & terrae, numeroque carentis arenae Mensorem cohibent, Archyta, Pulveris exigui prope litus parva Matinum Munera. Antipater Sidonius* Anthol. III, c. XXV. ep. 2. v. 9. Εἰ δ' ὀλίγα κρύπτει τὸν τηλίκον, ἴσθ' ὅτι κεύθει Καὶ Θέτιδος γαμέταν ἁ βραχύβωλος Ἴκος· hæc addidi propter *Horatiana*, quibus virum Primarium abusum arbitror Observ. Iur. Rom. II, c. XIII. *exiguus pulvis* est ὀλίγη κόνις· *arenae particula*, tantillum, τόσον χθονός· non humo conditum *Archytae* naufragi iacebat cadaver; Λεπτὴ δ' ἄγος φεύγοντος ὡς ἐπῆν κόνις· ut inquit *Soph.* Antig. v. 262. de cadavere Polynicis: quae traduntur in Scholiis ad h. l. non valde protrita praeter ceteros attigit *Bern. Martinus* V. L. IV, c. XII. horum memor facile corriget interpretis turpem errorem in *Clem. Alex.* Strom. II, p. 503, 16. aliam Βουζύγειον ἀρὰν commemorante.

Vs. 1462. Καὶ χαίρετ'· ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος.] *Lucianus* T. I, p. 727, 49 καὶ ἐπὶ τῶν ἀπαισίων καὶ ἀπευκτοτάτων ὅμως ἐχρῶντο αὐτῇ· (τῇ προσρήσει, sive τῷ χαίρειν·) ὡς ὁ τοῦ Εὐριπίδου Πολυνείκης ἤδη τελευτῶν τὸν βίον, Καὶ χαίρετ'· ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος. sic ista vulgasse, saltem inspecto, quem *Moyses Solanus* designabat, Phœnissarum versu, nonne multo melius fuisset, quam *Solanum* nescio cuius insimulasse culpæ, haud quaerentem in mustaceo laureolam, *Lucianum* autem isthac onerasse querela? nostra quidem haec etiam indoctis scribi meminerit Lector eruditus; sed in notis ad *Lucianum Amphora coepit Institui; currente rota, cur urceus exit?*

Vs. 1463. Ἄμφω δ' ἅμ' ἐξέπνευσαν ἄθλιον βίον.] Thespiadae fratres apud *Statium*, qui huius scenae partem in illos transtulit Theb. II, v. 642. *Procubuere pares fatis*: sed *alterna clausere lumina dextra.*

Vs. 1464, 65. Μήτηρ δ', ὅπως ἐσεῖδε τήνδε συμφορὰν, Ὑπερπαθήσασ', ἥρπασ' ἐκ νεκρῶν ξίφος.] Diversam, a vulgata εἰσεῖδε, lectionem ἐσεῖδε, *Sam. Bat.*

Battierio probatam, recepi. —— Perverſe ſcriptus erat hic verſus in Cod. Flor. *μήτηρ δ' ὡς εἶδ' ἡ δὲ τὴν δὲ συμφορὰν*, e qua nihil poterit extundi. Sequentem verſum, ut hic proſtat & in Edit. *Kingii*, Codices exhibent Leid. & Flor. —— *ἥρπασ' ἐκ νεκροῦ* reliquae praeferebant Edd. illa tantum excepta *Grotii*, vulgantis, *ἥρπασεν νεκροῦ ξίφος*. infra v. 1670. *Χαλκόκροτον δὲ λαβοῦσα νεκρῶν πάρα Φάσγανον*. Uſus eſt *Io. Frid. Gronovius Euripideis* in *Senecae* Phoen. v. 538. ad firmandam correctionem (*Date arma matri*) ſpecioſiſſimam: potuit enim eadem in Phoeniſſis finxiſſe *Seneca* cum *Euripideis*, licet in Oed. v. 1034, *enſe* quidem, ſed aliunde ſubminiſtrato, fecerit pereuntem, hoc etiam a *Sophocle*, *Homeri* veſtigia ſequuto, diverſus, *Statio* concinens in Theb. x, v. 636. ubi *penetralibus* extuliſſe legitur *Enſem Sceptriferi ſpolium lacrymabile Laji*. v. 639. —— *prono vix pectore ferrum Intravit tandem*. *Caſp. Barthius* in iſtum locum, excitans *Euripidis* verſus aliquot, *Sophocleos*, & alia, *miſerabilius*, ait, & *cum melioribus pathesin rem proponere neminem potuiſſe puto* Euripide, *cuius* Phoeniſſae *eximia prorſus fabula ſunt*.

Vs. 1467. —— *ἐν δὲ τοῖσι Φιλτάτοις Θανοῦσα κεῖται*,] Scholiaſtes, *γράφεται*, inquit —— *σὺν τέκνοις δὲ Φιλτάτοις*. Vix videtur credibile, ſic in exemplaribus antiquis lectum. Suſpicor, hanc fuiſſe diverſam lectionem: —— *σὺν δὲ τοῖσι Φιλτάτοις* cui Grammaticus explicandi gratia ſubiecerit vocem *τέκνοις*: *liberi* ſæpius apud Tragicos *τὰ Φίλτατα* dicuntur: vid. in Vs. 1437, notata, *Eurip.* Iphig. Aul. v. 744. & e Creſphonte fragm. apud *Plutarch.* T. II, p. 90. A. Alterum illud *σὺν δὲ τοῖσι Φιλτάτοις Θανοῦσα κεῖται*. ſi non ab *Euripide*, forſan ab alio profectum, qui Iocaſten ſupra dixiſſe meminerat v. 1288,

Θανοῦσι δ' αὐτοῖς συνθανοῦσα κείσομαι.

Sophocles in *Stobaei* Flor. p. 613, 17.

Θανόντι κείνῳ συνθανεῖν μ' ἔρως ἔχει.

Mihi vero vulgata videtur præferenda, quia dicitur amplexa Iocaſte filiorum corpora, quæ ſuo concidens obruerat; itaque adeo Iocaſte non tantum *σὺν τοῖς Φιλτάτοις*, ſed & *ἐν τοῖς Φιλτάτοις Θανοῦσα κεῖται*, *περιβαλοῦσ' ἀμφοῖν χέρας*. Huc reſpicit *Triclinius* in *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 1244.

Vs. 1469, 70. *Ἀνῆξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λέγων, Ἡμεῖς μὲν, ὡς νικῶντα δεσπότην ἐμὸν, Οἱ δ', ὡς ἐκεῖνον.*] Perverſa primae vocis in Cod. Flor. ſcriptio, *ἀνήρξε*, literae praebet indicium olim adſcriptae iota, quam frequenter in Ρ degeneraviſſe Criticis eſt uſu notiſſimum. —— In proxime ſeqq. quantumvis quarti caſus Attico more genitivorum loco videri quoque poſſent collocati, quia commodum præbet Scholiaſta ſupplementum *λέγοντες*, hoc potius probem, eo præſertim, quod ſic Poëta prudenter rei narratae celeritati ſuorum quoque verborum ſtructuram attemperat. Magis etiam iſta ratio ſe manifeſtat in his vſſ. 1472, 73. *Οἱ μὲν, πατάξαι πρόσθε Πολυνείκην δορὶ, Οἱ δ', ὡς θανόντων οὐδαμοῦ νίκη πέλοι.* in quibus *ἔλεγον* per ellipſin omiſſum recte monuit *Lamb. Bos*: apud *Herodot.* I, c. 82. loco noſtro ſimillimo, *λέγοντες* additur: *αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔφασαν νικᾷν, λέγοντες, οἱ μὲν, ὡς ἑωϋτῶν πλεῦνες περιγεγόνασι: οἱ δὲ, τοὺς μὲν ἀποφαίνοντες πεφευγότας, τὸν δὲ σφέτερον παραμείναντα καὶ σκυλεύσαντα τοὺς ἐκείνων νεκρούς. τέλος δὲ ἐκ τῆς ἔριδος συμπεσόντες ἐμάχοντο.* quae videri poſſent ex Euripideis expreſſa: hæc attigit tanquam *σολοικοφανῆ Euſtathius* in Il. Β, p. 179, 15. *οὐκ ἀπήλλακται τοιούτων* (*σολοικοφανῶν καὶ καινοπρεπῶν*) *οὐδὲ ἡ τραγῳδία, ὡς δηλοῖ τὸ Εὐριπίδου καὶ τὸ*, —— *ἦν ἔρις στρατηλάταις, Οἱ*

μὲν

μὲν πατάξαι τόνδε, οἱ δὲ τόνδε· quae rectius alio, mea quidem ſententia, retuliſſet *Euſtathius*, dum minimum vicies laudabile Summi vatis monſtrat artificium, verbum ſaepenumero ſupprimentis, ut verſus rerum accommodaret velocitati, *συστρέψαν ἐλλειπτικῶς καὶ γοργῶς καὶ οἷον συντροχάζουσαν καὶ τὴν φράσιν ποιῶν εἰς ὁμοιότητα τῶν φραζομένων*, ut loquitur ad Il. x, (v. 157) p. 1362, 49. *Homerus* ipſi dicitur in Od. x, p. 784, 41. *σπουδῇ πράξεως καὶ τὴν φράσιν συνεπιτεμὼν* in his vſſ. 266, 267. —— *Δημοπτόλεμον μὲν Ὀδυσσεὺς, Εὐρυάδην δ' ἄρα Τηλέμαχος, Ἔλατον δὲ συβώτης, Πείσανδρον δ' ἄρ' ἔπεφνε βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ.* In Odyſſ. M, v. 208 p. 484, 19. *Ἐν τῷ, Ὦ φίλοι, λείπει τὸ, εἰπὼν, συνεπιτροχασθέντος τοῦ λόγου τῷ καιρῷ.* haec eadem in *Euripideis* obtinet ellipſis. —— Paene praetermiſeram, quod neſcio num ſit operae pretium adnotaſſe, *Sam. Battierium* in Vs. 1473, *οὐδαμοῦ*, in *οὐδαμῇ* cenſuiſſe commutandum, ut *nullo modo* ſignificaretur: ſed *οὐδαμοῦ νίκη πέλοι* gratius aures accidit; nec, ſi vel *οὐδαμοῦ* tantum notaret *nusquam*, is ſignificatus ab hoc eſſet loco alienus.

Vs. 1474. [*Κἀν τῷδ' ὑπεξῆλθ' Ἀντιγόνη στρατοῦ δίχα.*] Quid mihi de hoc videretur verſu, ſupra iam fuit indicatum in Vs. 1439, ab eadem interſertum otioſi literatoris manu. Illum ſi qui voluerint ut *Euripideae* verſum tueri, hunc tamen, ſpero, fatebuntur in hac ſede ridiculum. Hoc ſi mihi dederint, pergam hariolari. Suſpicor ſcilicet, verſum noſtrum in *Euripidei*, qui perierit, locum fuiſſe ſubſtitutum. Vicina movent iſtam ſuſpicionem:

Vs 1470. *Ἡμεῖς μὲν*, *nos Thebani.*

—— 1471. *Οἱ δὲ*, ſunt *Argivi.*

—— 1472. *Οἱ μὲν*, *Argivi* proximo verſu deſignati.

—— 1473. *Οἱ δὲ*, *Thebani.*

—— 1474. [*Οἱ μὲν*......] de *Thebanis* loqui debuit ut v. 72. loquitur de Argivis, quia, quod ſequitur

—— 1475. *Οἱ δὲ* ſpectat *Argivos*, ad arma ruentes; quos tamen antevertit *Thebanorum* providentia

Sed verſus interſertus Parentis indicia prodit: *Κἀν τῷδε* ſupra legerat v. 1405. Ubinam vero repererat *ὑπεξελθεῖν στρατοῦ*; parum forte referre credidit, *πόλεως ὑπεξελθεῖν*, an *στρατοῦ* diceretur: fallor; iungi voluit *στρατοῦ δίχα*· verum *στρατοῦ δίχα* nihil aliud ſignificare poteſt, quam *ſine exercitu*, vel *ſeorſim ab exercitu*; ne ſcilicet crederemus clanculum diſceſſiſſe puellam, exercitu comitatam. Quam haec ſunt inepta atque indigna Tragico? Tandem, ſi ſeorſim ab aliis diſceſſit Antigone, nullamne curam habuit *τῶν φιλτάτων*, *cadaverum fraternorum & matris*, de ſua tantum vix vitali vita male ſollicita? Quaecunque narrat Poëta, ſpatio temporis evenerunt breviſſimo; mors Iocaſtae, lis orta ſuper victoria, furor in arma, Argivorum fuga. Puellam interim, in domeſtica clade tantum occupatam, ſilet *Euripides*; nec mirum in tanta narrantis feſtinatione. Tandem, cum victoriam dixerat fuiſſe penes Thebanos, nonnullis occupatis in erigendo tropaeo, aliis in congerendis & convehendis ſpoliis, commemorat Antigonen v. 1485, *Ἄλλοι δὲ τοὺς θανόντας Ἀντιγόνης μέτα Νεκροὺς φέρουσιν ἐνθάδ'.* Poſt partam iam victoriam hos demum *ἐκ μεταιχμίου* cum Antigone, cadavera comitante, diſceſſiſſe, videtur veroſimile: ſic enim iſta ſunt tanquam vere geſta hodiedum conſideranda, qualia ſpectatoribus Atticis perſuaderi voluit *Euripides*,

 Vs.

Vs. 1475, 76. —— *εὖ δέ πως προμηθίᾳ Καθῆστο Κάδμου λαὸς ἀσπίδων ἔπι.*] In Flor. Cod. legitur *ἀσπίδων ὕπα*· praestat lectio vulgata; nec enim, dum fratres decertaverant, Thebani clypeis tecti sedebant, sed *ἀσπίδων ἔπι*, scuta tegentes, ne hostibus adparerent. —— In altero quoque Leidensium scriptum erat *προθυμίᾳ*, a prima manu, *μηθίᾳ* postea supra scripto: discant has literas tractaturi iuvenes *προμηθίαν* & *προθυμίαν*; *προμηθεῖσθαι* & *προθυμεῖσθαι* frequenter a librariis inter se male fuisse permutata: Flor. Cod. *Eurip.* in Androm. v. 1252, perperam exhibet *Παλλάδος προθυμίᾳ*. recte, ni fallor, in Medea v. 915, *Πολλὴν ἔθηκε σὺν θεοῖς προμηθίαν*· ubi tum versu praecedenti scribendum *Ὑμῶν*. In *Aeschyli* Prom. Vincto v. 381. optime Schol. legit *Ἐν τῷ προμηθεῖσθαι*, loco *τοῦ προθυμεῖσθαι*. plura supersunt huius generis in Euripideis corrigenda: attigerunt nonnulla Clarissimi viri, *Dukerus* ad *Thucyd.* p. 428, 25. *D'Orvillius* in *Charit* p. 445. *Heringa* Observ. p. 109. —— Ne hoc quidem negligendum, in hoc Phoenissarum versu *προμηθείᾳ* vulgatum in Edd. antiquioribus *Grotiana*. Quod sibi sumserunt alii, Poëtis Atticis non licuit, diphthongum *ει* ante vocalem corripere, (vid. notata in Vss. 21, 196, 658.) si syllabam versus poscebat correptam, semper scribentibus *εὐηθίαν*, *αὐθαδίαν*, *προμηθίαν*, *εὐσεβίαν*, *εὐγενίαν*. haec cum ubique recurrant, haerent tamen hic illic mendosae lectiones: in *Sophoclis* Oed. in Col. v. 1037, recte vulgarant olim *προμηθίας*· alterum perperam reduxerunt recentiores Editores; praestat tamen illud *Grotiano προμηθίῃ*, in *Sophoclis* versu *Stobaeano* p. 485. In eodem *Stobaeo Grotii* p. 355. *Euripidis* ex Aegeo versus vulgari debuerat: *Ἢ κοὐ κρεῖσσον τῆς εὐγενίας*· in eiusdem Hippol. v. 1368, legitur *Μέχθους δ' ἄλλως τῆς εὐσεβείας*· non in Edd. tantum, sed & in tribus minimum Codd. Paris. Flor. Rom. Vaticani lectionem memorat & reiicit *D'Orvillius* in *Charit.* p. 406. eo tamen reliquis praestat Paris. quod in illo tanquam basis anapaestica, *Τῆς εὐσεβείας*· paroemiacum praecedat. *Soph.* Antig. v. 955, *Τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα.* ubi paulo ante *θεοὶ πατρογενεῖς* in *θεοὶ προγόνων*· meo iudicio sunt transmutandi. In *Eurip.* Oreste v. 261. recte *Kingius* obsequutus est *Scholiastae* momenti, *τὸ ἱέρειαι Ἱερίαι χρὴ γράφειν*. —— *ἵν' ἔχῃ πρὸς τὸ μέτρον ὀρθῶς· τὰ γὰρ διὰ τοῦ εια προπαροξύτονα —— παροξύτονα ποιοῦντες διὰ τοῦ ια γράφουσιν, αὐθαδία —— εὐσεβία.* scribitur emendate in Iphig. Taur. v. 34. *Ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερίαν τίθησί με.* & v. 1399. *Stephanus Byz.* in *Δωδώνη* excitat e *Sophoclis Ὀδυσσεῖ Ἀκανθοπλῆγι*,

Τὰς θεσπιῳδοὺς ἱερέας Δωδωνίδας.

corrigendum *ἱερίας*. mulieres enim designantur fatidicae, quia *canis* erant & auctoritate *venerabiles*, *πολιαί*, ut equidem arbitror, istius tractus dialecto, eximie *πέλειαι*, sive *πελειάδες* vocatae.

Vs. 1480. —— *ἔῤῥει δ' αἷμα μυρίον νεκρῶν*] Sic egregie correxit vulgatam *μυρίων*, non admonito Lectore, *Kingius*, ex Codd. procul dubio; duo Leidenses praeferunt *αἷμα μυρίον*, quod in Britann. *Scholiastes* interpretabatur *πλεῖστον αἷμα*· vulgatam olim inepte reddentes notat *Casp Barthius* ad *Statii* Theb. XI, 757. *Hesychius*: *Μυρίον, πολὺ τῷ πλήθει.* perperam scribitur *Μυρσόν*· Pervenustum autem *ἔῤῥει δ' αἷμα μυρίον*· *plurimum sanguinis fluebat:* proprie namque *μυρίον* adhibetur *de fluidis*, *ἐπὶ τῶν μυρομένων*· *μυρίον αἷμα· μυρίον ὕδωρ· μυρίον οἶδμα*· *Apollonius Rhodius* II, v. 1123. —— *τὸ δὲ μυρίον ἐκ Διὸς ὕδωρ Λῆξεν ἅμ'*

ἡε-

ηελλίω· ιν, v. 1765. Κεῖθεν δ' ἀπτερέως διὰ μυρίον οἶδμα λιπόντες, eleganter in epigrammate Μυρία —— μύρατο Καλλιόπα. quod adversus *Muratorium* optime tuetur Celeberr. *D'Orvillius* in *Charit.* p. 251. parum distat *Homericum* Καδδ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσιν in Il. Τ, v. 282. notum μυρία κλαῦσαι. Latuisse tamen patuit illud μυρίον, de quacunque magnitudine frequentatum. *Platonis* illud ex Apol. ἐν μυρίᾳ πενίᾳ εἰμὶ legitur p. 23. B. *Archilochum* laudat *Theocritus* Epigr. XIX. οὗ τὸ μυρίον κλέος, Δῆλθε κἠπὶ νύκτα καὶ πρὸς ἀῶ. huius generis plurima dantur, nihil ad *Euripiden* facientia, cuius proxima vs. 1481. perperam leguntur in Flor. Cod. Λόγχαις πιπτόντων· ubicunque syllabam versus poscit brevem, πίτνειν vel πιτνεῖν adhibent Tragici, ter alterius vice a *Cantero* repositum in *Aeschylo*, ubi vulgatum πίπτειν *Ezech.* *Spanhemium* non magis, opinor, offendisset, quam in *Callimacho* φέρβε, prima correpta. Quae subdit *Euripides*: —— ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ· supra iam dederat v. 1150. —— Vs. 1482. Τροπαῖον potius, quam τρόπαιον, scriberent Grammatici; prius illud veteribus Atticis tribuentes: vid. Cl. *Dukerus* in *Thucyd.* I, c. XXX. e *Gregorio* de Dialect. Att. §. 3 potuerat etiam in *Schol.* ad *Aristoph.* Plutum v. 453. corrigi: οἶμαι κατ' ἀναλογίαν τοῦτο (τὸ τροπαῖον) μᾶλλον παρὰ σφίσιν οὕτω προφέρεσθαι.

Vs. 1486. Νεκροὺς φέρουσιν ἐνθάδ' οἰκτίσαι φίλους.] Sustuli, quam posuerat *Kingius*, distinctionem post ἐνθάδ', quoniam, si φίλους scripsit *Euripides*, iungi voluit νεκροὺς φίλους. Speciosam *Duporti* coniecturam, φίλοις corrigentis, sine cunctatione tamen reiicerem, nisi huc *Lipsius* quoque *Scaligeri* iudicium inclinasset, οἰκτίσαι φίλοις legentis, Coniect. in *Varronem* p. 131. favet huic lectioni versus 1159 Androm. *Euripidis*: Κομίζομεν σοὶ κατοιμῶξαι γόοις. Nihilominus mihi vulgata videtur melior, cum Scholiaste sic accipienda: Φέρουσιν ἐνθάδε τοὺς θανόντας, νεκροὺς φίλους· mortuos, *cara cadavera*. Si probas *Scaligeri* lectionem, cur quaeso dixisset *Euripides* τοὺς θανόντας νεκρούς, Huc *Accii* versus minus recte retulit *Scaliger*.

Vs. 1489 —— 93] Ex quatuor, qui ferebantur in Edd. quinque versus fecit *Kingius*, ad Codicis antiqui ductum: commode sex potuerant confici: perparum quidem refert, in Anapaesticis, uno spiritu continuandis, monometri ponantur an dimetri; quoniam tamen sententiam claudentem paroemiacum βάσις plerumque praecedit ἀναπαιστική, potuerat & hic conspici, si sic versiculi dividerentur: (1) Οὐκ εἰς ἀκοὰς ἔτι δυστυχία (2) Δώματος ἥκει· (3) Πάρα γὰρ λεύσσειν (4) πτώματα νεκρῶν (4) Τρισσῶν ἤδη τάδε πρὸς μελάθροις (5) Κοινῷ θανάτῳ (6) Σκότιον αἰῶνα λαχόντων. Tantillam rem animadvertisse quam sit utile, de multis exemplum dare iuvat unicum expromam quo constet. In *Aeschyli* Persis sic vulgantur v. 12, & 13,

Πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς
Οἴχωκε· νέον δ' ἄνδρα βαΰζει.

In his dum clauditur sententia, versus requiritur paroemiacus, quo sponte ducit in ultimis modulus —— ἄνδρα βαΰζει. Sed *quis*, obsecro, vel *quae regio* βαΰζει; ἡ Ἀσία, respondebit *Scholiastes*, huiusque vestigiis insistens *Stanleius*. Quid illa latrans requirit? νέον ἄνδρα· sic *iuventutem* adpellasset *Aeschylus*. Quantivis pretii lectionem servavit Scholiastes: γράφεται, inquit, καὶ ἐὸν, ἤτοι τὸν ἴδιον ἄνδρα. Hoc ita placet, ut alterum tamen νέον non reiecerim: hanc vocem, in

in antiquis exemplaribus hoc in loco lectum, ſuſpicor oculos ita fefelliſſe deſcribentis, ut duas intermedias prætermiſerit, quarum altera deſierit in easdem literas: has utinam nobis vir Clariſſimus *Antonius Askewius* ex Codd. vetuſtis revocaret! Interim lubet hariolari. Suſpicor baſin anapaeſticam hic praeceſſiſſe verſum paroemiacum, atque ita ſcripſiſſe Tragicum:

Πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς
Οἴχωκε νέον,
[Περσὶς δ' ἐὸν] ἄνδρα βαΰζει.

Quae vulgatis eſſe meliora non diffitebitur in Tragicis exercitatiſſimus Anglus: reliqui, ſi qui *Perſida* ſic mirabuntur ab *Aſia* diſtinctam, legant ex eodem dramate v. 249, 250. Ὦ γῆς ἁπάσης Ἀσιάδος πολίσματα, Ὦ Περσὶς αἶα καὶ πολὺς λιμὴν, & ſeqq. conf. v. 59. & ſeqq. 512, 548. 925. —— Illud Ὤιχωκε (nam ſi quis *Aeſchyleam* veterem praeoptaret ſcripturam ΟΙΧΟΚΕ foret ponendum.) νέον, id eſt νεωστὶ, peropportunum eſt, & *Aeſchyleum*; in huius Prom. v. 954. Νέον νέοι κρατεῖτε· Schol. recte, Νέον, inquit, νεωστί· οὐ γὰρ ἀρχαία ὑμῶν ἡ βασιλεία. Bacchum, cuius adſpernabatur ſacra, τὸν νεωστὶ δαίμονα vocat Pentheus in *Eurip.* Bacch. v. 219. & in his Phoen. v. 1637, novellum Regem exoſa Creontem Antigone τὸν νεωστὶ κοίρανον. frequens ἦν νεωστὶ, *Aeſchylus* Agam. v. 1634. ἥκοντας ἐκ μάχης νέον. eſt illud *Homericum*, *Sophocli* nuſquam, in *Euripideis* ſemel adhibitum.

Vs. 1489. Οὐκ εἰς ἀκοὰς ἔτι ἐυτυχία / Δώματος ἥκει.] Dudum ante, quam δώματος reperiret in Cod. Cantabrig. *Barneſius*, ſic ſcriptam vocem dederat e Pariſinis *Grotius*: per priores Edd. recepta δωμάτων, quam tamen praebent Leid. A, & Flor. verſum vitiabat; *G. Canteri* correctio, laudata *Battierio*, δώμασιν, huic occurrebat incommodo, ſententiae nocebat: Δώματος erat & in Leid. B. —— Eadem propemodum orationis forma paulo inferius v. 1501, σὰ δ' ἔρις οὐκ ἔρις, Ἀλλὰ φόνῳ φόνος —— κρανθείς. Sicut hic οὐκ εἰς ἀκοὰς ἔτι δυστυχία· ſupprimitur utrobique μόνον· cuius vocis omiſſionem frequentem eſſe monuerunt, ante *Boſſium*, *Henricus Stephanus* Append. de Dial. Att. p. 104, 105. *Caſaubon.* Anim. in *Athen.* VIII, c. VII. *Gataker.* in *Antonin.* II, §. I. aliique: conf. Clariſſ. *Io. Uptonus* in *Arriani Epictetea* p. 19, 2.

Vs. 1490, 91. πάρα γὰρ λεύσσειν Πτώματα νεκρῶν τρισσῶν ἤδη] Loco trium vocabulorum unum praebet Cod. Flor. παρακελεύσειν mendoſum quidem illud, diverſae tamen lectionis indicem non contemnendum: dubium non eſt quin παρακελεύσειν fluxerit ex πάρα καὶ λεύσσειν· in hoc namque verbo litera media non ſolet in Codd. aut Edd. priſcis niſi rarius geminari, καὶ tranſiit in κε· ſicut v. 1563, legitur in eodem Flor. ἐνὶ λέκτρεσι, pro ἐν Ἠλέκτραισι. Sed πάρα καὶ λεύσσειν, *etiam licet intueri*, huic tamen loco minus accommodum vulgato; πάρα γὰρ λεύσσειν. legitur in Phoen. v. 1546, πάρα γὰρ στενάχειν· in *Soph.* Elec. v. 790, νῦν γὰρ οἰμῶξαι πάρα. Oed. Tyr. v. 1247, τῶν δὲ πραχθέντων τὰ μὲν Ἄλγιστ' ἄπεστιν, ἡ γὰρ ὄψις οὐ πάρα. contra noſtro verſu παρῆν ὄψις· —— *Non auribus duntaxat percipimus infortunia domus*, πάρα γὰρ λεύσσειν, *nam praeſentia contueri licet tria cadavera.* Scholiaſtes: οὐκ ἀκοῇ ἔτι γινώσκομεν τὴν συμφορὰν, ἀλλ' ὄψει καὶ πείρᾳ. *Philo Iudaeus* p. 1023. C. ᾔδει —— οὐκ ἀκοῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ πείρᾳ. *Euripidis* in Medea verba v. 654, 55, *Scholiaſtes*

ſtes explicat: *αὐταῖς ὄψεσιν ὁρῶμεν, — καὶ οὐκ ἐξ ἀκοῆς τοῦτο μανθάνομεν.* Simillimum *Callimachi* locum, ut emendem depravata, ponam ex hymno in Del. v. 179, 180.

—— —— *ἴδωσι δὲ πίονα καρπὸν*
Γείτονος αἰθομένοιο καὶ οὐκέτι μοῦνον ἀκουῇ.

non abſurde *Stephanus* in *ἀκουῇ* verbum credidit ſubaudiendum, vel *πύθωνται*, vel ſimile: forſan alii *Stephano* locorum obiicient acervum, in quibus verba ſenſuum permutentur; memores autem *Virgiliani*, *iam proximus ardet Ucalegon*. *Γείτονος αἰθομένοιο* Callimachea cenſebunt non ſollicitanda; quae mihi ſic commodum corrigi poſſe videbantur:

—— —— *ἴδῃσι δὲ πίονα καρπὸν*
Γήπονος αἰθόμενον, καὶ οὐκ ἔτι μοῦνον ἀκούῃ.

experiatur ipſemet agricola, quod ab hoſtibus fieri ſolere tantum auditu perceperat: *videat* ſuis oculis, & *non audiat ſolummodo.* His veriſimilitudinem conciliaſſe, locus non patitur. Convenientius erit excitaſſe Supplicibus *Euripidae* ſententiae non diſſimilis anapaeſticos v. 794. & ſeqq. ſic ſeparandos: (1) *Ἀλλὰ τάδ' ἤδη σώματα λεύσσω.* (2) *Τῶν οἰχομένων* (3) *Παίδων· μελέα, πῶς ἂν ὀλοίμην* (4) *Σὺν τοῖςδε τέκνοις* (5) *Κοινὸν ἐς ἅδην καταβᾶσα*; miſſa, quae nos forte detinere poſſet, vocula, *σώματα τῶν οἰχομένων*, in Phoen. v. 1556. Troaſin v. 594. & alibi *σώματα νεκρῶν*, noſtro loco dicuntur *πτώματα νεκρῶν*: *cadavera* multo frequentius Tragicis *πτώματα* dicuntur & *πεσήματα* ſimpliciter, quam *πτώματα νεκρῶν*: hoc tamen, illis reiectis, *Phrynichus* adprobat p. 164. *Πτῶμα ἐπὶ νεκροῦ τιθέασιν οἱ νῦν, οἱ δ' ἀρχαῖοι οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πτώματα νεκρῶν, ἢ σῶμα.* Conf. *Eurip.* Androm. v. 653, 53. —— Quod eſt in *Euripideis* inferius paulo, *σκο-*

τίαν αἰῶνα attigit *Euſtathius* in Il. Δ, p. 382, 38. *οὐ μόνον ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς ὁ ῥηθεὶς Αἰὼν λέγεται τραγικώτερον: οἷον, σκοτίαν αἰῶνα.*

ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ] Tanquam Monoſtrophes cola ferebantur in Edd. unum & quadraginta: *Kingius*, obſecutus Codici vetuſto, praeterea *Scholiaſtae* metrico, monoſtrophen in ſtrophas commutavit, &, pro 41, nobis eruit verſus 58. *Kingium* interim ſequamur, dum his aliunde novum lumen oboriatur.

Vs. 1493. 1 *Οὐ προκαλυπτομένα βοστρυχώδεος* 2 *Ἁβρὰ παρηΐδος,*] Quod poſſit eſſe uſui, nihil erui poterit ex hac Flor. Cod. ſcriptura: *οὐ προκαλυπτομέναι β. οὐβρᾶ παρηΐδος*: Leidenſes Editis concinunt. Solitum fuiſſe Syracuſanum Charmum ſcribit apud *Athen.* I, p. 4. A. B. *Clearchus*, *εὐτρεπίσαι στιχίδια καὶ παροιμίας εἰς ἕκαστον τῶν ἐν τοῖς δείπνοις παρατιθεμένων, εἰς μὲν τὸν ἰχθῦν, Ἥκω λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος*· (initium eſt Troadum *Eurip.* a Menandro tranſſumptum in Nauclerum:) —— *εἰς δὲ τὴν ἀποδεδαρμένην ἔγχελυν, Οὐ προκαλυπτομένα βοστρυχώδεα*· *Caſaubonus*, huius Phoeniſſarum loci memor, hinc ſcribendum monuit *βοστρυχώδεος*: mihi videtur alterum a *Charmo* prolatum. —— *ἁβρὰ παρηΐδος*, *Sophocli* ſunt in Antig. v. 794. *μαλακαὶ παρειαὶ νεάνιδος*: quae latebant in Erotico *Plutarchi* p. 760. D. *Bern. Martinus* illuminavit V. L. II, c. VI. *Eurip.* Helena v. 378, virginum memorat *ἁπαλόχροα γένυν*: id eſt *ἁβρὰ παρηΐδος*. *Heſiodus* Ἔ. καὶ Ἡ. v. 517. meminit *παρθενικῆς ἁπαλόχροος*: quo reſpicit *Plutarch.* de Curioſit. p. 516. F. tales eximie dicebantur *ἁβραὶ παρθένοι*. *Aeſchylus* apud *Athen.* XII, p. 528. C. *Χλιδῶν τε πλόκαμος ὥστε παρθένοις ἁβραῖς.*

Vs.

Vs. 1495. 3. *Οὐδ' ὑπὸ παρθενίας τὸν ὑπὸ βλεφάροις* 4 *Φοίνικ' ἐρύθημα προσώπου* 5 *Αἰδομένα, φέρομαι βάκχα νεκύων,*] Facile ſententiam exprimas cum Scholiaſta, *οὐδὲ πρέπουσαν παρθένοις αἰδῶ ἀναλαβοῦσα ἐκβακχεύω·* ſed in verbis remanet aliquid impediti: nihil novavit praeter verſuum modulum *Kingius*, niſi quod colo 5 poſuerit *Αἰδομένα* pro *Αἰδομένα·* ut choriambum efficeret. Deſinit etiam verſus in choriambum —— *χα νεκύων·* Huic colo quinto, ſicuti dicitur in Scholiis, ſimilium erit tertium, ſi hunc in modum leniter corrigatur: *Οὐδ' ὑπὸ παρθενίας τοὐπὶ βλεφάροις.* *Pudorem palpebris inſidentem* ſic dixerit *Euripides* *τοὐπὶ βλεφάροις Φοίνικ' ἐρύθημα προσώπου·* quem ab oculis manantem *rubicundum faciei colorem* ſe revereri negat Antigone, dum non amplius eſſet verecundandi, virgineique decoris obſervandi, tempus. Iam vide quaeſo quanto rectius iungi queant, *τοὐπὶ* vel *τὸ ἐπὶ βλεφάροις Φοίνικ' ἐρύθημα προσώπου,* quam quo pacto ceperant priores vulgata, *τὸν* —— *Φοίνικ' ἐρύθημα προσώπου·* noſtrae partim favet lectioni Scholion, prout legitur in Aug. Cod. *τινὲς δὲ, οὐ τὴν ἐπὶ βλεφάροις φοινίξιν αἰδουμένη.* Nonnulla *Battierii* praebet in hunc locum Muſeum Helvet. P. XIX, p. 377. Illum autem, ingenui pudoris indicem, *purpureum ruborem*, *Φοίνικ' ἐρύθημα* nova quadam ratione dixit Euripides: *fabri regulam* *Φοίνικα κανόνα* in Herc. Fur. v. 945. huius generis, ut notum, centena dantur; iſtius, perpauca.

Vs. 1498, 7. *Στολίδα κροκόεσσαν ἀνεῖσα τρυφᾶς*] Quam Scholia praebent, vocem *Χλιδᾶς*, alteri ſecundum Atticiſmi magiſtros praeferendam, verſus hic etiam admittit anapaeſticus. *Στολίδα κροκόεσσαν* hinc attigerunt *Gisb. Cuperus* Obſerv. I, c. III. & *Ez. Spanhem.* in *Callim.* p. 101. Vs. ſeq. ſe ipſam Antigone vocat *Ἁγεμόνευμα νεκροῖσι πολύστονον·* id eſt *προηγήτειραν τῶν νεκρῶν*, interprete Schol. Mercurius in Tragici cuiusdam fragmento ſe ipſum dixerat, ni fallor, *ἡγήτορα Ψυχαῖς·* ſic corrigendum ſuſpicor in Erotico *Plutarchi* p. 758. B. *ἀλλ' ἡγήτορα*, pro vulgatis, *ἀλλὰ θνητὸν ἅμα·* ſenſu vacuis. Vetus enarrator in *Euripidis* Oreſt. v. 1087, *σύνηθες*, inquit, *τὸ τιθέναι ἀντὶ προσώπων τὰ πράγματα·* Tyndarus Menelaum vocat Or. v. 475. *κήδευμ' ἐμόν·* ad omnem virtutem informatus ab avo Hippolytus dicitur *ἁγνοῦ Πιτθέως παιδεύματα*, Hippol. v. 11. Pylades in *Eurip.* Elec. v. 886, *ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου Παίδευμα.* Thetin ſic in eiusdem Androm. v. 1273, Peleus ſalutat: *Ὦ πότνι', ὦ γενναῖα συγκοιμήματα, Νηρέως γένεθλον, χαῖρε.* quaedam e recentioribus inprimis collegit *Iſ. Caſaubon.* Anim. in *Athen.* I, c. IX. —— *Sophocles* pleraque, quaeque viri Docti plurima collegere non diſſimillima, ab iſtis tamen diverſa ſunt.

Vs. 1502, 12 *Φόνῳ φόνος* 13 *Οἰδιπόδα δόμον ὤλεσε, κρανθεὶς*] De tribus Codicum diverſis quam lectionem poſuerit *Euripides* dubito num liquido poſſit conſtitui: *κραθεὶς*, vel *κρανθεὶς*, vel *κρανθεῖς' αἵματι δεινῷ.* Poſtremum praebebat Flor. Mſ. praeterea veteres adprobarunt Grammatici, referentes illud ad *ἔρις· ἡ σὴ ἔρις, οὐ μόνον ἔρις γέγονεν, ἀλλὰ φόνος ἐπὶ φόνῳ κρανθεῖσα.* Lectori relinquam optionem: *φόνῳ φόνος κρανθεὶς*, prout erat in Leidd. Mſſ. mihi non diſplicet, *caedes caede cumulata* vel *firmata.* In Oreſte v. 1023, recte *Barneſ.* poſuit *Στέρξει τὰ κρανθέντ'·* ad mentem *Gul. Canteri* N. L. I, c. IX. nihil erat cur hic Codd. ſcriptis obſequeretur *Kingius*, revocando *τὰ κραθέντ'·* eadem

ra-

ratio valuiſſet in Hecubae v. 218, ubi Codices Leidenſes ἐκράνθησαν exhibent, ſed recte vulgatur: γνώμην στρατοῦ Ψῆφόν τε τὴν κρανθεῖσαν conf. Hippol. v. 868 & 1345. ubi corrigendum οἷον ἐκράνθη —— πένθος, ex Codd. Pariſ. & Flor. *Aeſchylus* Prom. v. 910. πατρὸς δ' ἄρα Κρόνου τότ' ἤδη παντελῶς κρανθήσεται.

Vs 1505. —— μουσοπόλον στοναχὰν] Antigones hic paene Poëtam oblitum tanquam e ſua perſona dixiſſe ſuſpicor: Τίνα δὲ προσῳδὸν, Ἤ τίνα μουσοπόλων στοναχὰν ἐπὶ Δάκρυσιν —— ἀνακαλέσομαι; neque enim ex animo lugenti puellae iſta poterat in mentem venire cogitatio. Corrigendum autem arbitror μουσοπόλων στοναχὰν, *Tragicorum*, vel *Poëtarum gemitum*. Poëtae vocantur ἀοιδοπόλοι, ὑμνοπόλοι, & Μουσοπόλοι hac etiam tempore designati ab *Euripidis* 'e ſt. v. 445, Πολλά σε μουσοπόλοι Μελψοῦσι, καθ' ἑπτάτονόν τ' ὀρείαν Χέλυν, ἔν τ' ἀλύροις κλείοντες ὕμνοις.

Vs. 1508. Τρισσὰ Φέρουσά γε σώματα σύγγονα.] Quam vocat Clar. *Arnaldus* in Miſcell. Obſ. vi, p. 597. *audacem Kingii conjecturam & inſulſam lectionem*, illam exhibet eandem Cod. Leid. B. neque dubium eſt, quin repererit in Codd. *Kingius*: nullum novi Codicem, in quo vocabulum σώματα deſit: in A Leid legitur, τρισσὰ δὲ σώματα Φέρουσα σύγγονα· in Flor. & Cantabrig. τρισσὰ Φέρουσα τάδε σώματα σύγγονα. Quod ſi nullus Codicum Britann vulgatam exhibuit, hanc recte mutaſſe *Kingius* iudicabitur. Erat autem *Arnaldo*, ſed Codicum lectiones ignoranti, probata, veterum Editionum lectio: Τρισσὰ Φέρουσα τάδ' αἱμακτὰ σώματα· Dactylum efficit, ſecundum ipſum, vox αἱμακτὰ, vocis enim *mediam*, inquit, *recte corripi notiſſimum eſt*: mihi quidem ignotum eſt, Atticis licuiſſe Tragicis, quod ſibi nonnunquam ſumſerunt alii: vid. *Sam. Clarkius* in *Hom.* Il. B, v. 537. Grammaticus *Herodianus* in Cod. Leid. Mſ. πολλάκις —— εὑρίσκομεν τὸ μν ἀποτελοῦν κοινὴν συλλαβὴν, —— ὁμοίως καὶ τὸ πτ, —— καὶ τὸ κτ, ὡς παρὰ Τυρίνθῳ, Ἱππώνακτος τὸ μέτρον οὐδέν μοι μέγα. Corrigendum, παρὰ τῷ Ῥίνθωνι, Ἱ. τ. μ. οὐδέν μοι μέλει· monſtrabit *Hephaeſtion* p. 4, 12. hinc emendandus. Centena forte Tragicis poterunt excitari, in quibus corripiatur vocalis mutam & liquidam antecedens; exemplum e Tragico requirerem, in quo τ liquidae naturam induat, atque adeo vocalis corripiatur, in eadem voce proxime ſequentibus κτ, vel πτ. —— Quam vero memorat hic ellipſin vocis σώματα, vellem idoneo nobis adfirmaſſet *Euripidis* exemplo, quod cum his congrueret: τρισσὰ Φέρουσα τάδ' αἱμακτὰ σύγγονα· quam *Boſſius* adnotavit, eam expungi malim. neque enim cadaver dicitur τὸ νεκρὸν, ſed ὁ νεκρός. Eximie *cadavera* σώματα vocari, ſaepius monuerunt Grammatici. —— Paulo inferius Οἰδιπόδαο recte *Kingius* in Οἰδιπόδα transmutavit.

Vs. 1510. (22) Τᾶς ἀγρίας ὅτε (23) Δυσξυνέτου ξυνετὸς μέλος ἔγνω (24) Σφιγγὸς, ἀοιδοῦ σῶμα Φονεύσας.] A *Barneſio* mutatum in ἔγνως, ἔγνω revocavi, quod Codices etiam praebebant Leid & Flor. in Cantabrig. ſequentis vocis litera σ verbo adhaeſerat. Ξυνετὸς erat in Leid. A. *Kingius* autem e ſuis emtione receperat: Oedipus erat Ξυνετὸς; aenigmata Sphingis, τᾶς ἀγρίας ἀοιδοῦ, δυσξύνετον. corrigendum itaque praeterea fuerat: ὅτε Δυσξύνετον ξυνετὸς μέλος ἔγνω· quo modo legit Schol. in Auguſt. Cod. iungens αἴνιγμα τὸ δυσξύνετον ἐκεῖνο καὶ ἀ-

σαφὲς τοῖς πολλοῖς. tum nihil remanebit hic impediti: ὅτε ξυνετὸς ἔγνω δυσξύνετον μέλος τᾶς ἀγρίας Σφιγγὸς, aut, si quis ita malit, δυσξύνετον μέλος Σφιγγὸς, τᾶς ἀγρίας ἀοιδοῦ (Σκληρᾶς ἀοιδοῦ *Soph.* Oed. Tyr. v. 36.) σῶμα θοινάσας. —— Sphingis *intellectu difficillimum* carmen hic, ut arbitror, δυσξύνετον μέλος dixerat; quod infra vocat v. 1721, Παρθένου κόρας Αἴνιγμ' ἀξύνετον eodem significatu; nam *intellectu facilia* dicuntur εὐξύνετα. Halcyonis cantum εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοὰν vocat *Euripides* in Iphig. Taur. v. 1092. Sphingis *nefandum carmen* αἴνιγμ' ἀξύνετον isto sensu capiendum ἀσύνετον in isthoc *Euripidis* loco Peritissimus *Sallierius* monuit in notis ad *Thomam Mag.* p. 118. quas debemus Cl. *Bernardi* diligentiae: Scholion in Leid. Cod. A interpretatur Ἀσύνετον] τὸ δυσκόλως νοούμενον· δυσνόητον. nostro versu Δυσξύνετον ξυνετὸς μέλος ἔγνω. *Sosicrates* arbitrabatur, Sphinga ἐγχωρίαν fuisse χρησμολόγον, δύσγνωστα μαντευομένην, teste *Schol.* in Phoen. v. 45. haec ad *Bocharti* mentem accommodatissima vir Summus non omisit Geogr. S. II, L. I, c. XVI, p. 431. —— Illa δύσγνωστα vel δυσξύνετα ξυνετὸς intellexit Oedipus. *Dion Chrysost.* Orat. X, p. 151. A. τὸν Οἰδίπουν οἱ Ἕλληνες οἴονται, —— συνετὸν πάντων μάλιστα, μόνον —— λῦσαι τὸ αἴνιγμα τῆς Σφιγγός. *Alcaeus* Epigrammatographus Anthol. III, c. XII, ep. 19, v. 8. Νῦν Σφιγγὸς γρίφους Οἰδίπους ἐφρασάμην. v. 10. Φέγγος μὲν ξυνετοῖς. Quoniam ad manus est *Athenaeus*, loca quaedam Comicorum designabo, quibus δυσξύνετα loquentes *Sphinges* adpellantur: venustus est & ad multa perutilis locus *Strattidis* Comici L. IX, p. 382, c. cuius initium, repertum L. XIV, p. 659. B. C. adponam: Σφίγγ' ἄῤῥεν', οὐ μάγειρον εἰς τὴν οἰκίαν Εἴληφ'· ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ ἕν, μὰ τοὺς θεοὺς, Ὅσ' ἂν λέγῃ, συνίημι. conferatur *Alexidis* obscura ῥῆσις & in integrum, si pote, restituatur L. X, p. 441. D. *Anaxilas*, L. XIII, p. 558. D. Σφίγγα Θηβαίαν δὲ πάσας ἐστὶ τὰς πόρνας καλεῖν, Αἳ λαλοῦσ' ἁπλῶς μὲν οὐδὲν, ἀλλ' αἰνίγμασιν τισίν· paulo post restituendum: Εἶθ' ὁ μὲν γνοὺς ταῦτ', ἀπῆλθεν εὐθὺς, ὥσπερ Οἰδίπους, / Οὐδ' ἰδεῖν δόξας ἐκείνην σώζεται δ' ἄκων μόνος. felicissime nomen *Oedipodis* a *Grotio* repositum Exc. p. 861, infeliciter admodum hoc modo sequentia mutante: Οὐδὲ ἓν δώσας ἐκείνῃ, σώζεται δ' ἀχέων μόνος· Quis ferat ἀχέων in Comico? quis in universum δώσας, *dans*? haeccine viris excidere Primariis!

Vs. 1515. (τίς) Αἵματος ἀμερίου] Olim legebatur τόσων Δι' αἵματος ἀμερίου· quod *Kingius*, incertum e quibus Codicibus, reposuit, Leidenses quoque praeferunt & Cantab. τόσωνδ' Αἵματος ἀμερίου· *Barnesius* in hunc locum, „ *videtur*, ait, *Scholiastes legisse* —— Διὰ σώματος ἀνθρωπείου; „ *quod sane praetulerim*:" praetulisset itaque genuinae lectionem librarii mendosam: nititur enim illa *Barnesii* his olim vulgatis in Scholio: τίς —— τοσούτων πλῆθος κακῶν ὑπέμεινε καὶ λύπης ἐπὶ ἀνθρωπίνου σώματος; τὸ γὰρ Ἀνθρωπείου, ἀντὶ τοῦ ἀνθρωπίνου· quae *Batterium* quoque deceperant: vereor ne mihi quis *Thomam Mag.* excitet, huiusque sic statuat invertendam observationem: Ἀνθρωπίνη φύσις, οὐκ ἀνθρωπεία. vicies ἀνθρωπίνην φύσιν dixit *Plato*, semel duntaxat nostris in Edd. *Platonis* ἀνθρωπεία φ. reperitur. —— Sed hoc Scholion sic Codex August. exhibebat emendatius: τίς —— ὑπέμεινε κακῶν τοσούτων πλῆθος καὶ λύπης ἐπὶ ἀνθρωπίνῳ σώματι, τὸ γὰρ Ἀμερίου, ἀντὶ τοῦ ἀνείου· id est ἀνθρωπείου. hinc erroris origo manifesta, vocem ἀμερίου com-

commutantis in ἀνθρωπίνου· Scriptum credidit ἀνίνου· —— iungenda sunt procul omni dubio: τίς —— τῶν πάροιθεν εὐγενετᾶν ἕτερος, αἵματος ἀμερίου· *quis veterum nobilium, qui quidem fuerit mortali sanguine cretus*; supra v. 132, ἀμερίων γέννα, alibi γένος ἀμερίων, est τὸ ἀνθρώπειον γένος· homines dicuntur ἡμέριοι & ἐφήμεροι, *viventes velut in unum diem*: meminit *Sophocles* ἀθανάτων & ἀμερίων ἀνθρώπων, Antig. v. 798, 800. ἐφημέριοι & ἀθάνατοι similiter opponuntur in *Philoxeni* loco apud *Athen.* XIV, p. 643. A. nonnulla dedit *Barnes.* in *Eurip.* Iphig. Aul. v. 1331. meliora *Gataker.* in *M. Antonin.* IV, §. 35.

V. 1517: 8. Τάλαιν' ὡς ἐλελίζω·] *Grotius* ἐλελίζω iam receperat, in locum vulgati ἐλελίζει, antequam illud *Barnesius* in Cod. reperisset Cantabrig. ἐλελίζω duo quoque Leidenses praebent. Verbi sonus, gementi lusciniae vel hirundini proprius, fecit, ut sequentia Tragico venirent in mentem: invocat in *Euripidis* Helena v. 1115. chorus τὰν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα μελῳδὸν, Ἀηδόνα δακρυόεσσαν· Ἔλθὲ διὰ ξουθᾶν Γενύων ἐλελιζομένα Θρήνοις ἐμοῖς ξυνεργός· haec obversabantur *Aristophani*, dum Epopa lusciniam sic faciebat in Avibus alloquentem v. 209. &c. Ξύσον —— νόμους ἱερῶν ὕμνων, Οὓς διὰ θείου στόματος θρηνεῖς, Τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν Ἐλελιζομένη διεροῖς μέλεσι Γένυος ξουθῆς· haec enim postrema duo, sic a sequentibus separanda, cum praecedentibus autem esse iungenda manifestat *Euripidae* locus.

Vs. 1518: 9 —— 13. Τίς ἄρ' ὄρνις, —— (12) Μονομάτορος ὀδυρμοῖς ἐμοῖς (13) Ἄχεσι συνῳδός;] Iungi certe nequeunt sine copula voces ὀδυρμοῖς ἄχεσι, nedum cum *Kingio* Latine verti: *meis eiulatibus miseris*: sed priora primum examinemus: in B Leid. legitur τίς ἄρ' ὄρνις· in altero A, nec non in Cantab. τίς τ' ἄρ' ὄρνις· hanc lectionem exprimi curavit *Barnesius*, illam *Kingius*; sed hic in notis legendum suspicatur: τίς ἄτ' ὄρνις· *quis, velut avis*; me minime probante. Τίς ἄρ' ὄρνις, *quae tandem avis*, ἢ δρυὸς, ἢ Ἐλάτας ἀκροκόμοις Ἀμφὶ κλάδοις ἑζομένα· in his primam voculam ἢ *Grotius* dudum ante *Kingium* iam reposuerat, quam libri quoque Leidenses praebent & Flor. *Euripides* in Helena v. 1113, *lusciniam* canit ἐναύλοις ὑπὸ δενδροκόμοις Μουσεῖα καὶ θάκους ἐνίζουσαν. *Soph.* Oed. in Col. v. 664, λίγεια μινύρεται —— μάλιστ' ἀηδὼν Χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις. *Catull.* LXIV, v. 13. *Qualia sub densis ramorum concinit umbris Daulias, absumpti fata gemens Ityli.* Ἴτυν γ' ὀλοφύρεται Ὄρνις ἀτυζομένη. *Soph.* El. v. 148. —— Forsan aliquando verbum Codex fidelior subministrabit, vel participium, quod in locum vocis Ἄχεσι colo 13 succedat. Erunt, quibus copula tantum videatur interserenda: ὀδυρμοῖς ἐμοῖς Ἄχεσί τε συνῳδός; — Vocem μονομάτορος colo 12 e Cod. restitui Flor. Ad *Kingium* usque μονομάτωρ hic fuerat a plerisque vulgatum: μονομάτερος dederant *Aldus*, & in utraque Basil. *Hervagius*; hoc erat in Cantabr. & in B Leid. in altero legebatur μονομητέρος· *Kingius* e Codd. suis recepit μονομάτερος· huic aeque ac reliquis ipsa dici creditur *avis* μονομάτερος, *privata* vel *orbata matre*. Sed quae tandem avis; & cur *hirundo* vel *luscinia*? quomodo denique Graece dici posset ὄρνις μονομάτερος; nihil minus: ipsa suam luget sortem Antigone, *privata matre*, μονομάτωρ. —— Scholiastes: Μονομάτωρ, ἡ μεμονωμένη τῆς μητρός· huius generis quaedam *Abreschius* attigit ad *Aesch.* p. 89 rariora praebent *Aeschylus* Prom. v. 301. σιδηρομήτορα, *Theocritus* Ed. VIII, v. 14.

14. *Ἰσομάτορα ἀμνόν·* *Piersonus* noster ingeniose corrigebat *λιπομάτορα·* quod est in epigr. Anthol. I, c. XXII, 5. Tyndaridas *Stesichorus λιπεσήνορας* dixit in Schol. ad *Eurip.* Orestem, v. 249. —— Pythagoreis ἡ τετράς, *Διμάτωρ*, *numerus binarius*, *Διομάτωρ* dicebatur, teste *Nicomacho* apud *Photium* Biblioth. p. 238, 22. & p. 239, 16. nam *Διομάτορα* scribendum, non ut *Meursius* in Den. Pyth. p. 24, *Διομήτορα*. *Hesychius* alicubi repererat *Μουνομήτορι*. Nostro loco locutionis ignorata *Kingio* venustas tenebras offudit: Antigone, *τίς ἄρ'*, inquit, *ὄρνις* —— *Μονομάτορος ὀδυρμοῖς ἐμοῖς* —— *συνῳδός*; *quae tandem avis meis matre privatae lamentis concinens?* *ὀδυρμοῖς ἐμοῖς μονομάτορος*, id est *ὀδυρμοῖς ἐμοῦ μονομάτορος*. Pronominibus possessivis sic genitivos adiungere Tragici praesertim adamarunt. *Sophocles* Aj. v. 1034. *Τὰ σὰ Κράτη θανόντος.* Elec. v. 1406. *τοὐμὸν φρενῶν ὄνειρον.* Trachin. v. 788. *Τὸ σὸν μόνης δώρημα.* Philoct. v. 1123. *τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν.* Oed. Tyr. v. 1399, 1400. *τοὐμὸν αἷμα* —— *πατρός·* Oed. in Col. v. 336. *τἀμὰ δυστήνου κακά·* Scripsisse suspicor *Aeschylum* in Agam. v. 916. *Τὸν σὸν πόδ', ἄναξ, Ἰλίου πορθήτορος.* non, ut vulgatur, *πορθήτορα. Aesch.* Theb. v. 660. *ἁμὸν Οἰδίπου γένος.* *Euripides* Elec. v. 366. *πόσις ἐμὸς τῆς ἀθλίας.* Androm. v. 107. *Καὶ τὸν ἐμὸν μελέας πόσιν Ἕκτορα.* Supplic. v. 922. *τὸν ἐμὸν μόχθον ἀθλίας·* de *filio* similiter locasse Phoen. v. 30. *τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον.* nonnulla collegit *H. Stephan.* App. de D. A. p. 172. Latinorum, Graecismum hunc imitantium, loca protulit affatim Ill. *Nic. Heinsius* ad *Ovid.* Heroid. v, v. 45. Miror ingeniosissimum Criticum intactum praeteriisse Heroid. II, v. 81. *At mea despecti* —— sensus erit accommodatior, si reponatur: *At mea despectae fugiunt connubia Thraces.* se *despectam* Phyllis hac parte cum Ariadne comparat a Theseo *relicta*, v. 76.

Vs. 1523: 19. *Τίν' ἐπὶ πρᾶτον ἀπὸ χαίτας* (20) *Σπαραγμοῖσιν ἀπαρχὰς βάλλω;*] Ultimum poscit versus pro *βάλω*, vel *βαλῶ*, quod erat in Edd. *Kingiana* prioribus: hic quoque *σπαραγμοῖς* e Codicibus itidem in *σπαραγμοῖσιν* produxit, prouti duo habent Leid. *πρᾶτον* e Parisinis quum recepisset *Grotius*, cur *πρῶτον* retineremus causae nihil erat.

Vs. 1524: 21. *Ματρὸς ἐμᾶς ἐν διδυμοῖσιν* (22) *Γάλακτος παρὰ μαστοῖς*,] Ante vulgata, *ματέρος ἐμᾶς ἐν διδύμοις Γάλακτος παρὰ μαστοῖσιν* sic ex Codd. correxit *Kingius*, ut metro designato responderent: *ματρὸς* etiam erat in A Leid. *μαστοῖς*, in B. in utroque *διδύμοισι*. Sed hi, non minus ac Britannici, nobis exhibent importunum illud *ἐν*, quod *Battierio* delendum videbatur. Recte *Kingium* in notis iudicasse censeo, corrigentem: *Ματρὸς ἐμᾶς ἢ διδύμοισιν Γ. π. μ.* sequitur enim (23) *Ἢ πρὸς ἀδελφῶν* (24) *Οὐλόμεν' αἰκίσματα δισσῶν*; ultimam vocem, pro *νεκρῶν* repositam, *Kingio* debemus; eamdem libri quoque Leidenses suppeditant, in Cod. certe Cantabrig. repertam a *Piersio*, forsan in aliis a *Kingio*.

Vs. 1528: 28. —— *δεῖξον Οἰδιπόδα* (29) *Σὸν αἰῶνα μέλεον*;] Iambicum etiam dimetrum effecissent in Edd. vulgata: *Γεραιὲ δεῖξον Οἰδίπου·* recte tamen e Scholiis & Mſ. Cantabr. alteram formam revocavit *Barnesius*, quam habent etiam Leidenses.

Vs. 1531. (*ὃς*) *Ἕλκεις μακρόπνουν ζωάν.*] Grammatici recentioris, *μακρό-*

κρέπουν ζωὰν explicantis, auctoritate non debuerat illud a *Barnesio* recipi: *Barnesium* tamen *Kingius* sequutus est; nisi forsan hic Codicibus obsecundarit: nam μακρόπουν alter etiam, isque optimus, Leid. praebebat: μακρόπνουν exhibent Flor. Cantabr. Leid. n, & Venetus, quem *Aldus* expressit. In Scholiis Augustani Codicis legitur: ἕλκεις μακρόπνουν. παρέλκεις καὶ παρατείνεις τὴν ζωὴν, καὶ Φιλοψυχεῖς. Attigit Euripidea *H. Stephanus*, Ind. Thes. L. G. in v. Μακρόπνους.

Vs. 1533. Γεραιὸν πόδα δεμνίοις (34) Δύστανον ἰκύων;] Si Codex praeberet Δύστανος, hoc ego quidem non spernerem: iungi commode potuerunt: ὁ κατ' αὐλὰν ἀλαίνων δύστανος. *Euripideum* Ἀλαίνων, in Lexico forte Tragico perperam scriptum, *Hesychium* decepit, apud quem legitur mendosum: Ἀλευῶν, πλανώμενος. quod intactum viri Docti reliquerunt. *Euripideum* dico, quia nusquam illud me legere memini praeterquam in *Euripidis* Oreste v. 531. Iphig. Taur. v. 284. Cycl. v. 79. Elec. v. 589, & v. 204. ubi, sicut nostro loco κατ' αὐλὰν ἀλαίνων δύστανος, Orestes dicitur γᾶν ἄλλαν κατέχειν Μέλεος, ἀλαίνων Ποτὶ θῆσσαν ἑστίαν. Eamdem verbi formam *Aeschylus* adhibuit & *Theocritus*; cuius participium, tanquam *Euripideum*, in Lexico prostabat Tragico.

Vs. 1534. Οἰδ. Τί μ' ὦ παρθένε, ——] Haec quoque septem cola restituit in ordinem legitimum *Kingius*; nihil tamen adeo novavit, nisi quod colon sextum in duo distraxerit, & v. 4. Οἰκτροτάτοις δακρύοις posuerit, quum ante a legeretur Οἰκτροτάτοισι δακρύοις. Producit hic in scenam *Euripides* Oedipum, ut huius fugam partem faceret luculenti drammatis ultimam, quam rectius forsitan iis praetermisisset, tristissimam quidem illam, sed commovendis spectatoribus minus accommodatam, quam fuere priora. *Statius* Oedipoda multo facit ante tenebris prodeuntem, quam isthaec evenissent. L. VIII. Theb. v. 240. *Tum primum —— semper inadspectum, diraque in sede latentem, Oedipoden exisse ferunt.* Quae tum sequitur apud *Statium* aerumnosi senis pictura parum distat ab hac *Euripidis*, Oedipum vocantis ἀφανὲς αἰθέρος εἴδωλον.

Vs. 1538. Ἢ νέκυν ἔνερθεν, (7) Ἢ πτανὸν ὄνειρον.] Nihil dici poterat efficacius: infra v. 1714. Ὥστ' ὄνειρον ἰσχὺν ἔχων· id est ἀμενηνός· *Aeschylum* habuit, quem imitaretur, in Agam. v. 82. Ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει. conf. v. 75. nostra commemorat Cl. *Abreschius* Anim. p. 256. Euripidea non dubito quin respexerit *Apollon. Rhod.* II, v. 197. ubi Phineus, ἀκήριον ἠΰτ' ὄνειρον, Βάκτρῳ σκηπτόμενος (ut Oedipus *Euripidis*, *Baculo senili triste praetentans iter*, *Seneca* Oed. v. 657.) — v. 200. πίνῳ τέ οἱ αὐσταλέος χρὼς Ἐσκλήκει· ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον. *pellis super ossibus una*, *Lucret.* VI, v. 1268. —— *Euripides* Aeolo apud *Stobaeum* Floril. *Grot.* p. 477. Γέροντες οὐδέν ἐσμεν ἄλλο, πλὴν ὄχλος, Καὶ σχῆμ', ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα. Quem hic νέκυν ἄναρθρον, alibi certe dixerat ἄναρθρον· *Hesychius*: Ἄναρθρος, ἄτονος, ἀσθενής· Εὐριπίδης Οἰδίποδι. ubi frustra V. D Oedipodi substituendum Oresten suspicatur: nostra namque manifestant, ipsum etiam Oedipum ἄναρθρον potuisse dici: hic quoque ponere potuerat νέκυν ἄναρθρον, ut in Troasin v. 193, Νεκύων ἀμενηνὸν ἄγαλμα.

Vs. 1540 —— 44.] Horum versuum primo *Battierius* legendum suspicabatur: Δυστυχὲς ἀγγελίας ἔπος εἶ-

ση, *scies*, *cognosces*: est in hoc ipso dramate locus v. 260. quo mea quidem sententia rectius *εἴσεται* legeretur, quam, prouti vulgatur, *οἴσεται*. Sed hic nihil causae video cur *οἴσῃ* sollicitaremus, significans *κομίσῃ*, *tristem nuncium accipies*. —— Secundo versui *Kingius* recte praefixit Ὦ, quod praebet Leid. etiam B. —— ante *Grotium* sequentia sic vulgabantur: *ἃ παρὰ βάκτροις Πόδα σὸν τυφλόπουν θεραπεύμασιν Αἰὲν ἐμόχθει·* *Battierius* in h. l. " *mira*, scribit, *orationis structura*: „ *ἐμόχθει πόδα σὸν θεραπεύμασι*. *valde* „ *dubito Euripidem sic scripsisse*: *si quid* „ *conjectura consequi quis poterit*, *vi-* „ *detur βάκτροις esse spurium & ejicien-* „ *dum*, *ut sit ἃ παρὰ Πόδα σὸν τ.* quae „ ad pedem tuum coecum semper la- „ borem habuit, *ut eum nimirum di-* „ *rigeret* " *Grotius* edidit e Parisinis sine dubio Codd. *παρὰ βάκτροισιν* / *Ἃ πόδα σὸν τυφλόπουν θ.* atque ita praeferunt Codd. Leid. & Flor. ex Cantabrig. quoque *Barnesius* versui quarto pronomen Ἃ praefixit, a *Kingio* Codicis Reg. Soc. auctoritate transpositum; hanc, ni fallor, ob causam, ne versus praecedentis ultima syllaba corriperetur. *Battierii* quidem non placet commentum; nihilominus hoc mihi cum ipso convenit, quod mirifica videtur structura. Non de nihilo Codicum plerorumque saltem est consensus, legentium Ἃ *πόδα σὸν τ. θ.* Praepositione *παρὰ* in *περὶ* mutata, sic libenter legerim:

—— *οὐδ' ἄλοχος*, *περὶ βάκτροισίν θ'*
Ἃ πόδα σὸν τυφλόπουν θεραπεύμασί τ'
Αἰὲν ἐμόχθει, *πάτερ*, *ὤ μοι.*

ut haec naturalis sit structura verborum: *fuit uxor*, *ἃ περὶ πόδα σὸν τυφλόπουν αἰὲν ἐμόχθει*, *βάκτροισί τε καὶ θεραπεύμασι*, *quae [illegible] erat in tuo coeci [illegible] pede*, *tum fovendo*, *tum baculis occupata dirigendo*: dubium non est, quin Graece dici queat *περὶ τυφλοῦ πόδα μοχθεῖν*, *circa coeci pedem occupatum esse*: parum distat in multis loquendi formis *εἶναι* vel *γενέσθαι*. *περὶ πλοῖον εἶναι καὶ θάλατταν· περὶ τὴν Μουσικὴν εἶναι*. *κ. τ. λ.*

Vs. 1545 *Ὤι μοι*, *μοι ἐμῶν παθέων*,] Versum minus emendate legi malui, prout erat in Edd. ad *Barnesianum* usque, quam sui parte defectum, qualem *Kingius* edidit e coniectura: *Ὤι μοι παθέων·* voce *ἐμῶν* reiecta, quam in Codd. reperiri non diffitetur, plerosque praeferre scribens, *Ὤι μοι ἐμῶν παθέων*, sicut scribendum censuit *Battierius*, atque ex Cant. dederat *Barnesius*: his accedunt duo Leid. Illud *μοι* bis terve repetunt: *Soph.* Phil. v. 1083. *Ὤι μοι μοι μοι.* Si forte stabit in anapaestico correptum vocali sequente *ὦ*, scribi posset, ut dimeter *Ὤι μοι μοι μοι*, *ὦ ἐμῶν παθέων·* Codex forsan aliquando praebebit epitheton *δεινῶν παθέων*, vel simile quidpiam.

Vs. 1546. *Πάρα γὰρ στενάχειν*, *καὶ τάδ' ἀϋτεῖν.*] Undecunque petitum, *καὶ* *Piersius* recte vulgatis, *στενάχειν*, *τάδ' ἀϋτεῖν* interseruit: praebuit illud *καὶ* *Kingio* Codex unicus; quod habet etiam Leid. B *Cantabri*, *Battierio* probata, coniectura, legentis *πάρα δ' ἀϋτεῖν*, versum vitiabat, atque eo nomine debuerat a *Barnesio* reiici: nam, si *libros veteres temerare nefas*, cur ille toties *Euripiden* interpolavit?

Vs. 1549. *Οὐκ ἐπ' ὀρθόποιν*, *οὐδ' ἐπιχάρμασιν*, (50) *Ἀλλ' ὀδύναισι λέγω.*] Quae male fuerant divulsa, *ἐπιχάρμασιν*, iungenda censui; quemodo scribit *Desid. Heraldus* Animadv. in *Salm.* Obs. ad I. A. & R. p. 596. iunctim *ἐπιχάρμασιν* in Scholiis scriptum erat, non tantum in vulgatis, sed & antea magnam partem ineditis Codi-

dicis Augustani, explicantur ita: οὐκ ἐπιχαίρουσα οὔτε ὀνειδίζουσα ταῦτα λέγω ταῦτα. Creon ad Oedipum infra v. 1706. Ἀλλ' ἐκκομίζου· καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω, Οὐδ' ἐχθρὸς ὤν σοι· Venustam in Troadum v. 847. lectionem praebet Flor. Codex: Τὸ μὲν οὖν Διὸς οὐκ ἐς ὄνειδος ἐρῶ. *Iovi quidem Ganymeden non exprobrabo contumeliose*: vulgatur Ὄνειδος, οὐκέτ' ἔρως· sed ἐρῶ dederat etiam *Aldus*. *Euripides* Or. v. 4. Ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας, Διὸς πεφυκὼς, ὥς λέγουσι, Τάνταλος. transsumsit in Orat. IV. *Gregor. Nazianz.* p. 114. c. respicit *Aeschines* Κατὰ Κτησ. p. 64, 40. καὶ οὐ τὸ δυστύχημα ὀνειδίζω, ἀλλὰ τὸν τρόπον ἐξετάζω. Perseus in *Euripidis* Andromeda: Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων Οὐ πώποθ' ὕβρισ'. apud *Ammon.* in v. Ἀρρωδεῖν. quae laus ibi tributa *Barnesio* transferri debet in *Gatakerum*. —— Quam nostro loco restitui vocem ἐπίχαρμα rarius adhibuerunt Attici, frequentantes ἐπίχαρτος, & inprimis verbum ἐπιχαίρειν· vid. in *Thucyd.* p. 209, 48. in *Hesychium* ad Ἐπίχαρμα notata, Clariss. *Abresch.* Anim. in *Aesch.* p. 339. & Animadv. in *Ammon.* II, c. I.

Vs. 1553. Ὤι μοι αἶ, αἶ. A. τί τάδε στενάχεις; / Οἰδ. Ὤι μοι τέκνα.] Sic ista leguntur in Cod. Leid. n. totidem literis scripta, quot nobis ex optimo *Kingius* repraesentavit. Ante *Barnesium* ferebatur per Edd.; Ἰώ μοι, αἲ αἴ. τί τάδε καταστένεις; Οἰδ. τέκνα. absonum ille nobis & enormem versum exhibuit Ἰώ μοι, αἲ αἴ. A. τί τάδε καταστένεις; Οἰδ. τέκνα. quae tamen, ut puto, sic scripta repererat in Cantabrig. Cod. sic certe leguntur in a Leid. *Kingii* lectione parum aberant *Grotius* & *Piersius*, στενάχεις itidem exhibentes, sed sequentem versum, μοι repetito, auctiorem syllaba, quam par erat. Καταστένεις ex interpretamento fluxerat in contextum, &, sicuti saepius evenit, vocem genuinam, in Codd. tamen custoditam, expulerat. Hoc fuerat ex August. Cod. Scholion enotatum: Τί τάδε] λείπει ἡ διά· διὰ τί τάδε καταστένεις, ἐπειδὴ ἄδηλος ὁ σὸς θρῆνος. Mihi quidem ἄδηλος non est Oedipodis θρῆνος· multo magis mirum illud videtur Antigones: Τί τάδε στενάχεις; *quid* vel *cur haecce luges?* ista scilicet! patri, quem hunc in finem evocarat, Antigonen *Euripidis* dixisse crederemus? nihil minus: vel a Codicibus hic auxilium erit exspectandum, vel a coniectoribus. Facili medicina pro, Τί τάδε στενάχεις; reponi poterit —— παῖδ' οὐ στενάχεις; Dixerat Oedipus Ὤι vel Οἴ μοι, αἶ αἶ *vae mihi*: hoc gemitu suam ipsius potius lugens quam filiorum, quos oderat, tristissimam sortem. Fratrum amantissima puella, malas preces, quibus filios fuerat ille detestatus, saepius indignata, hic, ne post illorum fata duraret odium verita, morae tandem impatiens, mea sententia multo dixerit aptius: Παῖδ' οὐ στενάχεις; *nonne duo filios luges?* quam quod vulgatur: iam vide quaeso, quid ad ista Pater mox subdat: Ὤι μοι τέκνα· *vae mihi propter filios.* Idem vocabulum παῖς in locum vulgati τὶς repositum in *Euripidis* Supplic. v. 916, Tragici, ni fallor, sententiam restituet: Ἃ δ' ἂν μάθῃ παῖς, ταῦτα σώζεσθαι φιλεῖ Πρὸς γῆρας.
In Excerptis *Grotius* p. 266, *Quae quisque didicit*, —— Sed in *Stobaei* Flor. p. 2, *Non quae puer quis didicit, haec gaudet senex Meminisse.*

Vs. 1554. —— Δι' ἐδόνας ἂν ἔβας,] Olim legebatur in Edd. δι' ὀδύνας ἔβας, quod hic interpretabantur: *per dolorem vadens peribis.* multo melius in Alcestidi v. 874, Δι' ὀδύνας ἔβας, σάφ' οἶδα· es

in

in dolore: eadem recurrunt in Elec. v. 1210. ubi reddi ſolent: *dolore correptus es.* Noſtro loco voculam ἂν recte *Grotius* adiecit, quam verſus & ſententia poſcebant: *Grotium* ſequuntur *Pierſius* & *Kingius*: ἂν ἔβας erat in Cod. Leid. B. Efficaciſſimum illud ἂν aoriſtis praeſertim temporibus vim dat ſubiunctivorum: exempla deſideranti quivis facile ſubminiſtrabit; ſed hic illic latet, inſtar praepoſitionis adhaerens verbo. Δι' ὀδύνας ἂν ἔβας ſignificat, *Dolore cruciareris*: lugens quidem; ſed tum demum *intimo doloris afficereris ſenſu*, ſi lugubre hoc trium cadaverum ſpectaculum tutemet oculis contuereris. *Segnius irritant animos demiſſa per aures; Quam quae ſunt oculis ſubiecta fidelibus.* Quam prudenter ex oculis ſuſtulerat ſpectatorum, *Sophocles* locaſtes mortem ubi nuncium facunde facit narrantem (τὴν ἀκοὴν ὄψιν ποιῶν, ut ſcribit *Longinus* π. Υ. xxvi, §. 3) in Oed. Tyr. v. 1246, τῶν δὲ πραχθέντων τὰ μὲν, inquit, Ἄλγιστ' ἄπεστιν· ἡ γὰρ ὄψις οὐ πάρα. conf. Phoeniſſ. v. 1490. Quoniam ineditum eſt, addam ex *Homerico* Cod. Leid. Scholion in Il. Υ, v. 292. Ἐπιτείνεται (deerat, ut ſaepe, prima verbo litera) τῇ ὄψει τὰ παθήματα. καὶ Σοφοκλῆς· Ὄψις γὰρ ἐστιν κριτικωτέρα πολύ. ultimum quod poſui ſenario ſaltem congruit, non πάντας quod erat in Mſ. —— *Kingius* noſtrum illud δι' ὀδύνας ἂν ἔβας cur interpretaretur: *dolore ſane periiſſes*, nihil aliud cauſae comminiſcor, quam quod Phoen. v. 20, Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος· reddiderit, *peribit per ſanguinem*: ubi rectius poſuiſſet, *mutua caede*. διὰ φόνου χωρεῖν alibi ſignificat *caede graſſari*. διὰ πόθου ἐλθεῖν, *deſiderare*; διὰ φόβου, *metuere*; δι' ὀδύνης βῆναι, *affici dolore*.

Vs. 1557. Ὄμματος αὐγαῖς ἐσενώμας.] Verſum reſtitui paroemiacum ex Cod. Leid. B, deleta voce σαῖς, poſt αὐγαῖς in omnibus Edd. lecta. Quod alii toties impune fecerunt, in re parvi momenti mihi quoque credidi licere. Scholiaſtes, Ὄμματος αὐγαῖς, ἀντὶ τοῦ τῶν ὀμμάτων. Endymionis Somnus delectabatur, palpebris apertis dormientis, ὀμμάτων αὐγαῖς, in loco *Licymnii Coii* apud *Athen.* XIII, p. 564. D ubi Theoxeni ſui *Pindarus* collaudat ἀκτῖνας ὄσσων μαρμαριζοῖσας. Vel ex his manifeſtum eſt, noſtro loco rectius abeſſe σαῖς· quod eiiciendum erat ſine controverſia, ſi verſum dare voluit *Euripides* in fine ſententiae paroemiacum, qualis eſt in hoc ſyſtemate anapaeſtico v. 1544, Αἰὲν ἐμόχθει, πάτερ ὦ μοι. Si quis etiam ibi paroemiacum legi malit, facili opere talis evadet v. 1548, hunc in modum ſcriptus: Πῶς ἔλιπον φῶς, τέκνον αὔδα. —— Sic Vs. 1559, Τίνι μοι, τέκνον, ὤλετο μοῖρα.

Vs. 1560. Δάκρυα γοερὰ φανερὰ πᾶσι τιθεμένα, / Τέκεσι μαστὸν ἔφερεν, ἔφερεν / Ἱκέτις ἱκέταν αἰρομένα.] Hic quoque vice cotis fungar, alios forſan ad haec excitaturus illuminanda. Verſum primum illegitimum dare malui, quam vocem ad ſenſum implendum mea ſententia neceſſariam omittere cum *Kingio*. Hic, metrico deſtitutus, ut in Codice Reg. Soc legebantur, iſta ſic vulgavit: Δάκρυα γοερὰ παισὶ τιθεμένα, / Τέκεσι μαστὸν &c. quae ſimiliter leguntur in Leid. B. Editionum erat vulgata lectio: Δάκρυα γοερὰ φανερὰ πᾶσι τεθειμένα vocem duntaxat ultimam mutavi in τιθεμένα cum *Grotio* (ſed hic quoque παισὶ receperat) & *Pierſio*; habuit uterque Codicem, quo nos utimur: ad hos accedit Leid. A. *Kingiana* quidem lectio prorſus diſplicet: Δά-

κρυα

κρυα —— παισὶ τιθεμένα, Τέκεσι μαστὸν ἔφερεν· Quam iſta belle conveniunt παισὶ, Τέκεσι? quid obſecro ſignificant δάκρυα παισὶ τίθεσθαι; quid *Kingiana*, *lacrymas filiis locare?* ſed, *coram omnibus lacrymas edere*, quod fecit coram militibus Iocaſte, rectiſſime dixeris δάκρυα γοερὰ πᾶσι Φανερὰ τιθέναι. Quid ſi ſcripſerit *Euripides*:

Δάκρυα γοερὰ πᾶσι τιθεμένα

Φανερὰ, τέκεσιν μαστόν γ' ἔφερεν,

hi quidem erunt itidem anapaeſtici: propter ſequentem aſpiratam ultima potuit in ἔφερεν produci; quod verbum ſemel tantum collocavit *Pierſius*, auctoritate, ni fallor, Codicis, quem ſequitur, Cant. Sed quid, obſecro, ſequentibus faciendum, & quid tandem his deſignari voluit *Euripides?*

Ἱκέτις ἱκέταν αἰρομένα;

an *ſupplex ſupplicem exerens*, nempe *mammam?* Ea quidem matrum fuit filios a periculis vel flagitiis, ſupplice velut mamma, dehortantium conſuetudo; Hectoris ut flecteret conſtantiam Hecuba, *nudum ſinum reducens*, Κολπὸν ἀνιεμένη, ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχεν, *Hom.* Il. x, v. 80. Clytaemneſtram idem feciſſe, cum iam iam eſſet ab Oreſte contrucidanda, commentus eſt *Aeſchylus*, *Aeſchylum* ſequutus eſt *Euripides*, ter illud in Oreſte commemorans; utroque prudentior, *Sophocles* non item: *Euripidis* atque *Aeſchyli* loca *Berglerus* adhibuit ad *Alciphr.* p. 131. *D'Orvillio* memoratus in *Charitonis* L. III, p. 52. ubi Chaereae mater προτείνουσα τὰς θηλὰς, τέκνον, Φησὶ, τάδε τ' αἴδεσο, καὶ μ' ἐλέησον. Idem illud προτείνουσα legitur in Scholiis ad hunc Phoeniſſ. locum: αἰρομένα] —— γράφεται δὲ καὶ ὀρομένα, ὅ ἐστιν ὀρούουσα, καὶ προτείνουσα τὸν μαστόν. his ab Auguſtano Codice fruſtra lucem ſperaveram, ſequentia praeferente: γράφεται δὲ καὶ ὀρωμένην· α ſupra ſcripto (ὀρωμένα Vett. etiam Edd. Schol.) ὀρῶσα. Haec ſcribit *Battierius*: „ὀ„ρομένα *magis probo quam* αἰρομένα· „*utique cum impetu ferebatur Iocaſte*, „*ut filios a mutua caede prohibere mature*, & *ex eventu, cum manus ſibi* „*intuliſſet*, *apparet quod fuerit* ὀρο„μένα." Hariolor, diverſam lectionem in ὀρούουσα & ὀρῶσα quaerendam eſſe. Scribine potuit ab *Euripide*:

Ἱκέτις μ' ἱκέτιν γ' ἀνόρουσα,

Supplex me ſupplicem incitans? ſic verſus evaderet Paroemiacus, aptiſſimus huic loco. Non neſcio quid opponi poſſit; ſed multo verius Antigonen dicetur incitaſſe ſupplicem ſupplex Iocaſte, quam filios exſerta mamma a pugnando dehortata: ſupra v. 1286, Ἔπειγ', ἔπειγε θύγατερ· Eo quidem animo mater illuc abierat, τέκεσιν μαστόν γ' ἔφερεν· ſed invenit iam moribundos: v. 1437, Ὡς γὰρ πεσόντε παῖδ' ἐλειπέτην βίον, Ἐν τῷδε μήτηρ ἡ τάλαινα προσπίτνει. —— Vs. 1568, (εὗρεν) Ἤδη ψυχρὰν λοιβὰν Φονίαν. Ab his forte diverſiſſima prolaturus aliquando, verſus tamen, opinor, quaeret anapaeſticos, quales ſunt priores & ſequentes tredecim.

Vs. 1570, 71. Χαλκόκροτον δὲ λαβοῦσα νεκρῶν πάρα Φάσγανον, εἴσω σαρκὸς ἔβαψεν.] Ultimum illud ἔβαψεν recuperavit *Euripides* ex Cod. Leid. A, & Cantabrig. e quo *Barneſ.* & *Pierſius* ἔβαψεν veluti diverſam lectionem enotarant: quum non dubitanter genuina videretur, in locum vulgatae lectionis, ἔπεμψεν, fuit a me repoſita. Ἔπεμψεν male ſedulam potius ſapit correctoris, quam interpretis manum: ſciolum offendere potuit εἴσω σαρκὸς βάψαι Φάσγανον, verbum motus ἔπεμψεν cum εἴσω melius multo congruere iudicantem. Supra ſe legiſſe non me-

 mi-

minerat v. 354, Τόνδ' εἰσεδέξω τειχέων· ἀντι τοῦ ἔσω ἐδέξω, positum; nam, si meminisset, potuerat certe suspicari, εἴσω quoque collocari posse pro εἰς vel ἐν· exemplo sit *Euripides* Supplic. v. 1197, Ἔστι τρίπους σοι χαλκόπους εἴσω δόμων· aptissimum illud in Electra v. 1223, (Φάσγανον) Ματέρος ἔσω δέρας μεθείς. Paene praetermiseram quod hic legitur in Cantabrig. Cod. Scholion: εἴσω τῆς σαρκὸς ἑαυτῆς ἐνέβαψεν. in A Leid. verbo ἔβαψεν adiectum erat interpretamenti loco ἐνέβαλεν supra v. 1465, ἥρπασ' ἐκ νεκρῶν ξίφος, Κἀπράξε δεινά· διὰ μέσου γὰρ αὐχένος Ὠθεῖ σίδηρον· hoc in loco λαβοῦσα νεκρῶν πάρα Φάσγανον εἴσω σαρκὸς ἔβαψεν· *alte demissum iugulo ferrum mersit. Seneca* Agam. v. 972, *iugulo iuvat Mersisse ferrum.* Herc. in Oeta v. 991, *seu tibi iugulo placet Mersisse ferrum, sive maternum libet Invadere uterum.* Sic saepius alii: minus recte, si quid iudico, *Lucanus* III, v. 435. *Ausus & aëriam ferro proscindere quercum, Effatur, merso violata in robora ferro.* Sed notatu tamen dignum: *in robora merso ferro*, ut, *demittit in ilia ferrum*, *Ovid.* Met. IV, v. 119. Canes Actaeonis III, v. 249. *mersis in corpora rostris, Dilacerant dominum. Aper* Ἐς νηδὺν κριοῦ πᾶσαν ἔβαψε γένυν, in epigrammate *Philippi*, L. I. Anthol. c. XXII, 5, v. 4. Βάψαι ξίφος similiter adhibuerunt *Aesch. Soph. Lycophron*, quorum loca Clariss. *Abresch.* excitavit Animadv. in *Aesch.* p. 528. *Antipater Thessalonic.* Βαψαμένα κοίλαν ἐντὸς Ἄρη λαγόναν, in epigramm. quod nuper etiam vulgavit Eruditiss. *D. Ruhnkenius* Ep. Crit. I, p. 38.

Vs. 1573 —— 75. Πάντα δ' ἐν ἄματι τῷδε συνάγαγεν] His proxima subiungebantur in Edd. ὦ πάτερ. ultima legebantur: Ὃς τάδε τελευτᾷ. Prouti *Kingius* ex optimo Cod. vulgavit versum paroemiacum: Ὦ πάτερ ὅς γε τάδε τελευτᾷ. exhibet Leid. Cod. B. Ista similiter *Grotius* e Parisinis iam collocaverat, nisi quod ὅστε perperam posuerit, & cum prioribus v. 73. συνήγαγεν· *Barnes.* & *Kingius* συνάγαγεν. Praebebat idem ille Leidensis Cod. Doricam formam ἄματι, quam in locum vulgatae ἤματι substituere non dubitavi. *Hesychius* Ἆμαρ, ἦμαρ. ex *Theocriti* Eid. VII, v. 63. conf. Eid. II, v. 86. Perperam apud *Stobaeum* Flor. p. 391, 49, 50. legitur ἀεί. & ἄματι· sunt enim versus ex Aïte, (Eid. XII, 1, 2.) Ionico poëmatio venustissimo, quod *Theocrito Dan. Heinsius* abiudicavit Lection. *Theocrit.* p. 293, 356. & *Ti. Hemsterhus.* in *Lucian.* p. 253.

Vs. 1576. Πολλῶν ὑπῆρξεν Οἰδίπου κακῶν δόμοις Τόδ' ἦμαρ·] Sic in antiquissima membrana Leid. scriptum versum recepi loco vulgati,

Πολλῶν κακῶν κατῆρξεν Οἰδίπου δόμοις Τόδ' ἦμαρ· quia voces isto modo rectius videbantur collocatae: nam ὑπῆρξεν, quod pro κατῆρξεν exhibent Leid. etiam B, Cant. & nobis ignoti forsan plures, si vel in unico legeretur, dubio vacaret: sed, ut in his Codd. legitur, scribi quoque potuisse non diffiteor: Πολλῶν κακῶν ὑπῆρξεν Οἰδίπου δόμοις Τόδ' ἦμαρ. In *Euripidis* Elec. chorus v. 213, Πολλῶν κακῶν Ἕλλησιν αἰτίαν ἔχει Σῆς μητρὸς Ἑλένη σύγγονος, δόμοις τε σοῖς· *Anaxandrides* apud *Stob.* Tit. LXVI, p. 490, 23. Πολλῶν κακῶν γάρ ἐστιν ἀρχὴ τῷ βίῳ· imitatus illud in Plocio *Menander*, ubi quaestus de Crobyle, *quae, nisi detem, omnia Quae nolis habebat*, damnat maritus τὴν νύκτα, τὴν Πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν· *Menandrea* restituit cum primi ordinis Criticis aequiparandus Clariss. Medicus *Adr. Heringa* Obs.

c.

c. XXIX. Sine Codd. κατῆρξεν immutari non debuerat: ὑπῆρξεν, apud Poëtas isto significatu rarius, tamen *Euripideum* est. *Ammonius*: Ὑπάρξαι, ——— καὶ τὸ κατάρξασθαι. *Hesychius*: Ὑπάρξας, κατάρξας· & Ὑπάρχει, προκατάρχει. Quod legitur apud *Suidam*, Ὑπαρξάμενος, κατάρξας· petitum est e *Platonis* Timaeo p. 41. c. σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω· *Cicero* convertit: *quorum vobis initium satusque traditur a me.* sic enim pro *status* corrigendum vidit etiam Cl. *Graevius* in *Lucian.* Soloec. §. XII. *Euripides* Phoen. v. 1229, Ἐτεοκλέης δ' ὑπῆρξ'· *incepit.* Androm. v. 273, Ἦ μεγάλων ἀχέων ἄρ' ὑπῆρξεν· Herc. Fur. v. 1169, Theseus ad Amphitryonem: Τίνων ἀμοιβὰς, ὧν ὑπῆρξεν Ἡρακλῆς, Σώσας με νέρθεν, ἦλθον· *ut grates pro beneficio referrem, quo me, ab inferis reducendo, prior affecit Hercules.* apud *Andociden* de Myst. p. 18, 34. Lacones ὑπῆρξαν τῆς ἐλευθερίας ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. Qui prior iniuriam intulit, ut ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων, sic ὑπάρξαι ἀδικίας, & saepius simpliciter dicitur ὑπάρξαι· ab altero prius illatam si quis ulciscitur, ἀμύνεσθαι, vel τίσασθαι, vel τιμωρεῖσθαι τὸν ὑπάρξαντα. Plene passim loqui solet *Herodotus* I, c. V. πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας. IV, c. I. Scythae ὑπῆρξαν ἀδικίης· VII, c. VIII. Athenienses ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες. c. IX, Ἕλληνας, ὑπάρξαντας ἀδικίης, οὐ τιμωρησόμεθα; L. IV, cap. CXIX. corrigendum arbitror: ἡμεῖς σφὲ τισόμεθα. pro ἡ. οὐ πεισόμεθα. *Xenophon* K. A. V, p. 355. D. ἡμεῖς ὑμᾶς οὐδὲν πάποθ' ὑπήρξαμεν κακῶς ποιοῦντες. frequentant Oratores Attici, sed inprimis horum imitatores: *Isocrates*, p. 356. A. οὐδ' ἀμυνόμενος, ἀλλ' ὑπάρχων ἠδίκεις αὐτοὺς, *non ultor eras, sed auctor iniuriarum*: sensum minus expressit interpres p. 375. A. Idem in Euagora p. 194. B. τοὺς εὐσεβεῖν βουλομένους, ait, ἀμύνεσθαι, καὶ μὴ προτέρους ὑπάρχειν. nam τὸν ἐχθρὸν ἀνταμείβεσθαι κακοῖς, ut ait *Aesch.* Choëph. v. 121. fas esse piumque pro sua sapientia scilicet arbitrabantur vulgo: ποιηταὶ, καὶ νομοθέται, καὶ παροιμίαι, καὶ ῥήτορες, καὶ πάντες κελεύουσιν, ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας, *Aristides*, T. II, p. 156. *Libanius* T. I, p. 207. A. τὸ ἀμύνασθαι τοὺς ὑπάρξαντας, εἰς τὸ δίκαιον τελεῖ. ulciscendum tamen iniuriam Philosophi sapientiores negabant: eleganter *Max. Tyr.* & vere Diss. XVIII, §. 5, p. 213. οὐ τῷ ὑπάρξαι πλεονεκτεῖ κατὰ πονηρίαν ὁ ἀδικῶν, ἀλλὰ τῷ ἀμύνασθαι ἐξισοῦται κατὰ μοχθηρίαν ὁ ἀνταδικῶν. prouti locum restituit *Io. Davisius* e Codd. Christianorum hac in parte modestiam merito laudat *Athenagoras* p. 43. Ex his, quaeque plura possent excitari, manifestum est, in *Lysiae* Orat. p. 413, 2. recipi debuisse, quod in Indice v. Ἄρχειν reponendum monuit vir Eximius *Io. Taylor*, ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας. Mendam, quae non offenderat in *Dione Cassio* L. XLVI, c. XXVII. accuratissimum *P. Leopardum* Emend. X, c. XII. sustulit Celeberr. *Herm. Sam. Reimarus* V. I, p. 468. ἐπῆρξεν in talibus non fuit in usu: hoc contra restituendum in vicem alterius in *Scymni Chii* Periegesi v. 437. ——— Apud Poëtas ὑπάρξαι isthoc usu rarissimum est. Fertur incerti Tragici senarius, diversis attributus:

Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.

quem rectius in Excerptis p. 844. *Grotius* interpretatur, quam fecerat p. 440. Optime *Thom. Gataker.* A. M. P. c. XII, p. 540. fontes simul indicans, e quibus petitus est: *Ut qui non prior incipiam, sed me vindicem.* Parum distat usus in Oraculo Pythiae, quod accepere Lacedaemonii: Τοῖς δ' αὐ-

αὐταῖς τέχναις τις ἁλώσεται, αἷσπερ ὑπῆρξεν· iisdem artibus quis capietur, quas prior ſtruxerit. ſic verſus, emendatior quam apud *Pauſan.* IV, p. 308. legitur in *Euſebianis* excerptis ex *Oenomao*, digniſſimis, qua egent, luce L. V. Praep. Ev. p. 221. c. comparari poterit hoc *Thucydidis* II, c. 67. *τοῖς αὐτοῖς ἀμύνεσθαι, οἷσπερ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὑπῆρξαν.* Schol. *ὧν προκατήρξαντο.* Dubito num corrigi leviter debeat inſerta litera *Sophoclis* in Electra v. 925. In *Aeſchyli* Choëph. v. 1068, *Παιδόμοροι μὲν πρῶτον ὑπῆρξαν Μόχθοι τάλανές τε Θυέστου· calamitatum primordium menſa fuit Thyeſtea*: corrigo,

Παιδοβόροι μὲν πρῶτον ὑπῆρξαν.

In uſu ſunt *ἀνδροβόρος* & *ἀνδροβρὼς*, Thyeſtes fuit *παιδοβόρος*, ut Saturnus dicitur *παιδοβρώς*. Ex *Aeſchyli* vicino verſu 1079, tolli quoque vitium poterit in voce *Μεταχοιμισθὲν*, ſi modo ſcribatur:

Ποῖ καταλήξει
Μέγα κοιμισθὲν μένος ἄτης.

haec quidem menda frequenter adhuc latet.

Vs. 1579. —— *τῶνδε δ', Οἰδίπου, λόγων Ἄκουσον*] *Cantero Barneſius* obſequutus, *τῶνδ'* in *τῶνδε δ'* inflexit: ita jam dederat *Grotius*, Codicesque exhibent Leid. & Flor. —— Vs. 1581. legitur in utroque Leid. *Ἐτεοκλέης παῖς σὸς*, voculis inverſis: ſi plerique ſic praeferunt iſta, quidni reciperentur? Proxime ſequentia: *γάμων Φερνὰς διδοὺς Αἵμονι* attigit *Euſtathius* in Il. I, p. 639, 36. *Ἰστέον*, inquit, *ὅτι Φερνὴ, οὐ μόνον ἡ τῆς γυναικὸς ἐκ πατέρων, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀνδρὸς, ὡς δηλοῖ καὶ αὐτὸ Εὐριπίδης, ἐν τῷ, γάμων φερνὰς διδοὺς Αἵμονι.* Supra ſcripſerat v. 24, *Φερνὴ, ἡ τῆς γυναικὸς προὶξ, οἷον, προθεις Φερνὰς πατήρ·* ubi ſcribendum fuerat ex *Euripidis* Hippol v. 628, *Προσθεὶς ὁ —— πατὴρ Φερνὰς, ἀπῴκισ'· dotem inſuper adiiciens pater malam iſtam mercem ſolet abalienare.* Sed noſtro quoque loco, qui ſibi paternum in ſororem imperium arrogaverat, Eteocles ſororem Haemoni deſponderat, &, ſi quid hoc bello ſibi humanitus accideret, Haemoni regnum addixerat, huic dotis loco futurum: vid. *Caſp. Barthius* in *Statii* Theb. XI, 649. & Phoen. v. 766.

Vs. 1583. *Οὔκουν σ' ἐάσω τήνδε γῆν οἰκεῖν ἔτι·*] A Codicibus & Edd. hic ſecedens prodit in notis *Kingius*, quam parum fuerit in Atticis Scriptoribus accuratius tractandis exercitatus: vulgavit is *Οὐκ οὖν·* quia, quod perhibet, *Οὔκουν ſententiam manifeſto pesſumdat.* Quinimo ſententiae nocet illud etiam Interpretis, *Non igitur*: nam nihil praeceſſit, quo niteretur iſta concluſio. *Οὔκουν σ' ἐάσω* ſignificat, *Equidem non ſinam*; quo nihil utique convenientius huic loco. *Οὔκουν* ſemper vim habet negandi; accentu mutato, nunquam inſervit *Οὐκοῦν* negationi: *Kingius* etiam infra v. 1647, tentaverat vulgatam *Οὐκοῦν*, illic *Atqui* ſignificantem: v. 1684. reliquerat intactam. *Ammonius* p. 105, *Οὔκουν, παροξυτόνως μὲν, ἀποφατικὸν*, —— *περισπωμένως δὲ, συλλογιστικός ἐστι σύνδεσμος.* Dum in Scholiis ad *Ariſtoph.* Plutum p. 147, corrigebat *Hemſterhuſius ἀποφατικὸν*, cenſeri poteſt eadem opera vir Summus vocem *Ammonio* reſtituiſſe, ubi perperam quoque vulgatur *ἀποφατικὸν·* Iſtius voculae diverſum pro accentus diverſitate ſignificatum recte definiverat, *Gul. Budaeum* ſequutus, *Devarius*: Editores diſcrimen illud ſaepe minus animadverterunt, quod adnotaſſe non dedignatus eſt Celeberr. Editor *Ariſtophanis* Pluti p. 144, 145, 146. 167. 315. 342.

Vs.

Vs. 1584. *Σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας*] Creontis itaque verba fuerint, de Tiresia loquentis ad Oedipum, quae nobis ex *Accii* Phoenissis *Nonius* custodivit: *Iussit proficisci exilium quovis gentium, Ne scelere tuo Thebani vastescant agri.* Cum Euripideis nostris: *οὐ μή ποτε, Σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος, εὖ πράξειν πόλιν· Ἀλλ' ἐκκομίζου*, Tragici Latini verba compararunt *Fulv. Ursinus* in *Virgil.* cum Gr. Coll. p. 295. *Ios. Scaliger* Conj. in *Varron.* p. 131, 132. & *Ios. Mercerus* in *Nonium Marcell.* p. 140.

Vs. 1587. *Οὐδ' ἐχθρὸς ὢν σοί,*] *Kingius* e Codd. recte recepit *σοὶ* pro *σός·* illud exhibent Leid. A, & Cantabrig. atque ita legit *Des. Heraldus* Animadv. in *Salmas.* Observ. in I. A. & R. p. 597. erudite, quae sequuntur, illuminans: *διὰ δὲ τοὺς ἀλάστορας Τοὺς σοὺς δεδοικὼς μή τι γῆ πάθῃ κακόν.*

Vs. 1589, 90. *Ὦ μοῖρ', ἀπ' ἀρχῆς ὥς μ' ἔφυσας ἄθλιον, Καὶ τλήμον', εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ·*] Quod Leidensis exhibet B, *ἄλλων*, ne sede quidem mutata versui congruit. Sed illud ipsum, *εἴ τις ἄλλος*, venustum quidem, prioribus tamen subiectum vereor ut satis sit accommodatum. *Ὦ μοῖρ' —— ὥς μ' ἔφυσας ἄθλιον, Καὶ τλήμον', εἴ τις ἄλλος· quam me genuisti miserum, Et infelicem; si quis alius!* Loca quaedam excitata, in quibus illud *εἴτις ἄλλος*, vel simile quid inveniatur, manifestabunt, non absurdam esse coniecturam, qua suspicor *ἄθλιον Καὶ τλήμονα* non in eadem olim fuisse sententia coniuncta; sed *Καὶ* sciolo deberi, qui, litera versus prima deperdita, sic locum vacuum impleverit. Arbitror equidem, *Euripiden* scripsisse:

Ὦ μοῖρ', ἀπ' ἀρχῆς ὥς μ' ἔφυσας ἄθλιον·
Ὦ τλῆμον, εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ·

o me, si quis alius mortalium, infortunatum. *ὡς οὐδεὶς ἄλλος·* isthaec enim *εἴτις ἄλλος*, *εἴπερ τις*, & *ὡς ἄλλος οὐδεὶς* permutantur in istiusmodi loquendi formulis. *Aeschyl.* Agam. v. 943. *Εἴπερ τις, εἰδώς·* *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 1128, *Εἴπέρ τις ἄλλος, πιστός·* —— Oed. in Col. v. 1660. non *Ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ', ἀλλ', εἴ τις βροτῶν, Θαυμαστός·* *Callim.* h. in Del. v. 164, *νῆσος* —— *λιπαρή τε καὶ εὔβοτος, εἰ νύ τις ἄλλη.* *Longinus* π. Υ. xv, 6. *ἐν τούτοις, ὡς οὐκ οἶδ' εἴτις ἕτερος, ἐπιτυχέστατος·* vid. *Iac. Tollius.* *Phylarchus* apud *Athen.* XII, p. 536. E. *Πτολεμαῖον φησὶ τὸν δεύτερον Αἰγύπτου βασιλεύσαντα* —— *παιδείας, εἴτινα καὶ ἄλλον, καὶ αὐτὸν ἐπιμεληθέντα.* Recte *Schol. Soph.* in l. c. *εἴ τις βροτῶν*] *ὡς οὐδεὶς ἄλλος·* quod posterius, apud recentiores usitatius, legitur in *Aristoph.* Pluto v. 902. *Theocritus* Eid. XI, v. 38. *Συρίσδεν δ' ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε Κυκλώπων.* Locum, ut opinor, non suum occupat *οὔτις* in *Euripidis* Androm. v. 6,

Νῦν δ' οὔτις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνὴ
Ἐμοῦ πέφυκεν, ἢ γενήσεταί ποτε.

mihi quidem *Euripidis* esse videtur *δυστυχεστάτη γυνή.* sed hic subit admirari Principum in Literis virorum iudicia. *Scaligero δυστυχεστέρα* corrigenti *Barnesium* obloqui, hoc sane novum non est; at illud miror, homines Graece doctissimos tanquam Euripidea probasse: *οὔτις ἄλλη δυστυχεστάτη* —— *Ἐμοῦ.* *Ier. Hoelzlinus* ad *Apollon. Rhod.* III, 91. *Iacob. Duportus* Praelect. in *Theoph.* p. 387. & *Io. Davisius* ad *Max Tyr.* Diss. XXIII, §. 1. haec attulerunt, ut ostenderent in his superlativum pro comparativo poni; quod apud *Hom.* & in communis usui venire loquutionibus non nego. Virum etiam Primarium nuper huc in finem isthaec *Euripidis* excitasse memini. Moleste non feret, si

 mo-

morem hunc *Euripidis* fuiſſe, atque haec in iſta formula loquendi in univerſum tolerari poſſe, negavero. Primum, genuinum utique quod legitur in Scholiis, quodque firmat Cod. Flor.

Νῦν δ', εἴτις ἄλλη, δυστυχεστάτη γυνή· *Ariſtoph.* Pluto v. 655, *prius ἀθλιώτατον, Νῦν δ', εἴ τιν' ἄλλον, μακάριον, κεὐδαίμονα.* *Sophocles* Trachin. v. 8, *νυμφείων ὄκνον Ἄλγιστον ἔσχον, εἴτις Αἰτωλὶς γυνή.* —— Sequentem verſum peperiſſe ſuſpicor praecedentis diverſam lectionem: cum enim ſcriptum eſſet: *Νῦν δ' οὔτις ἄλλη δυστυχεστέρα γυνή,* facile quis ſupplementum adiecit interpolator: *Ἐμοῦ πέφυκεν, ἢ γενήσεταί ποτε.* ieiunum tamen illud, neque Euripideum, ſi illuc abiiciatur. nihil ad implendam ſententiam deſiderabis, veteri reſtituta ſcriptura: *illa ego quondam invidenda in modum felix Andromache, Nunc vero, ſi quae alia, mulier infortunatiſſima,* *Ἥτις, quippe quae maritum Hectora viderim ab Achille raptatum* &c. Sic noſtro loco Phoen. *Ὦ τλῆμον, εἴτις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ· Ὃν, καὶ πρὶν εἰς φῶς κ. τ. λ.*

Vs. 1591, 92. *Ὃν καὶ πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν, Ἄγονον Ἀπόλλων Λαΐῳ μ' ἐθέσπισεν Φονέα γενέσθαι πατρός·*] Ridendo manifeſtat *Ariſtophanes*, quomodo ceperit *Ἄγονον*, in qua voce diſputant eo Grammatici, ne poſſet in *Euripiden* retorqueri τὸ, *Δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν·* Hoc quum aliquoties *Aeſchylo* noſter obieciſſet in Comici Ranis, prologum quemdam recitare iuſſus, Antigones ſuae depromit initium: *Ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐτυχὴς* (Mſ. *εὐδαίμων*) *ἀνήρ.* *Aeſchylus* ad haec, ore Comici v. 1214,

Μὰ τὸν Δί', οὐ δῆτ'· ἀλλὰ κακοδαίμων φύσει,
Ὅντινά γε, πρὶν φῦναι, μὲν ὁ πόλλων ἔφη
Ἀποκτενεῖν τὸν πατέρα, πρὶν καὶ γεγονέναι.

Sic verſus 1215 ſcribendus eſt e Cod. Vatic. vocula ἢ, quam addiderat Grammaticus, inſuper eiecta. Quo ſpectarent iſta: *πρὶν φῦναι*, & *πρὶν καὶ γεγονέναι.* latuit interpretes; nunc obſcurum erit nemini, qui quidem Comici cognoverit in Euripideis traducendis intemperantiam. Fruſtra ſcilicet iunxerat *Euripides*: *Ὃν, καὶ πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν, Ἄγονον·* *Quippe quem, etiam antequam exciderem matre, Nondum natum* &c. Subdam *Battierio* notata: „ *Scholiaſtes interpretatur ἄγονον per μὴ γεννηθῆναι ὀφείλοντα, vel μὴ πρέποντα τεχθῆναι. Sed meo judicio male. ἄγονος hic eſt nondum natus: ut etiam Homer. Il.* Γ, 40. *Αἴθ' ὄφελές τ' ἄγονος τ' ἔμεναι —— Itaque ἄγονον apud Euripidem poſitum tanquam ἀγονὸν ὄντα, nondum natum.* Quae ſequuntur publicata nollem. Dubium non eſt quin recte ceperit *Ἄγονον*, quippe quam vocem ſic ſit interpretatus *Ariſtophanes.* —— Melius multo ſcripſiſſet *Euripides*, mea quidem opinione:

Ἀγόνῳ γ' Ἀπόλλων Λαΐῳ μ' ἐθέσπισεν

ultimam literam e Cod. Leid. adieci, quae potuerat etiam omitti. Senſus tum eſſet: *Quem, antequam eſſem natus, Liberos non habenti Laïo, patrem interfecturum me vaticinatus ſit Apollo. Heſychius*: *Ἄγονος, ἄτεκνος.* *Apollon. Rhod.* 1, v. 684. *Κουρότεραι δ' ἄγονοι στυγερὸν ποτὶ γῆρας ἵκησθε.* Apud *Euſtathium* legitur *παίδων ἄγονος*, ad Od Λ, p. 436, 6. Sicuti Xythus in *Eurip.* Ione v. 64, *Χρόνια —— σπείρας λέχη Ἄτεκνός ἐστι, καὶ Κρέουσ'* ambo Delphos venerant *Ἔρωτι παίδων.* pariter Laius, quoniam ἄπαις *Ἦν Χρόνια λέκτρ' ἔχων ἐν δώμασιν*

Ἐλ-

'Ελθὼν ἰχνεύσῃ Φοῖβον' quae leguntur in Phoeniss. v. 13.

Vs. 1595. Κτείνει με, νομίσας πολέμιον πεφυκέναι.] Ad *Grotium* usque vulgarant πολέμιον δυσδαίμονα· quomodo *Barnesius* etiam dedit, Codicis tamen memorans lectionem πεφυκέναι, quam *Piersius* & *Kingius* repraesentarunt, *Grotium*, & Codicem quisque suum sequutus: πεφυκέναι praeterea Codd. exhibent Leidenses & Flor. Alterum illud unico forsan *Aldi* nitebatur, cuius scriptor paulo ante, quam haec excidebant, legerat versum 1602, Κτανὼν δ' ἐμαυτοῦ πατέρ', ὁ δυσδαίμων ἐγώ.

Vs. 1596. Χρῆν γὰρ θανεῖν νιν ἐξ ἐμοῦ.] In A Leid. legebatur in contextu: πέπρωτο, χρῆν γ. θ. & verbo χρῆν inscriptum erat, ut interpretamentum, εἵμαρτο, hic poni quoque debuerat πέπρωτο. augmentum in πέπρωτο iuvenes omissum observent more satis usitato: videant Celeberr. *T. H.* in Miscell. Observ. V. v, p. 291. & in *Machonis* versu Νενομοθέτητο reponant apud *Athen.* XIII, p. 578. E.

Vs. 1597. —— θηρσὶν, ἄθλιον, βοράν.] A vicinis vocem ἄθλιον separavi, ne quis Codicum censeret lectionem vulgatae praeferendam, exhibentium θηρσὶν ἀθλίαν βοράν. sic legitur in binis Leid. & Cantabr. si vel iungi deberent, ne sic quidem ἄθλιον esset sollicitandum; sed iungi voluit *Euripides*: πέμπει δέ με, τὸν ἄθλιον, μαστὸν ποθοῦντα, θηρσὶν βοράν. sic recte cepit Scholiasta.

Vs. 1600, 1. —— ἀλλὰ δουλεῦσαι τέ μοι Δαίμων ἔδωκε Πόλυβον ἀμφὶ δεσπότην.] Non dubiam mendae suspicionem praebet incommodum illud hoc loco τε. quam magis etiam adfirmat Codicum, quorum nobis lectiones innotuerunt, a vulgatis diversitas: ex Florentino tamen nihil hic enotarat *Is. Vossius*. in A Leidensi legebatur: ἀλλὰ δουλεῦσαι τέ μοι δαίμων Πόλυβον ἐξέδωκεν ἀμφὶ δεσπότην. ubi δαίμων videri potest primitus, tanquam interpretatio Grammatici, positum sub finem versus 1600. Quinimo vocabulum Δαίμων prorsus omittitur in Cod. Cantabrig. haec tantum praeferente: Πόλυβον ἐξέδωκεν ἀμφὶ δεσπότην. vocabuli δαίμων defectum sic supplet Leid. B, Πρὸς Πόλυβον ἐξέδωκεν ἀμφὶ δεσπότην. Scripserat forsan *Euripid.* de Cithaerone: "Ος μ' οὐ διώλεσ', ἀλλὰ δουλεύσοντά τοι Πρὸς Πόλυβον ἐξέδωκεν ἀμφὶ δεσπότην. aeque congruit ἐξέδωκεν Cithaeroni; quam *Sophocleum*: Τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν ἔκτεινας εὐθύς; Ad Polybum e Cithaerone deportatus infans videbatur ibi servitutem serviturus; res aliter quidem cecidit; nihilominus de Cithaerone dici poterat: ἀλλὰ δουλεύσοντά σοι Πρὸς Πόλυβον ἐξέδωκεν. frequenter σοι iungi solet τῷ ἀλλὰ, atque in fine senarii collocari.

Vs. 1608. "Ανευ θεῶν του] Ab *Aemilio Porto* reiectum e του non debuerat accentum restituere *Grotius*. *Sophocles* Oed. Tyr. v. 42, εἴ τέ του θεῶν Φήμην ἀκούσας· v. 404, ἐκ θεῶν του. Illud του, τῳ, *Sophocli* longe frequentissimum & Atticis, multo rarius invenitur in *Euripideis*, apud *Aeschylum* rarissime, nunquam occurrit apud *Homerum*.

Vs. 1611. "Ηδ' ἡ θανοῦσα; ζῶσα γ' ἂν σάφ' οἶδ' ὅτι.] In utroque Leidensi scribitur γ' ἂν, quod, quum e Parisinis *Grotius*; e Cantabrig. dederit *Piersius*; in aliis forte *Kingius* invenerit; olim vulgatum γὰρ, quod, absque his fuisset, non sollicitassem, revocare tamen nolui; cum de hoc fa-

tis commodum videretur: *ζῶσα γ' ἐχειραγώγησ' ἄν. si quidem viveret, me manu ducens comitaretur.* Eleganter Vs. 1612, 13, dubitantis interrogationibus inservit Ἀλλ'· Ἀλλ' εὔτεκνος ξυνωρίς; *Utrum par filiorum? sed illuc abierunt: an ipsemet iuvenis instar mihi victum possem comparare? nihil minus.* hunc usum vocis ἀλλὰ, post *Budaeum*, *Georg. Raphelius* illuminavit Annotat. T. 1, p. 255, 257. —— Illud Πόθεν, v. 1614. interpretabar, *Nihil minus*, Scholiasten sequutus, qui reddidit per οὐδαμῶς, & Celeberr. *Hemsterhusium*, qui praeter ceteros accurate Πόθεν illud Atticorum explanans nostrum quoque locum attigit in *Luciani* Timon. p. 115, 38. conf *Io. Uptonus* Ind. *Arriani Epict.* v. Πόθεν.

Vs. 1616. Οὐ μὴν γ', ἑλίξας ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ, Κακῶς Φανοῦμαι.] Unius duntaxat literae γ' immutavi sedem. Qui quidem aures habebit in his exercitatas, ista sede voculam ab *Euripide* fuisse collocandam fatebitur, non qua legebatur in Edd. Οὐ μὴν ἑλίξας γ' ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ. nec ibi ponebatur in Cod. Leid. A, neque tamen etiam in altero loco, quo liquidae subiectum γ' emollit asperitatem sequentis ἑλίξας· exemplis parco, quia [illegible] nota sunt, neque moverent aures iacentes. Γέ μὴν saepe iunguntur: *Aeschylus* Agam. v. 1387. *Soph.* Elec. v. 979. *Eurip.* Or. v. 1088. Οὐ μὴν γε, *Non tamen equidem.* Euripidea *Statius* expressit, in cuius Theb. XI. ad Creontem Oedipus v. 688, *an expectas, ut pronus supplice dextra [illegible]; & immitis domini vestigia [illegible]ram.* v. 692, *Linquere tecta iubes?* &c. Τὸ γὰρ ἐμόν ποτ' εὐγενὲς Οὐκ ἂν προδοίην. *Euripidis* ad Hermionem Andromache v. 190, Ὅμως δ' ἐμαυτὴν οὐ προδοῦσ' ἁλώσομαι.

Vs. 1619. Σοί γ' εὖ λέλεκται, γόνατα μὴ χρώζειν ἐμά.] Quominus hic, pro Σοί τ' εὖ, ponerem, Σοί γ' εὖ, versus me non impediit 334 Heraclid. ubi recte scriptum prostat illud ipsum Σοί τ' εὖ λέλεκται, sed continua sequuntur, καὶ τὰ τῶν δ' αὐχῶ, γέρον, Τοιαῦτ' ἔσεσθαι. —— Κἀγὼ μὲν ἀστῶν σύλλογον ποιήσομαι. Nostro versu τε locum non invenit, nisi sequenti scripseris: Ἐγώ τε ναίειν σ' οὐκ ἐάσαιμ' ἂν χθόνα. Potuerat quidem *Euripides* scripsisse, Σοί γ' εὖ δέδοκται, γόνατα μὴ χρώζειν ἐμά. quod nonnemini venerat in mentem; estque δέδοκται frequens admodum in talibus apud *Sophoclem* & *Euripiden*: Καλῶς δέδοκται, pro Καλῶς δὲ καὶ, restituendum arbitror *Diotogeni* apud *Stobaeum* Floril. p. 267, 40. sed scripsit procul dubio λέλεκται· ut in Med. v. 354, 933. Hippol. v. 1021. & alibi. Perperam in Cod. legebatur Flor. γόνατα μὴ χραζειν ἐμά. Nostra *Sopingius* admovit *Hesychianis*, Χρώζει, προσάπτει, ψηλαφᾷ. *Euripidis* Helenae v. 837, Ὡς οὐκ ἄχρωστα γόνατ' ἐμῶν ἕξει χερῶν, praeter alia, *Barnesius*. Mos ille supplicum satis innotescit ex *Eurip.* Iphig. in Aul. v. 1216. Oreste v. 382, 383, & Scholiis. —— Χροΐζειν in χρώζειν contractum eximie notat *corpus corpore tangere*: *Theocrit.* x, v. 18. Μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐξεῖται καλαμαία. sic e Scholiaste legendum, per [illegible] explicante: vid. *Eustath.* Il. Π, p. 1090, 10. *Theocr.* 11, v. 140. χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο. *Eurip.* Heraclid. v. 915, Hercules in coelum receptus· [illegible] χροΐζει Λέχος.

Vs. 1623. —— ὃς τέκνων πόλιν Πατρίδα σὺν ἄλλοις ἦλθε,] *Kingius* „ *Mi-* „ *hi non arridet*, inquit, *illud σὺν* „ *ἄλλοις*, Qui patriam eversurus ve- „ nit cum aliis, *Frigida sane & je-* „ *juna est sententia: mallem*, σὺν ὅπλοις, „ *vel*

„ *vel aliquid aliud ejusmodi.*" Nihil, opinor, aliud excogitari posset, si displicet adeo vulgatum ἄλλοις, quod mihi sic genuinum videtur, ut ὅπλοις tamen, si legeretur in Codd. accommodatissimum iudicarem: virum Doctissimum novi, cui venerit idem illud in mentem, quod *Kingio*; citabat is ad firmandam coniecturam Phoen. v. 514, Ἐλθόντα σὺν ὅπλοις τόνδε, καὶ πορθοῦντα γῆν, de Polynice dicta: potuerant etiam excitari versus Ionis 1292, Οὗτοι σὺν ὅπλοις ἦλθον εἰς τὴν σὴν χθόνα· Iphig. Aul. v. 754, Ἥξει —— Ἄγυρις Ἑλλάδων στρατιᾶς —— σὺν ὅπλοις, Ἴλιον ἐς τὸ Τροίας Φοιβήϊον δάπεδον. Chorus in Antig. *Sophoclis* Polynicen venisse canit v. 116, Πολλῶν μεθ' ὅπλων Ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσι. Sed is ipse *Sophoclis* locus hic recte legi monstrat σὺν ἄλλοις. Neque enim armatus duntaxat venerat Polynices, sed armatis, & sex Ducibus, (σὺν ἄλλοις,) in sui solius gratiam militantibus, comitatus; ut adeo, quidquid hi fecerint, a Creonte soli potuerit imputari Polynici, qui πέρσων πόλιν Πατρίδα σὺν ἄλλοις ἦλθε. Si quid superest dubitationis, forte tollet in Herc. Fur. versus 1163 loquitur Theseus, qui Herculi venerat Thebas auxilio: Ἥκω σὺν ἄλλοις —— Σῷ παιδὶ, πρέσβυ, σύμμαχον φέρων δόρυ. Eteocles ad Polynicen Phoen. v. 601, Κᾆτα σὺν πολλοῖσιν ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν ἐς μάχην. Haec tamen refelli facile poterunt, quamprimum fuerit ὅπλοις in Codd. vetustis repertum.

Vs. 1624. (τόνδε —— Πολυνείκους νέκυν) Ἐκβάλετ' ἄθαπτον τῆς δ' ὅρων ἔξω χθονός.] Nesciebam equidem, qua niteretur auctoritate *Barnesio* recepta lectio: Ἐκβάλλετ' ἄταφον· quumque reliquarum Edd. scripturam, ἄθαπτον, firmarent Codd. Leidenses, Flor. Cantabrig. unicam in Ἐκβάλλετ' obterere literam cum *Heinsio* malui, quam Barnesianum illud sequi, vel anapaestum in sede ferre secunda senarii. Potuerat *Euripides* scripsisse: Βαλεῖν ἄθαπτον. sed variavit structuram, quia dederat *Aeschylus* in eadem re Theb. v. 1022, τόνδε Πολυνείκους νεκρὸν Ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον, ἁρπαγὴν κυσίν. Huc respicit *Libanius* Orat x, T. II, p. 289. c. *Philostrat.* Icon. II, XXX. κεκηρυγμένον ἐπ' αὐτῷ, (de Polynice loquitur) μὴ θάπτειν αὐτὸν, μηδὲ ἐνοῦν τῇ γῇ, ἣν ἐδουλοῦτο, *quam sibi subiicere conabatur.* Videntur sane Tragici suo tempore receptum Athenis morem, in remotissimum illud transtulisse Thebani belli tempus, ut materiem sibi fabulis exornandis aptam pararent. Quibus lex sepulturam Athenis denegaverit, tum e *Kirchmanni* libello perdocto, tum aliunde notissimum est.

Vs. 1628. [Ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν.] Est quidem versus elegantissimus, Sophocleus quippe, sed hoc in loco tamen spurius, Euripideis sic intersertus, ut mirificum sit ne hos quidem id suspicatos, quibus *Sophoclis* locus & reliqua similia fuerint in numerato non tantum, sed simul oculis subiecta. Hi quidvis forte potius, quam versus in Tragicis tot adulterinos reperiri, fatebuntur. Non sanequam incognita Poëtarum inprimis veterum mihi sunt furta, de quibus ex *Athenaeo*, *Clem. Alex.* *Eusebio*, & aliunde multa possent neque admodum protrita disputari. *Sophoclem* Euripidea quaedam transtulisse, supra paucis iam fuit monitum ad Vs. 1320. Possent & ex *Euripide* colligi, quae prior videretur protulisse *Sophocles*. Quinimo versus integros eosdem in utriusque dramatis reperisse videntur veteres: duo tales

 Gel-

Gellius adnotavit N. A. XIII, c. XVIII. quorum primum ubi ponit *Zenobius* Cent. V, Prov. 98. ex *Sophoclis* ait esse Aiace Locro; *Platonem tamen Euripidi* tribuisse: *καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν*, addit, *συμπίπτουσι γὰρ ἀλλήλοις οἱ ποιηταί·* sed ista quidem esse non poterat fortuita *συνέμπτωσις·* vid. *Gataker.* A. M. I, c. I, p. 173. Nititur ea res unius *Platonis*, quem alii deinceps sequuti sunt, testimonio, hac in re mea quidem opinione ducis (fas sit ita dixisse) non fidelissimi. Plurimos excitat *Plato* nominatim *Euripidis* & *Aeschyli* versus; ne unicum quidem sub nomine *Sophoclis*, cui quacunque tandem de causa *Platonem* infensum fuisse hic non est demonstrandi locus; non fuit autem ab ingenio Philosophi, humana saepe passi, prorsus alienum, *Sophoclis* versum, ne hunc laudare cogeretur, *Euripidi* tribuere. — Verum quotquot etiam dentur versus *Sophoclis* & *Euripidis* simillimi, non efficient tamen, ut hunc Sophocleum concessurus sim in hac Phoenissarum sede positum ab *Euripide*. Edictum ille Creontis duobus versibus complectitur:

Ὃς ἂν νεκρὸν τόνδ' ἢ καταστέφων ἁλῷ,
Ἢ γῇ καλύπτων, θάνατον ἀνταλλάξεται.

Hunc mortuum quisquis corollis induet,
Terraque operiet, morte mulctator mala.

sic ista convertit *Io. Kirchmannus* de Fun. Rom. I, c. XI. Iam vide quam male his subtexatur versus iste,

Ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν,

nullo nexu cum praecedentibus iunctus, nihilque continens, quod non ex edicto Regis iam cognoverant: quin paulo ante dixerat Creon: *Ἐκβάλετ' ἄθαπτον τῆσδ' ὅρων ἔξω χθονός.* Polydorus in *Hecuba* quidem dicitur v. 30, *Ἄκλαυστος, ἄταφος*, *inflétus atque inhumatus*, (*Virgil.* Aen. XI, 372) vel, ut *Ovid.* Trist. III, El. III, 15. *sine honore sepulcri, Indeploratus*; sed hic ad oram libri studiosus quispiam *Sophoclis* versus collocaverat ex Antigone 29, & 30.

Ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
Θησαυρὸν, εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.

quae singula sic ad augendam invidiam prioribus subdita commemorat Antigone Sophoclea. De duobus autem istis unum versum conflare facile fuit interpolatori, voce *γλυκὺν* in ultimam versus sequentis *βορὰν* commutata. Miram praebet Cod. Flor. *Euripidis* lectionem, pro *βορὰν*, exhibens *εὐρανόν·* librarius istius aevi more legit *υορὰν* in virgula terminationem *ὸν* latere suspicatus; supra scriptor eiusdem Codicis v. 1292, *ἐμὰν* mutavit in *ἔμανον·* v. 1492, *ἔδαξ* in *ἔδαξον·* huic contrarium vitium multo frequentius est, quo male negligitur in MSS. compendifacta syllaba: vid. Celeber. *Io. Alberti* in *Hesych.* T. I, p. 53, 5. 1545, 2. & in *Alciphronis* L. III, Ep. II, corrigatur: *ἥτις, δέον αἰσχύνεσθαι κορικῶς, ἀπέξεσας τὴν αἰδώ·* vulgatum *δὲ* sensum pervertit: in *Eustathio* ad *Hom.* Od. I, p. 342, 33. reliquerunt *τὴν ἀσελὴν νύκτα.* poni debuerat *τὴν ἀσέληνον.* Apud *Philonem Iudaeum* compendio neglecto p. 832. A. vox *ἴσην* in *εἰς* transiit; corrigendum enim: *ὅτι τῇ βασιλέως ἴσην σεμνότητα·* ——— *Sophoclis* ex Antigone locum dubitabam an intactum essem praetermissurus: sed ne quis, in eadem mecum incidens vestigia, negligentiam damnaret, mihi quidem *εἰσορῶσι* dudum displicuisse fatebor: corrigendum arbitror *ἐνθορεῦσι·*

Θησαυρὸν, ἐνθοροῦσι πρὸς χάριν βορᾶς·

explicans ultima cum *D'Orvillio* in *Charit.* p. 554. Verbum *ἐνθορεῖν* Sophocleum est; praeterea proprium

οἰωνοῖς, *avibus solivagis.* *Aelian.* de N. A. II, c. XLVI. Γὺψ νεκρῷ πολέμιος, ἐσθίει γοῦν ἐμπεσὼν ὡς ἐχθρόν. *Eustathius* in Il. Φ, p. 1301, 25. οἱ νικῶντες, inquit, ἐμπίπτειν λέγονται, ἤγουν βιαίως ἐπικεῖσθαι· καὶ ἔστι τότε τὸ ἐμπεσεῖν ὅμοιον τῷ Ἐνθορεῖν. *Manetho*, V, v. 220. Οἰωνοῖσι βορὴν ἐπανιπταμένοις. *Quintus* III, v. 210. οἰωνοῖσιν ἀερσιπέτῃσιν ἐδωδήν. haec pauca de multis si non sufficiunt, ne plura quidem sic emendandum persuaderent.

Vs. 1629. Σὺ δ', ἐκλιποῦσα τριπτύχων θρήνους νεκρῶν,] Ex diversis Editionum & Codicum veram, ut puto, lectionem conflavi; θρήνους νεκρῶν ex Edd. repetens *Grotii*, *Piersiique*, tum e Codd. Leidanis, Flor. Cantabrig. vocem τριπτύχων ex Edd. reliquis. legebatur in his: τριπτύχων νεκρῶν γόους· *Grotius* dederat τριπτύχους θρήνους νεκρῶν· ita scilicet exhibebant Codd. Parisini, prout est in Cantabrig. Flor. Leid. A. Dubito num in altero Leid. B. legatur τριπτύχων. hoc certe modo Codicum est ceterorum corrigenda scriptura: neque enim τριπτύχους θρήνους Graece dixeris, sed, Euripideo more, rectissime τριπτύχων θρήνους νεκρῶν· supra v. 1491. meminerat τρισσῶν νεκρῶν. *Tres*, τρίπτυχοι, *duo* dicuntur *Euripidi* δίπτυχοι· vid. Hecuba v. 1294. *Orestes* v. 1307, 1544. In Androm. v. 472. memorantur δίπτυχοι τυραννίδες. δίπτυχοι νεανίαι Iphig. Taur. v. 242, 474. In deperditi dramatis apud *Plutarch.* T. II, p. 1028. F. fragmento menses definivit *Euripides* Φίλης τ' ὀπώρας διπτύχους, ἦρός τ' ἴσους. Frequentem vocis usum, neque immerito, reprehendens *Aristophanes* obscura requirentem *Lycophrona* non deterruit, quin aliquoties in eumdem sensum vocem adhiberet.

Vs. 1631, 32. τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν Μένουσ', ἐν ᾗ σε λέκτρον Αἵμονος μένει.] Sive *Canteri*, *Battierio* laudatam, coniecturam, seu Codices Paris. sequutus, τὴν ἐπιοῦσαν dederat *Grotius*, loco vulgatae τὴν εἰσιοῦσαν. idem recepit *Barnes.* e Cantabrig. his accedunt Leidenses. In eodem Cod. *Barnes.* ait scribi μενεῖ· quod alterius vice saepius viri Docti perperam reponere tentarunt etiam in sacris: vid. accuratissimus *D'Orvillius* Anim. in *Charit.* p. 675. Versus initio scribi quidem potuerat Ὑμνοῦσ'· at alterum ab *Euripide* positum. Virginem eximie decet τὸ, μένειν ἥσυχον εἴσω δόμων· *Dionysius* Siciliae Tyrannus τὴν παρθένον ἐκάλει μένανδρον, ὅτι μένει τὸν ἄνδρα. *Athen.* III, p. 98. D. eodem lusu, quo *Iupiter* Ἀρίσταρχος· *Pluto* dictus fuit Ἀγεσίλαος· *columna*, μενεκράτης· *paxillus*, ἕκτωρ· *Paris* in ara *Dosiadae*, Θεόκριτος· in fistula *Theocriti*, *Echo*, Καλλιόπα.

Vs. 1633. Ὦ πάτερ, ἐν οἵοις κείμεθ', ἄθλιοι, κακοῖς;] In contextum recepi *Barnesii* coniecturam, ἄθλιοι legentis pro ἀθλίοις· ut in Edd. non tantum, sed in Codd. etiam scriptum erat. οἷα dicitur, & οἷα κακὰ, non item οἷα ἄθλια κακά· *Sophocles* Elec. v. 753. Οἷ' ἔργα δράσας οἷα λαγχάνει κακά. Trachin. v. 1011. οἵαν ἀνθ' οἵων —— χάριν. & alibi saepius. *Eurip.* Med. v. 1153. Οἷ' ἐξ ἐμοῦ πέπονθας, οἷά τ' εἰργάσω. v. 23. Οἵας ἀμοιβῆς ἐξ Ἰάσονος κυρεῖ. vid. *Aristoph.* Plut. v. 775. Nostrum versum interpretari licet: *Qualia nos miseros mala circumdant:* ubi *Xenophon Ephes.* ἐν οἵοις, inquit, κακοῖς ἐγεγόνει, p. 49, 17. similia quaedam adscripsit vir Doctus in Miscell. Nov. T. III, p. 22, 23.

Vs. 1637. Ἀτὰρ σ' ἐρωτῶ τὸν νεωστὶ κοίρανον,] Quum Patris Antigone tristissimam sortem deploraverat, de Po-

lynicis cadavere tantum ſollicita, eo ſe vertit ad Creontem, ut ſeveriſſimum novelli Regis edictum adniteretur mitigare, primum verbis uſa, quae ſubminiſtrabat indignatio; poſtea precibus: Τί θεσμοποιεῖς, inquit, ἐπὶ ταλαιπώρῳ νεκρῷ. Verſum intermedium, ſi tamen Euripideus eſt, rectius, ut arbitror, omiſiſſet *Euripides*, hunc nempe: Τί τόνδ' ὑβρίζεις πατέρ', ἀποστέλλων χθονός· quem verſum velut non prolatum prorſus negligit in reſponſo Creon: artificioſa quoque Creontis & Antigones diſputatio verſatur in uno tantum cardine, cadavere ſcilicet fraterno. Patris exilium nuſpiam illa deprecatur; quin, ut maius malum Haemonis evitaret nuptias, non ingratum ſibi fore ſignificat v. 1673, Συμφεύξομαι τῷδ' ἀθλιωτάτῳ πατρί. Praeterea leve quidem illud, praebet tamen indicium vocula Ἀτάρ, *at*, *ſed*, hic & alibi ſaepius diverſa disiungens, non de patre verba facturam Antigonem: ſed primum illud, quod dicebam, hanc in rem ſufficit: ſi duas Antigone quaeſtiones poſuit, ad unam duntaxat reſpondet Creon: Ἐτεοκλέους βουλεύματ', οὐχ ἡμῶν, τάδε. Polynicis ille cadaver iuſſerat v. 783, Μήποτε ταφῆναι τῇδε Θηβαίᾳ χθονί· nihil de patris exilio: Creon aſtute religionem praetexebat, & Tireſiae monitum v. 1584. —— In verſu his praefixo vim iuvenes animadvertant articuli, ſaepius, apud Tragicos praeſertim, quum pronomini ſubiungitur, inſervientis irriſioni quam exprimit indignatio: regia puella noſtro loco: σὲ τὸν νεωστὶ κοίρανον. *Aeſchylus* Prom. v. 943, Σὲ τὸν σοφιστὴν, τὸν πικρῶς ὑπέρπικρον, Τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεοὺς, τὸν ἐφημέροις Πορόντα τιμὰς, τὸν πυρὸς κλέπτην λέγω. *Sophocles* Aj. v. 1245, Σέ τοι τὸν ἐκ τῆς αἰχμαλώτιδος λέγω. Elec. v. 1472, Σέ, τὴν ἐν τῷ πάρος χρόνῳ θρασεῖαν. Antig. v. 447, Σὲ δὴ, σὲ τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα. *Euripides* Med. v. 271, Σὲ, τὴν σκυθρωπὸν, καὶ πόσει θυμουμένην. mordaci ſale pater ad Admetum in Alceſti v. 698. uxor, ait, τοῦ καλοῦ σοῦ προὔθανεν νεανίου. ad Helenam Electra in Oreſte v. 86, Σὺ δ', ἡ μακαρία. ſic vulgatum εἶ perite corrigit *Ricb. Dawes* in Addendis ad Miſcell. Crit. p. 352. *Sophoclis* ſimili loco reſtitutus articulus priſtinum indet vigorem. In hac etiam arte *nihil difficilius, quam id, quod ſe dicturos fuiſſe omnes putant, poſtquam audierunt.*

Vs. 1641. —— ὃς ἐπίθου τάδε.] Quod e Cantabrig. Cod. *Barneſius* enotarat, ἐπίθου vulgatae formae ἐπήθου praetuli, *Ricb. Bentleji* iudicium ſequutus in *Ariſtophanis* Nubes v. 73, & 853.

Vs. 1642. Πῶς; τἀντεταλμέν' οὐ δίκαιον ἐκπονεῖν;] *Kingius*, *pro* ἐκπονεῖν, inquit, *Mſti legunt* ἐκτελεῖν. Sic ſaltem ceteras vellem nobis Codicum ſeptem lectiones demonſtraſſet: ἐκτελεῖν exhibent etiam Flor. & Leid. B. *Grotius* e Codd. Pariſinis ἐκτελεῖν in contextum invexit. Perparum refert, utrum praeferatur: ut *Herodot.* IV, c. IX, X, ποιῆσαι τὰ ἐντεταλμένα, ſic & τἀντεταλμέν' ἐκτελεῖν dubium non eſt quin rectiſſime dicatur: ſed ἐκπονεῖν eo non videbatur loco movendum, quoniam illud frequentat *Euripides*, iis etiam in locutionibus, in quibus ἐκτελεῖν potuerat adhiberi, velut in Ione v. 1040, Ἡμεῖς δ' ἐφ' ᾧ τετάγμεθ' ἐκπονήσομεν. Oreſte v. 122, Ἃ δ' εἰς ἀδελφὴν καιρὸς ἐκπονεῖν ἐμήν. Iphig. Aul. v. 209, Chiron Achillem ἐξεπόνασεν. *Theocritus* Ed. VII, v. 51. Τοῦθ', ὅτι πρὰν ὥρα τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα· hinc forſan fluxerat illud in verſum 85, ubi vulgatur ἔτος ὥριον ἐξετέλεσσας· Schol. γράφεται, inquit, καὶ ἐξε-

ἐξεπόνασας. Idem Epigr. xx, 5. Χώσους ἐξεπόνασεν εἶπ' ἀέθλους. Loca plura facile poterunt ab unoquovis colligi: ſatius fuerit fugitivum illud in *Euripidae* fragmentum revocaſſe. *Grotius* in Excerpt. p. 425. haec ponit: Εὖ λέγειν δ' ὅτ' ἀντιλέξῃ χρὴ δοκεῖν, κἂν μὴ λέγῃ, Κἀπορεῖν, ἂν τῷ ξυνόντι πρὸς χάριν μέλλῃ λέγειν. totidem verba dedit in fragmentis *Euripidae Barneſius* p. 512, v. 324, 25. Summi viri notas ſaltem conſuluiſſe debuerat p. 960, errorem partim corrigentis. Legitur apud *Clem. Alex.* Strom. IV, p. 620, 36. κἀκπονεῖν, Ἂν, in praecedenti verſu ſcribitur ὅτ' ἄν τι λέξῃ. nihil erat in his paene mutandum: ſcripſerat *Euripides:* Εὖ λέγειν δ', ὅταν τι λέξῃ, χρὴ δοκεῖν, κἂν μὴ λέγῃ, / Κἀκπονεῖν, ἅ'ν τῷ ξυνόντι πρὸς χάριν μέλλῃ λέγειν. illud, ἅ'ν pro ἃ ἂν vel ἅτινα ἂν, Tragicis frequentatum, ſaepius eſt in *Euripideis*, nonnunquam & apud *Sophoclem*, reſtituendum. Huius autem trochaici ſententiae non diſſimile *Meliſſae* praeceptum in Epiſt. ad Cleareten p. 749, ἀρέσκεν τῷ αὑτᾶς ἀνδρὶ, ἐπιτελέας ποιεῦσαν τὰς ἐκείνω θελήσιας· αἱ γὰρ τῶ ἀνδρὸς θελήσιες νόμος ὀφείλει ἄγραφος εἶμεν κοσμίᾳ γυναικὶ, ποθ' ὃν χρὴ βιῶναι αὐτάν· ſic iſta ſcribenda cenſeo.

Vs. 1643. Οὐκ, ἣν πονηρά τ' ᾖ, κακῶς τ' εἰρημένα.] Haud ſane ſperno Leidenſium Codd. lectionem: Οὐκ, ἣν πονηρά γ' ᾖ, *Non, ſi quidem mala ſint:* ſaepius ſequitur τε, quum ſic praeceſſerat γε.

Vs. 1650. Ἄταφος ὅδ' ἀνὴρ, ὡς μάθῃς, γενήσεται.] In optimo Codice legi ſcribit *Kingius:* Ἄταφος ἀνὴρ ὅδ', atque ita quoque Leid. B. Hoc an illo modo voces collocarit *Euripides*, vix poterit conſtitui: pro lubitu primam in ἀνὴρ corripiunt vel producunt: in iſta ſede ſenarii reperietur frequentius, ἀνὴρ ὅδ'· at non raro tamen ὅδ' ἀνήρ· *Soph.* Aj. v. 1285, Εἰ σοῦγ' ὅδ' ἀνὴρ —— v. 1373, Οὐδ' ἐχθρὸς ἀνὴρ, ἀλλὰ γενναῖός ποτ' ἦν. alibi quoque ter quaterve. *Aeſchylus* Eumen. v. 580, Καὶ μαρτυρήσων ἦλθον· (ἔστι γὰρ δόμων Ἱκέτης ὅδ' ἀνὴρ, ——) Καὶ ξυνδικήσων αὐτός· intermedia ſignis ſeparari potuerant.

Vs. 1651. Ἐγώ σφε θάψω, κἂν ἀπεννέπῃ πόλις.] Similiter Antigonen reſpondiſſe ferunt *Aeſchylus* & *Sophocles*; & in huius Antigone *fratrem Thebana peremptum Suppoſuit tumulo, Rege vetante, ſoror*, *Ovid.* Triſt. III, El. III, 67. Humo ſupponentem non facit in Phoen. *Euripides* Antigonam, ſed expugnatam atque a Creonte prohibitam: apud *Sophoclem* illud inſcio Rege feciſſe perhibetur. Hoc cur adnotandum cenſuerim liquebit Scholion in Verſum 1686. conferenti cum *Grotii* Prolegomenis p. 31. *Aeſchyli* verba partim tranſſumſit *Euripides* e Theb. v. 1036, Ἐγώ σφε θάψω, κἂν ἀνὰ κίνδυνον βαλῶ. Euripideo ſimillimus alius eſt *Sophoclis* in Aiace locus, facili menda liberandus: de cadavere cum diu certaſſent Aiacis Teucer & Menelaus, v. 1159, Με. Ἓν σοι φράσω, τόνδ' ἐστὶν οὐχὶ θαπτέον. Τευ. Σὺ δ' ἀντακούσῃ τοῦτον, ὡς τεθάψεται. Corrige, ſodes:

Σὺ δ' ἀντάκου' ἓν τοῦτό γ', ὡς τεθάψεται.

Triclinium equidem non neſcio, verſum prouti vulgatur, in Scholiis ad Elec. v. 1107, Αἴγισθον ἔνθ' ᾤκηκε μαστεύω πάλαι· excitaſſe propter illud ipſum τοῦτον· cuius exempla ſtructurae proferre potuerat ex ipſo *Sophocle* triginta minimum aptiſſima: haec vero correctionem iſtam non labefactabunt. Menelai dictum, Ἓν σοι φράσω poſcebat mea ſententia Teucri reſponſum: Σὺ

Σὺ δ' ἀντάκου' ἐν τούτῳ γ'· ultimum hoc, Tragicis frequens, ſaepius in τοῦτον degeneraſſe certum eſt: ἀντάκουε & ἀντάκουσον adhibentur ab iisdem; quantum memini, non item ἀντακούσομαι, vel ἀντακούσῃ. *Aeſchylus* Eumen. v. 198, ἀντάκουσον ἐν μέρει. *Sophocles* Oed. Tyr. v. 551, Ἴσ' ἀντάκουσον. In *Euripidis* Hecuba legitur: τάδ' ἀντάκουέ μου· in huius Supplic. v. 568, 70. Κἀμοῦ νυν ἀντάκουσον, εἰ βούλει, πάλιν; —— Θάψω νεκροὺς, γῆς ἐξελὼν Ἀσωπίας. Heraclid v. 1014, Πρὸς ἄγ' εἶπας, ἀντήκουσας. Expertus eſt Menelaus *Sophoclis*, quod aiebat neſcio quis in *Alexidis* loco apud *Athen.* x, p. 421. B. ἂν δ' (ita ſcribendum puto) εἴπῃς ἅπαξ Εὐθὺς ἀντήκουσας ἤδη. Fore ſuſpicor, qui coniecturam in *Sophoclis* locum ſit refutaturus: parte forſan laboris levabitur, ſi mihi notum fuiſſe dixero, ἀκούσομαι Atticis uſitatiſſimum eſſe; quin ἀντακούσεσθαι apud Atticiſtas in iſtiusmodi quoque dictis reperiri: horum in claſſem referendus eſt in Atticis ſcriptoribus verſatiſſimus interpres *Jobi* XI, 2. ὁ τὰ πολλὰ λέγων καὶ ἀντακούσεται.

Vs. 1652. Σαυτὴν ἄρ' ἐγγὺς τῷδε συνθάψεις νεκρῷ.] Ex Cantabrig. Cod. *Barneſius* ἄρ' in locum τοῦ ἂν ſubſtituit: venerat idem in mentem *Battierio*; quod exhibent Codd. Flor. & Leid. A. in hoc praeterea legitur συνθάψῃς, neglecta pro more litera ſubſcripta: Flor. praebet συνθάψω. Menelaus in Ajace *Soph.* v. 1108, Καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως Μή, τόνδε θάπτων, αὐτὸς εἰς ταφὰς πέσῃς.

Vs. 1658. Ὡς οὔτις ἀμφὶ τῷδ' ὑγρὰν θήσει κόνιν.] A reliquis Edd. diſtat illa *Grotii*, legentis ἀμφὶ σῶμ'· Codex Reg. Societ. *Kingio* memoratus, cui concinit, ut plerumque, Leid. B, monſtrat, illud in Pariſinis reperiſſe *Grotium*, cui tamen alterum praefero.

Vs. 1659. Ναὶ, πρὸς σὲ τῆσδε μητρὸς Ἰοκάστης, Κρέον.] Vulgatâ deterior eſt, ſoli *Pierſio* commemorata, Cod. Cant. lectio, Καὶ πρὸς σέ. *Eurip.* Iph. Aul. v. 1247, Ναὶ, πρὸς γενείου σ' ἀντόμεσθα δύο φίλω. Ναὶ in talibus obteſtantis eſt: vid. *Caſaubon.* in *Matth* XV, 27. & *Dan. Heinſii* Lect. *Theocrit.* c. IX, p. 325. b. *Quinimo Creon, per ego te matrem Iocoſten iſtam oro:* Ubi *Tibullus*, ſeu quis alius ſuaviſſimi carminis auctor, L. IV. El. V, v. 8. *per te dulciſſima furta, Perque tuos oculos, per geniumque rogo. Broukhuſius, elegantiae*, inquit, *Romanae eſt, ubi praepoſitio a ſua caſu disjungitur inſerto pronomine.* Quinimo tum morem etiam imitantur Poëtarum Graecorum, cuius meminerat Ill. *Ios. Scaliger*, dum in *Virgilii* Ciri reponebat v. 326, *Per Te ſacra precor*, p. 72. & dudum ante *Turnebus* Adverſ. XIX, c. XVII. *Sophocles* Philoct. v. 468, Πρὸς νύν σε πατρὸς πρός τε μητρὸς, ὦ τέκνον, —— Ἱκέτης ἱκνοῦμαι. Oed. in Col. v. 1329, Πρὸς νύν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων, Αἰτῶ πιθέσθαι. *Euripid.* Iphig. Taur. v. 1068, πρὸς σὲ δεξιᾶς, Σὲ καὶ σ' ἱκνοῦμαι. Med. v. 324, Μὴ πρὸς σὲ γονάτων, τῆς τε νεογάμου κόρης. recte deinceps interſertam, voculam σε hoc in loco neglexerat *Aldus*: eadem alibi quoque ſic reſtituenda eſt.

Vs. 1661. Σὺ δ' ἀλλὰ] In obſecrantis formula ſcribi malim: Σύ γ' ἀλλὰ νεκρῷ λουτρὰ περιβαλεῖν (*Ald.* περιβάλλειν) μ' ἔα. *Tu ſine quaeſo nihilominus:* ἀλλά γε hac vi frequentatur. Ut hic, legitur in Heraclid. v. 565, Σὺ δ' ἀλλὰ τοῦδε χρῄζε. —— Reſpondet hoc loco Creon: Ἐν τοῦτ'

ἂν

ἂν εἴη τῶν ἀποῤῥήτων πόλει. duo namque vetuerat edicto, τὸν νεκρὸν καταστέφειν, & γῇ καλύπτειν v. 1626, 27. corollis ornari non poterat cadaver, nisi prius esset ablutum: ad Antigonen Ismene: Ἡ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ' ἀπόῤῥητον πόλει; *Soph.* Antig. v. 44.

Vs. 1663. Ἀλλ' ἀμφὶ τραύματ' ἄγρια τελαμῶνας βαλεῖν.] His utitur non male *Gisb. Cuperus* Observ. II, c. IX, p. 216. In Troasin *Eurip.* v. 1233, Τελαμῶσιν ἕλκη τὰ μὲν ἐγώ σ' ἰάσομαι. conf. *H. Stephanus* Ind. Thes. v. Τελαμών. Hinc diversus Orientalium inprimis mos cadavera fasciis involventium: de Aegyptiis *Herodot.* II, c. 86. τελαμῶσι συνειλεῖν dixit *Sextus Empir.* Π. Υ. III, p. 185, 3. Τελαμωνίζειν *Eustath.* in Il. Ξ, p. 990, 33. explicans τὸ ἑλίσσειν τελαμῶνι· quod ibi dicitur prodiisse Philippi parasitus Clisophus τελαμωνισθεὶς τὸν αὐτὸν ὀφθαλμὸν, quem Philippus amiserat, ex *Athenaeo* VI, p. 248, F. transscriptum, ista *Satyro* tribuente in vita Philippi.

Vs. 1665. Ὦ φίλτατ', ἀλλὰ στόμα γε σὸν προσπτύξομαι.] Utitur *Barthius* ad *Statii* Theb. XII, 219. Ablata litera quis forte legi malit: ἀλλὰ γε σῶμα σὸν προσπτύξομαι· *nihilominus corpus tuum dilectum amplectar:* ego vero vulgatam non reiecerim, στόμα σὸν προσπτύξομαι· *collum applicans os tuum osculabor. Eurip.* tamen Med. v. 1205, προσπιτνεῖ νεκρῷ, ——— καὶ περιπτύξας χέρας (Mſ. Flor. δέμας) Κυνεῖ. in Supplic. v. 115, περιπτυχαῖσι χέρας προσαρμόσαι *cadaveribus.* Ionis v. 519, Δὸς χερὸς φίλημά μοι σῆς, σώματός τ' ἀμφιπτυχάς· ubi vulgatur ἀμφὶ πτυχάς. Verbum προσπτύξασθαι cum quarto casu iungendum docuit Celeberr. *Hemsterhusius* in *Lucian.* p. 414,

Vs. 1666. Οὐκ εἰς γάμους σοὺς συμφορὰν κτήσῃ γόοις.] *Grotius* vulgatam γόου sic recte iam ante correxerat, quam γόοις in Cantabrig. repererit *Barnesius:* ad hos accedunt Leidenses. *Kingium* non laudo, qui distingui voluerit: Οὐκ· εἰς γ. & Latine converti: *Minime facies: nuptias tuas luctibus infaustas & pollutas dabis.* Μὴ σύ γ' ita potuerat converti, nequaquam οὐκ. Et quid tandem facturam, an cadaver osculaturam negaret Antigonen Creon? optime cepit *Scholiastes:* οὐχὶ κτήσῃ τοῖς γόοις συμφορὰν εἰς γάμους σούς. Illa γόοις efficere nitebatur, ut cadaver humo mandaretur Polynicis: hoc si effecisset, regium fuisset edictum ab Antigone violatum; quo violato, futuri quondam Regis Haemonis, cui sororem desponsaverat Eteocles, imminueretur auctoritas. Diversissimus esset sensus, si hunc in modum scripsisset *Euripides:* Σύ γ' εἰς γάμους σοὺς συφορὰν κτήσῃ γόοις.

Vs. 1668. Πολλή γ' ἀνάγκη.] Vulgabatur ante *Barnesium:* Πολλή σ' ἀνάγκη· ex uno Cod. Cant. restituit is alterum: accedunt ad Cod. Cantab. Msti Leid. & Flor. nam, quod in hoc Cod. legitur: πολλή τ' ἀνάγκη· illinc ortum. Praeterea formula Πολλή γ' ἀνάγκη sic scripta recurrit saepenumero: pronomen interſertum legere me non memini, praeterquam in Medea v. 1013. ubi quaerenti: Τί δὴ (rectius Τί δ' αὖ legitur in Dramate *Nazianz.* v. 730.) κατηφεῖς ὄμμα, καὶ δακρυῤῥοεῖς; Medea respondet: Πολλή μ' ἀνάγκη. sed & ibi potius scripserim Πολλή γ' ἀνάγκη· prouti legitur in *Euripidis* Alc. v. 378. Hec v. 395. *Sophoclis* Elec. v. 311. Oed. in Col. v. 285. *Alexidis* fragm. apud *Athen.* & in *Stob. Grot.* p. 475. idem ponendum in *Soph.* Trachin. v. 299. *Aristoph.* Thesmophor. v. 178. Ἅπασ' ἀνάγκη. Frequenter apud *Herodotum* legi-

legitur absque γε interſerto πάντα ἀνάγκη L. II. c. 22. c. 36. c. 90. IV, c. 179. V, c. 52. VII, c. 31. *Gronovius* itaque recte id ipſum reſtituit L, I, c. 112. ubi γε praeferebant Editiones interiectum. Ἀνάγκη πολλὴ ſaepius adhibetur in Dialogis: vid. *Ier. Markland.* in *Max. Tyr.* p. 692.

Vs. 1669. Νὺξ ἄρ' ἐκείνη Δαναΐδων μ' ἕξει μίαν.] In Supplicibus, Iphigenia priore, quin & in Phoeniſſis meminit aliquoties *Euripides* Δαναϊδῶν. idem hic in omnibus erat Edd. perperam: repoſui Δαναΐδων· Differunt utique *Danaïdes*, & *Danaïdae*, ſive τέκνα Δαναῶν, uti vocantur Phoen. v. 1152, & alibi. *Danaïdum*, Δαναΐδων, non fit in *Euripideis* mentio, niſi Cyclopis v. 429, Βακχίου Ναΐδων μέλαθρα, Δαναΐδων νυμφῶν μέτα. ubi cum *Caſaubono* legendum, Ναΐδων· vid. *Pratinae* Phliaſii canticum *Athen.* XIV, p. 617. D. *Naiada Bacchus amat.* —— *Berglerum* laudat Amiciſſimus *Tib. Hemſterhuſius*, qui eumdem in *Luciani* Timone correxerat errorem, T. I, p. 129. Ubi Tragici noſtri verſum interpretatur *Seneca* Herc. Fur. v. 500, *Deeſt una numero Danaïs; explebo nefas:* (quae pleraque *Grotius* tranſſumſit;) excitat Euripidea *Io. Frid. Gronovius*, nec ſuſtulit tamen errores, quorum alter verſum quoque vitiabat: idem vir Summus in *Senecae* Troaſin v. 757. optime reſtituit: *Virtus Ulyſſis Danaidis nota eſt ſatis.* Priorem ſententiam Tragicus repetit Herc. in Oeta v. 948, *Vacat una Danaïs; has ego explebo vices.* *Philoſtratus* Epiſt. XLII, Δάναός σοι πατὴρ, χεὶρ ἐκείνη καὶ λῆμα (*Olearii* corrigit errorem *L. Bos* Anim. p. 48.) φονικόν· ἀλλὰ κἀκείνων τις τῶν ἀνδροφόνων παρθένων νεανίσκου φιλοῦντος ἐφείσατο. οὐχ ἱκετεύω σε, οὐ δακρύω· πλήρωσον τὸ δρᾶμα. Diſtat hoc *Propertii* IV. El. XI, v. 27. —— *ſi fallo, poena ſororum Infelix humeros urgeat urna meos.*

Vs. 1671. Ἴστω σίδηρος, ὅρκιόν τέ μοι ξίφος·] Quod in Cod. Cantabrig. ſcriptum, ὅρκιον δέ μοι ξίφος praefero: ſic legit *Scholiaſtes* in Auguſt. Cod. ἴστω σίδηρος,] γινωσκέτω τὸ ξίφος, ὅρκος γάρ μοι τὸ ξίφος αὐτό. In *Platonis* Phaedone p. 62. A. Cebes Thebanus ἴττω Ζεὺς, ἔφη, τῇ αὐτοῦ φωνῇ εἰπών. *Plato* Epiſt. VII, p. 345. A ἴττω Ζεὺς, φησὶν ὁ Θηβαῖος. quod, *Ficino* non intellectum, explicuit *Petrus Petitus* Miſcell. Obſ. III, c. XXXI. Quando noſtro loco Thebana virgo, Ἴστω σίδηρος· Creon in *Soph.* Antig. v. 190, inquit, Ἴστω Ζεὺς; qui Thebis regnarat Oedipus in huius Oed. in Col. v. 514, θεὸς ἴστω. morem expreſſiſſe Tragicos ſuſpicor Thebis inprimis in vita quotidiana receptum: neque enim ita vulgo iurabant Attici: Alcmena ſimiliter in *Moſchi* vel alterius potius, Megara v. 75. Ἴστω γὰρ Κούρη καὶ εὐέανος Δημήτηρ. —— Verbum illud ἴστω diſcimus e *Platone* pronunciatum ore Thebano ἴττω· litera nempe σ, ſequente τ, mutabatur in τ, a Boeotis non tantum, ſed & Spartanis, horumque colonis Tarentinis: Laconica ſunt vel Boeotica quae proſtant apud *Heſychium:* Ἔττακαν, ἔστησαν· Ἐττία, ἑστία. Ἀμπίτταρ (id eſt ἀμφιστὰς, feliciter ab *Iſ. Voſſio* reſtitutum) παρατασσόμενος· Ἄφραττος, ἡ Ἑκάτη παρὰ Ταραντίνοις. alibi *Heſychius:* Ἀττασία, ἀνάστηθι. Corrigendum: Ἄττασι, ἀνάστηθι· Λάκωνες. hoc enim e ſequenti verſu huc retrahendum: infra *Heſych.* Κάββασι, κατάβηθι· Λάκωνες. Poeticum erat ἄνσταθι, hinc Ἄσταθι, Laconice Ἄττασι. haec, fateor, nihil ad *Euripidem*; ſed mos erat ingenio gerendus.

Vs.

Vs 1672. —— *τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν*] Leve quidem erat, si quis ita velit, non in Attico tamen Poëta negligendum, vitium, quod Editiones omnes insederat, *ἀπαλλάχθαι* · hoc Ionicum est: scripserat *Euripides* *ἀπηλλάχθαι* · prouti Codices hic exhibent Leidenses; neque dubitandum, quin id ipsum in aliis repertum tanquam nullius usus neglexerit *Kingius*: *ἀπηλλάχθαι* legitur in *Euripidis* Elec. v. 1137. in Troasin v. 270, *"Εχει πότμος νιν, ὥστ' ἀπηλλάχθαι κακῶν* · ultimae vocis loco *πόνων* praebet Flor. Cod.

Vs. 1678. *'Αλλ' εἰ γαμοίμην, σὺ δὲ μόνος φεύγεις, πάτερ;*] Dicti suavitatem ubi miratur in Prolegom. p. 23, *Grotius* scribit *φεύγῃς* · hoc vereor ut cum *εἰ* iungi possit; si quid mutandum, legerim *φεύγοις* · voculae tamen *εἰ* saepius in eadem serie subiunguntur optativus & indicativus.

Vs. 1679. —— *τἄμ' ἐγὼ στέρξω κακά.*] In B Leidensi legitur *ταμὰ δ' ἐγὼ στέρξω κακά* · qui ferunt in locis senarii tragici paribus anapaestos, non adspernarentur; nisi lectiones hi plerique vulgatas adprobarent. Si scriberetur: *Μέν' εὐτυχοῦσα, τὰ 'μὰ δ' ἐγὼ στέρξω κακά* · iambus in suam sedem rediret. Euripidea, *τἄμ' ἐγὼ στέρξω κακά* · vir in suo genere Primarius *Alb. Schultensius* exponit Comment. in *Iobum* p. 509. b. plurima dedit de utraque verbi *στέργειν*, hoc usu positi, structura *Thom. Gataker.* in *M. Antonin.* VI, § 44. sicut *Plato* Hippia Mai. p. 295. B. *στέρξω ἐγὼ τῇ ἐμῇ τύχῃ* · *mea sorte contentus ero;* noster etiam eodem modo verbum adhibuit plus semel.

Vs. 1682. *'Ο δ' Οἰδίπους ποῦ, καὶ τὰ κλείν' αἰνίγματα;*] Excitat hunc senarium *Plutarch.* T. II, p. 784. A. Idem p. 72. C. *σφόδρα ἐμφανῶς*, inquit, *ἀνακαλεῖται καὶ τὰ τοιαῦτα τοὺς ὑποφερομένους,*

'Ο δ' Οἰδίπους ποῦ, καὶ τὰ κλείν' αἰνίγματα; καὶ,

'Ο πολλὰ δὴ τλὰς 'Ηρακλῆς λέγει τάδε; *σὺ γὰρ μόνον ἀνίησι τοῦ ψόγου τὸ τραχὺ καὶ κελευστικὸν, ἀλλὰ καὶ ζῆλον ἐμποιεῖ πρὸς ἑαυτὸν αἰδουμένῳ τὰ αἰσχρὰ τῇ τῶν καλῶν ὑπομνήσει.* Versuum alter est in Herc. Fur. 1250. In MSS. *Plutarchi* Codicibus duobus legebatur *ὁ πολύτλας 'Ηρακλῆς*; hoc Grammaticis, *Homerum* terentibus, imputare malim, quam *Euripidi*: *'Ο δὴ πολύτλας 'Ηρακλῆς* · Est in eodem dramate Thesei dictum v. 1414, *"Αγαν γ' ὁ κλεινὸς 'Ηρακλῆς ποῦ, κεῖνος ὤν;* Idem Theseus in *Eurip.* Supplic. v. 127, *Τὸ δ' "Αργος ὑμῖν ποῦ 'στιν; ἢ 'κόμπει μάτην;* Socrates in *Aeschinis* qui dicitur Axiocho p. 124, *'Αξίοχε, τί ταῦτα. ποῦ τὰ πρόσθεν αὐχήματα.* Nostrum illud Antigones obversabatur *Senecae*, dum illam faciebat ad eumdem dicentem in Phoeniss. v. 77, *Sed flecte mentem; pectus antiquum advoca; Victasque magno robore aerumnas doma.*

Vs. 1683 *"Ολωλ'· ἓν ἦμαρ ὤλβισ' ἓν δ' ἀπώλεσεν.*] Unius auctoritate Codicis Leid. antiquissimi pronomen sustuli; legebatur *ἓν ἦμαρ μ' ὤλβισ'* · alterum praestare iudicabam, quia respondet ad filiae quaestionem: *'Ο δ' Οἰδίπους ποῦ; "Ολωλ'· ἓν ἦμαρ ὤλβισ'* · *Periit* Oedipus: *una dies ipsum beavit; perdidit una dies:* sive *haec eadem: Virgil.* Aen. X, v. 508. In Scholiis tanquam exemplarium diversa lectio memoratur: *ὤλβισ', ἠδ' ἀπώλεσεν· τὸ δὲ ἠδὲ*, inquiunt, *ἀντὶ τοῦ καὶ* · Homericum Attico non erat obtrudendum Tragico: posset e. Cod. Cantabrig. scribi: *ἓν τ' ἀπώλεσεν* · sed duplex

plex illud ἓν omnino retinendum: *Sosiphanes* in *Stobaei* Flor. *Grot.* p. 111, Βροτοὶ, τί σεμνύνεσθε ταῖς ἐξουσίαις, "Ἃς ἓν τ' ἔδωκε φέγγος, ἓν δ' ἀφείλετο." *Eurip.* Hecuba v. 248, Τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο. hujus sententiae plurima collegerunt *H. Columna* ad *Ennii* Fragm. p. 86, 87. & *Th. Gataker.* A. M. P. C. XI. *Lucret.* III, v. 911. *omnia ademit Una dies infesta.* *Seneca* Herc. in Oeta v. 423, *Unusque Titan vidit atque unus dies Stantem & cadentem.* Latinorum Poëtarum istiusmodi dicta dedit affatim *Nic. Heinsius* ad *Ovid.* Amor. I, xv, 24. De Diis *Archilochus* apud *Stobaeum* in *Flor. Grot.* p. 437, Πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι, καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας Ὑπτίους κλίνουσ'. ubi κινοῦσ' est in Edd. —— Nostro versu vulgabatur ante editionem *Grotii* perperam ὄλβισεν. ὄλβισ' exhibent Cantabrig. Leidenses & Flor.

Vs. 1684. Οὐκοῦν μετασχεῖν κἀμὲ δεῖ τῶν σῶν κακῶν.] Signum interrogandi sustuli; notat enim hic Οὐκοῦν *profecto.* Vitiosam dederat *Aldus* versuique noxiam lectionem: οὐκοῦν μετασχεῖν δὴ κἀμὲ τ. σ. κ. quam sequutus in prima Basil. *Hervagius*, mutavit in secunda *Io. Oporinus*, δὴ tantum in δεῖ converso: δεῖ κἀμὲ praebet etiam Codex Flor. Vocum sedem, ut versui congruerent, deinceps recte transmutarunt.

Vs. 1686. Οὐ σωφρονούσῃ γ', ἀλλὰ γενναία, πάτερ.] *Pierfius* in vulgata scriptione γενναία nescio quid argutatur, ἀλλὰ pro καὶ positum: *Kingius* recte quidem posuit in contextu γενναία, sed, ubi nullus erat dubitationi locus, male dubitat, utrum ἀλλὰ γενναία scribendum sit, an, οὐδὲ γενναία. Supplendum utique relinquebatur auditori, οὐ σωφρονούσῃ γ' αἰσχρὰ φυγὴ σὺν τυφλῷ πατρὶ, ἀλλὰ γενναία· talis nempe φυγή. Scribebatur in utroque Leid. γενναῖα· γενναῖον si qui Codd. exhiberent, hac in sede perplaceret, si praecessisset in iisdem Αἰσχρὸν φυγὴ θυγατρί. commode namque sequeretur Οὐ σωφρονούσῃ γ', ἀλλὰ γενναῖον· *Bene educatae filiae non sanequam turpe, sed generosum & nobile facinus.* Hic scribendi mos, ut aliis, sic *Euripidi* familiaris, utriusque dicto nonnihil adderet vigoris.

Vs. 1688. Ἴδού, γεραιᾶς φιλτάτης ψαῦσον χερί.] In A Leid. & in Cantabrig. Cod. notante *Piersio* scribitur φιλτάτῃ· *Barnesius* indidem posuit in margine φιλτάτῃ· Litera quidem omissa, sed non hujus vocis φιλτάτης, sententiae nocet. Corrigendum arbitror:
Ἰδού, γεραιᾷ φιλτάτης ψαῦσον χερί.
carissimam tange manu senili: anum carissimam nemo Graece dixerit γεραιὰν φιλτάτην; sed *manum senilem*, γραῖαν χεῖρ' dicas, an χεῖρα γεραιάν, nihil refert: meminit *Euripides* in Hecuba v. 142, γεραιᾶς χερὸς, sed in eodem etiam dramate γραίας χερὸς, atque hoc equidem restituendum in anapaesto suspicor. Hec. v. 63. alterum si quis tueri voluerit advocato Hippol. v. 171, mecum tamen opinor in senario stare posse negabit Hec. v. 273, Καὶ τῆς δὲ γεραιᾶς προσπιτνῶν παρηΐδος· emendandum utique γραίας. —— Sicut nostro versu, L. IV. Anthol. c. XII, epigr. 129 Ψιλὸν γηραιᾷ χειρὶ βαλὼν κρόταφον· Cujus autem hic Antigone γεραιὰν, mea sententia, χέρα memoravit, parentis γεραιὸν πόδα dixerat v. 1533.

Vs. 1691. Τάδ' ἐκτάδην σοι κεῖσθον ἀλλήλοιν πέλας.] Usi sunt hoc senario *Ios. Scaliger* in *Catull.* (LXVI, 6.) p. 93. & *Phil. Iac. d'Orvillius* Anim. in *Chariton.* p. 642. *Porrectum iacere*, quid

quod dormientium eſt & mortuorum, *Luciano*, & *Alciphroni*, ter quaterve dicitur ἐκτάδην κεῖσθαι· loca deſignavit *Tib. Hemſterhuſius* in *Lucian.* T. 1, p. 357, 23. omiſit, quia nihil ad inſtitutum faciebat, locum *Alciphron.* p. 410, Εὐθυκλῆς (ſic lego pro Εὐοκλῆς hic & alibi) ὁ Στωϊκὸς ὑπὸ γήρως καὶ πλησμονῆς ἐκτάδην κείμενος ἔρεγχεν. Nihil erat, cur p. 394. vulgata tentaret *Bergler.* ἐκτάδην πατεῖσθαι νεκρόν· neque enim tot mala perpeſſus paraſitus temere poſuit τὸ, πατεῖσθαι νεκρὸν, quod *Athenis* malle ſe ſcribit, ἢ τῆς Πελοποννήσου εὐδαιμονίας ἀντέχεσθαι. ſic ἀνέχεσθαι corrigendum puto. Quod attigit vir Summus, Ἐκταθῆναι, *extendere pedes*, *mori*, *Gatakerus* ſic illuſtrat in *M. Antonin.* IV, §. 3. p. 93, 94. ut mortuorum geſtum etiam aliunde monſtraverit. Rarius eſt hoc uſu Παραταθῆναι. *Plato* Euthydemo p. 303. B. τὼ ἄνδρε γελῶντε —— ὀλίγου παρετάθητην. Notum ἐκθανεῖν ὑπὸ τοῦ γέλωτος, *emori riſu*. *Clearchus* in *Procli* Comment. ad L. X. Polit. *Platonis*, *animam* ſcribit *Cleonymi*, τοῦ σώματος παραταθέντος, μετέωρον ἀρθῆναι· ſic legendum, pro παραθέντος, in iis, quae publicavit inde decerpta *Alex. Morus* in Evang. *Joann.* XI, 39.

Vs. 1693. Πρόσθες τυφλὴν χέρ',] In utroque Leid. ſcribitur χεῖρ'· idem ſi plerique Mſſ. ſubminiſtrarent, recipiendum eſſet.

Vs. 1698. Ὁποῖος; ἀλλ' ἢ πρὸς κακοῖς ἐρεῖς κακά;] Voculae vulgatae ἀλλ' accentum addidi, quod faciendum ſuſpicabatur *Barneſius*, ut ἄλλα deſignarentur: ἢ, *num*, non erat cur obliteraremus cum *Kingio*: iisdem obſequi nolui ſcribentibus Ὁ, ποῖος; eſt enim ὁποῖος etiam interdum interrogativum, ut in *Ariſtoph.* Pluto v. 392, σὺ Πλοῦτον; ὁποῖον; Noſtro verſu ſuperſcriptum erat in A Leid. ὁ χρησμὸς ποῖος ἄρα; ὁ ἀλλὰ περισσός: mihi vero dixiſſe videtur ἄλλα πρὸς κακοῖς κακά. vid. in Vs. 1348. notata.

Vs. 1701. Ἱερὸς Κολωνὸς, δῶμά θ' ἱππίου θεοῦ.] Legebatur in Edd. δώμαθ' ἱππείου θεοῦ· Recte *Kingius* vocem δώμαθ' in duo ſeparavit: δῶμά θ' etiam olim lectum manifeſtum eſt e Scholiis. Quod aliunde notum, & e *Meurſio* de Populis, vel Pagis potius, Attices, templum erat in Colono, *Sophoclis* patria, equeſtris Neptuni. Nihil quidem hic intererat, ἱππείου ſcriberetur, an ἱππίου· hoc tamen e Leid. B recepi, tanquam uſitatius altero, iis etiam in locis, ubi verſus utramque formam admittunt: τὸν ἵππιον Neptunum praeter alios commemorat aliquoties *Ariſtophanes*: apud *Euripiden* ſaepius legitur ἵππιον Ἄργος. Monitus a *Scaligero Barneſius* in Elec. v. 825, recte ſcripſit ἱππίους· alterum iſti quidem verſui nocebat: idem & alibi fuerat reſtituendum. Ceterum hoc loco videri poſſet id *Euripides* voluiſſe, ut in ipſo Neptuni templo ſepultum crederemus Oedipum: locum in Colono, quo divinitus reconderetur, in Sophocleo dramate voluit ignoratum Oedipus omnibus praeterquam Theſeo: vid. Oed. in Col. v. 1518. & ſeqq. in Colono κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον, non obſcure Deus praedixerat: vid. v. 91. in Colono ἡρῷον Οἰδίποδος fuiſſe colligas e *Pauſan.* I, p. 76. qui p. 69, intra ſeptum Areopagi fuiſſe narraverat, μνῆμα Οἰδίποδος, *Homerum* impedire ſcribens, quominus a *Sophocle* narratis fidem adhiberet. In *Hom.* Il. Ψ. v. 679, hoc Scholion legitur ineditum in Mſ. Cod. *Wetſtenii*: Δεδουπότος Οἰδιπόδαο.] Ἀφ' ὕψους πεπτωκότος· κατεκρήμνισε γὰρ

ἑαυτὸν διὰ τὰς συμφοράς. Τινὲς δὲ, ἐν πολέμῳ τεθνηκότος· καὶ οὐκ αὐτὸν ἀλαὸν (forte scripserat Gramm. οὐκ αὐτόν τὸν Λαΐου, ἀλλ' ἄλλον) Οἰδίποδα φασίν· ὁ γὰρ τοῦ Λαΐου Οἰδίπους οὐκ ἐν Θήβαις, ἀλλ' ἐν Ἀθήναις ἀποθνήσκει, ὥς φησὶ Σοφοκλῆς. Minime protrita leguntur e *Lysimachi* Thebaicis excerpta in Schol. ad *Soph.* Oed. in Col. v. 91.

Vs. 1704. Ἴθ' εἰς φυγὰν τάλαιναν;] Metrico destitutus, sequentes versus separavit *Kingius*, ut in optimo Cod. Reg. Societatis dividebantur: codicem emendatissimum sequi malui, quam reliquas Editiones: si quid praeterea novatum, indicabitur. Πάτερ γεραιέ mox legebatur & in B Leid. in A, Ὄρεγε χεῖρα φίλαν μοι πάτερ γεραιέ. deerat in Cant. vox πάτερ.

Vs. 1707. Σύ μου ποδαγὸς ἀθλία γενοῦ.] Inter Var. Lect. e Cant. Cod. enotatas a *Piersio* legitur: Σὺ μοι πο-
ο
δαγωγός· in Leid. A, σὺ μοι παιδαγω-
ω
γὸς ἀθλίου γενοῦ. ex hoc uno tamen Cod. vulgatam ἀθλία mutare nolui, quam sequentia videntur adfirmare: videri potuerat alias *Euripides* scripsisse Σύ μοι ποδαγὸς ἀθλίῳ γενοῦ. ex his μοι genuinum puto. *Sophocles* Antig. v. 1210, Ἔγωγε σῷ ποδαγὸς ἑσπόμην πόσει Πεδίον ἐπ' ἄκρον· Ad μοι firmandum aptior in eodem dramate v. 1026, ubi de caeci duce Tiresias: Ἐμοὶ γὰρ οὗτος ἡγεμὼν, ἄλλοις δ' ἐγώ. Oed. in Col. 1538, ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν σφῷν αὖ πέφασμαι καινὸς, ὥσπερ σφὼ πατρί. nam in his & alibi saepius ἡγεμὼν idem est ac ὁδηγὸς vel ποδαγός. *Euripides* Orest. v. 796. Ἕρπε νῦν οἴαξ ποδός μοι.

Vs. 1708. Γενόμεσθα γενόμεσθ' ἄθλιαί γε,] Anglicano Codici concinit A Leid. Quod e Ms. posuerat *Kingius*, e Schol. reponendum viderat *Battierius*. In Flor. legebatur: Γενόμεσθα, γένος θ' ἄθλιαι γε.

Vs. 1713. — τᾷδε πόδα τίθει Ὥστ' ὄνειρον ἰσχὺν ἔχων] Vocem *Barnesius* interseruerat e Cod. Cant. quam praebet Leid. A, τίθει πάτερ. *Kingius* eiecit: ante *Barnesium* vulgarant: πόδα τίθ', ὥστ' ὄ. ἰ. ἔ. *Aldus* tamen & *Hervagius* dederant πόδα τίθει· ordine verso τίθει πόδα praebet Leid. B.

Vs. 1715. —— ἐλαύνει τὸν γέροντα μ' ἐκ πάτρας.] *Aldus*, & in utraque Basil. *Hervagius*, ἐλαύνων vulgarant: deinceps, incertum qua auctoritate, forsan e scholiis, posuerunt ἐλαύνει. Codices, quorum ad nos pervenere, lectiones, ἐλαύνων exhibent: in A.
ῶ ων
Leid. legitur ἐλαύνω. *Scholiastes*: Ἐλαύνων] Λείπει τὸ, ὁ Κρέων· alter legit ἐλαύνων. Neutrum placet: *Euripiden* scripsisse puto: Ἰὼ — ἐλαύνειν τὸν γέροντα μ' ἐκ πάτρας; *Vah! me senem exigere patria!* Contra reponendum in *Euripidis* Alcesti v. 676, Ὦ παῖ, τίν' αὐχεῖς, πότερα Λυδὸν, ἢ Φρύγα, Κακοῖς ἐλαύνων· e Cod. Flor. loco vulgati ἐλαύνειν. Nostro versu modus ille loquendi prorsus est accommodatus indignanti: supra v. 523, repositum e Codd. τᾷδε δουλεῦσαί ποτε; *huiccine me servire?* v. 1348, tentabam: Πρὸς πεπραγμένοισιν ἄλλα πήμασιν λέγειν γέ τι. Quidquid est huius generis apud quosvis veteres scriptores, cum vehementissimo indignationis affectu pronunciatum, ex isto Iunonis Virgilianae facile cognosceretur: *Mene incepto desistere victam?* ex unius etiam *Terentii* comoediis exemplorum posset affatim excitari: sed, ne potissimum sibi talia vindicasse vi-
dea-

deatur comoedia, quaedam e Tragoedia depromam, quae quotidianae vitae speculum illud accedit proxima. Chorus Eumenidum apud *Aeschylum* v. 840, Ἐμὲ παθεῖν τάδε; Φεῦ· Ἐμὲ παλαιόφρονα κατὰ γᾶν οἰκεῖν Ἀτίετον; in eiusdem Agamemn. v. 1671, *Aegisthus*: Ἀλλὰ τούς δέ μοι ματαίαν γλῶσσαν ὧδ' ἀπανθίσαι, Κἀκβαλεῖν ἔπη τοιαῦτα δαίμονας πειρωμένους; sequentem nobis spero versum e MSS. aliquando restitutum iri. *Euripides*: Φεῦ, Φεῦ τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν Φωνήν, ἵν' ὦσι μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν· sic illa leguntur, e deperdito dramate petita, rectius in *Stobaei* Florileg. *Grot.* p. 345, quam apud *Plutarch.* T. II, p. 802. A. qui sequitur in *Stobaeo* versus facile poterit emaculari, litera duntaxat una detracta: nonnunquam similia reperiuntur apud historicos: Ptolemaei, podagra cruciati, dictum adnotavit *Athenaeus* e *Phylarcho*, L. XII, p. 536. F. ὦ τάλας ἐγὼ, τὸ μηδὲ τούτων ἕνα γενέσθαι με· postrema vocula restitui debet ex *Eustath.* in Odyss. E, p. 233, 49. qui simul docet quomodo sit elliptica supplenda loquendi forma tum in regio dicto, tum in alio Comici: protulit Aristophanea quaedam Clariss. *Io. Iac. Reiskius* in Miscell. Lipsiens. vol. VI, p. 108. Menandrea quoque supersunt huius generis. Sic Epoden Octavam orditur *Horatius*: *Rogare longo putidam te saeculo, Vires quid enervet meas!*

Vs. 1716. Ἰὼ, ἰὼ, δεινὰ δείν' ἐγὼ τλάς.] Editionum vulgatam revocavi, quam Flor. Cod. etiam praebet, lectionem; non quod genuina, sed quod melior videbatur Kingiana: Ἰὼ, ἰὼ, δείν' ἐγὼ ὁ τλάς: haec tamen eadem, ut in Britann. in Batavo legebantur A. Cantabrig. exhibet: δεινὰ ἐγὼ ὁ τλάς. Leid. B, ἰὼ, ἰὼ δείν' ἐγὼ τλάς. Quid hic praestaret articulus, non exputo: similis, ni fallor, illum litera peperit. ἔγωγε τλὰς mihi quidem longe melius videretur. Inferius v. 1732, tres Antigonae tribuuntur senarii: quid si totidem in hac Oedipodis querela latitent, sic restituendi?

Ἰὼ, ἰὼ, ὢ δυστυχεστάτας φυγᾶς·
Ἰὼ· ἐλαύνειν τὸν γέροντά μ' ἐκ πάτρας;
Ἰὼ, ἰὼ. ὦ δεινὰ δείν' ἔγωγε τλάς.

ὢ & ὦ (distinguit ista *H. Stephan.* Animadv. in *Corinth.* de D. A. §. 65. p. 52.) facile potuerunt a vicinis absorberi: hoc qui factum suspicabitur, conjecturas forte meas vulgatis Codicumve lectionibus anteponet.

Vs. 1719. Ὅδ' εἰμὶ, μοῦσαν ὃς ἐπὶ (20) Καλλίνικον, οὐράνιόν τ' ἔβαν,] Delevit *Kingius* alterum τ' in hoc versu, post vocem καλλίνικον positum, nec legebatur in B. Leid. utrumque deerat in A Leid. & in Cantabrig. Versu 19 Leid. B ὅς γ' ἐπὶ praeferebat. chorus sub finem Oed. Tyr. *Sophoclis.* v. 1422, Ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε, Ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ᾔδει, καὶ κράτιστος ἦν ἀνήρ. horum meminerat *Piersius*, sed eadem propemodum in fine Phoeniss. legi non recordabatur. ——— In proxime sequentibus αἴνιγμ' ἀσύνετον quo sit accipiendum sensu supra fuit indicatum ad v. 1510.

Vs. 1723. Ἄπαγε τὰ πάρος εὐτυχήματ' αὐδῶν.] Nemini postremum illud αὐδῶν, quod Codd. adfirmant, suspectum erit: in antiquis tamen exemplaribus quibusdam eius vice scriptum ἀοιδῶν. e Scholiis licet aestimari, quod Codex praebet August. [illegible] ἀοιδῶν, ἤτοι μαντευμάτων, ἤγουν κατέλειπόν σε τὰ πάρος εὐτυχήματα τῶν ἀοιδῶν. vates etiam ipsos, [illegible] dictos, potuerat intellexisse, qui victori Oedipodis laudes cecinerant: Graecorum inter-

interpretes vocat *Euripides* in Heraclid. v. 404, χρησμῶν ἀοιδούς & χρησμῶν ᾠδούς, v. 489. ſed ne ſic quidem ſenſus hinc efformari poſſet, quem e lectione mendoſa Grammaticus eruit: κατέλειπέν σε τὰ πάρος εὐτυχήματα. lectionem voco mendoſam ἀοιδῶν, pro ἀΰδῶν, vel αὐδῶν, quam perverſa peperit Graecorum recentiorum pronuntiatio, οι & υ ſimili ſono proferentium: ἀοιδὰν *Scaliger* emendabat pro αὐδὰν in Herc. Fur. v. 1026. ſimilis permutatio nobis dedit in *Aeſchyli* Choëph. v. 255. Grammatici notam, εὔθυνον διὰ τοῦ υ, & εὔθοινον διὰ τῆς οι diſtinguentis, a que alias non paucas. vid. *Rich. Bentlejus* in Epiſt. ad *Mill.* p. 75. 77. —— Antigone Euripidea, quum pater decantatum illud ſuum memoraſſet facinus, Σφίγγα δὲ, inquit, ἀναφέρεις ὄνειδος; *Quid memoras partum victa De Sphinge decus?* (incogitanter *dedecus* hic poſuerat *Kingius*:) Ἄπαγε τὰ πάρος εὐτυχήματ' αὐδῶν, *Deſine priſtinam memorare felicitatem*; vel *memorans*. *Heſychius*, huc reſpiciens: Ἄπαγε, παῦσαι, —— πέπαυσο. ſic πέπαυσαι emendari debet. *Schol.* ἄπαγε οὖν, πέπαυσο, καὶ παράλειπε λέγων (ſubminiſtrat illud Cod. Auguſt.) τὰ εὐτυχήματα. Habet & *Heſychius* Ἀπόληγε, παῦου. hoc etiam potuerat eadem hic *Euripides* adhibuiſſe ſtructura: ἄπαγε —— αὐδῶν, tantumdem valet ac ἀπόληγε, vel λῆγ' αὐδῶν· vel παῦσαι —— λέγων. quod ultimum eſt in *Sophoclis Antig.* v. 286. —— Verbis παύσασθαι, λήγειν, διαπελεῖν, διαλιπεῖν, ſimilibusque, participia, non fruſtra ſolent a Graecis adiungi: corrige, ſodes, *Aeſchylum* Prom. v. 340, Τὰ μεν σ' ἐπαινῶν οὐδαμῆ λήξω ποτέ. vulgatur: ἐπαινῶ, κ' οὐδαμῆ λ. in re nota nemo requiret exempla: dictum egregium neſcio cuius Tragici ponam emendatius: Καὶ μὴ γε παυσώμεσθα δρῶντες εὖ βροτοὺς, e *Plutarchi* T. II, pagg. 791. D. & 1099. A. inter ſe collatis.

Vs. 1727. Ποθεινὰ δάκρυα παρὰ φίλαισι Παρθένοις λιποῦσ', ἄπειμι] Iſta quidem accipi poſſunt, quomodo cepit Scholiaſtes: multo tamen rectius quid relictura diceretur puellis dilectis Antigone, quo fuerat ante cum ſociis operum delectata: lacrymis illa, fateor, ſaepe ſine dubio luctum levaverat; ſed *texta*, vel *penſa*, quae relinquebat *infecta*, ποθεινὰ potius ſibi dixerit, quam δάκρυα. Ingenioſiſſima videbitur *Io. Pierſoni* coniectura, corrigentis: Ποθεινὰ δ' ἄτρια· *texta*, vel *ſtamina deſiderata caris relinquens virginibus.* Cum his horas iucunde fefellerat olim Antigone, Ἱστὸν ἐποιχομένη, *radio ſtantis percurrens ſtamina telae*, ut ait, Homericum illud interpretatus *Ovidius* Met. IV. v. 275. Veteris aevi heroinae, Calypſo, Circe, Helena, Hecuba, Andromache, Penelope, ſimilesque erant in textis artificioſis occupatae: Creuſa puellas comites in *Euripidis* Ione ſic alloquitur v. 747, Γυναῖκες, ἱστῶν τῶν ἐμῶν καὶ κερκίδος Δούλευμα πιστόν. vid. *Ez. Spanhem.* in *Ariſtoph.* Nubes v. 53. Interim puellae *Utile opus manuum vario ſermone levabant*: in eodem *Euripidis* dramate v. 195, τίς ἄρ', ὃς ἐμαῖς μυθεύεται παρὰ Πήναισι; Moritura Deïanira *Sophoclis* in Trach. v. 922, Κλαῖεν ὀργάνων ὅτου ψαύσειεν, οἷς ἐχρῆτο δειλαία πάρος· *telam* & ſimilia Scholiaſtes intelligens, ὠδύρετο, inquit, ὡς λοιπὸν καταλιμπάνουσα αὐτά. Similiter hic eadem λιποῦσα, ſermonum, quos miſcuerant, ſimul recordata, *texta* memoraſſet, vel *ſtamina*: haec ἄτρια Graecis dicuntur: vid. *Ruhnkenius* in perdoctis illis ad *Timaei* Lex. Platon. Animadverſ. p 98. Dorico flexu dicebatur ἄτριον. ubi legitur apud *Theocritum* Eid. XVIII, v. 34. ἥτριον, Poëtam ἄτριον poſuiſſe puto: *Heſychius*:

clius: "Ατριον, ὕφος λεπτὸν, καὶ Εὐάτριοι, εὐυφεῖς. frequenter occurrit εὐήτριον ὕφασμα. Quas εὐπήνους ὑφὰς plus femel *Euripides*, εὐήτριους dixit *Dionyf. Halic.* περὶ Σ. Ο. p. 46, 45. ὑφάσματα εὐήτρια *Dionyf. Alexandr.* ap. *Eufeb.* Praep. Ev. XIV, p. 774. D. *Simmias ovum* fuum vocat Κωτίλας ἄτριον ματέρος Δωρίας, *garruli Poëtae Dorici texturam.* Iam vero vocem prorfus ignoratam fibi nil mirum fi librarii commutarint in ufitatiffimam hoc *Euripidis* loco; cui praeterea lector attentus voculam δὲ congruam fatebitur: de patre prius Antigone loquuta, quum fuam nunc fortem refpicit, vocula requiri videtur, quae disiungat haec a praecedentibus: *Ego vero, patria discedens exul, confortibus operum amata prius, in pofterum defideranda, relinquo.* Malint forte lectionis vulgatae defenfores voculam praecedentem ποῦ cum his conjungere: ποῦ ποθεινὰ δάκρυα &c. quo pacto paraphraften cepiffe liquet: inprimis fi dixero Codicem Flor. ποῖ praeferre, proprium in motu. Non nego, commode iungi poffe: ποῖ —— ἄπειμι; *quo abeo?* ποθεινὰ δάκρυα παρὰ φίλαισι παρθένοις λιποῦσα.

Vs. 1730. Φεῦ τὸ χρήσιμον φρενῶν.] Ex Euripideo Trochaico dimetro Iambicum dimetrum acatalecticum nobis efficit Leid. Cod. B, exhibens: Φεῦ, φεῦ, τὸ χρήσιμον φρενῶν. Aut huius, aut a vulgata faltem diverfae lectionis praebet indicium Scholion in Auguft. Cod. fic a viro Graece perdocto defcriptum: γράφεται, φο—ὸ χρήσιμον φρενῶν εἰς πατρός γε συμφορὰς εὐκλεᾶ με θήσει. Καὶ τοῦτο ἔτι (an ἔτι?) λέγει αὐτὸ 'Αντιγόνη. Scholion dudum vulgatum hoc eft· Τινὲς καὶ τοῦτο τῆς 'Αντιγόνης λέγουσιν. Horum valde probabilis *Battierio* videbatur opinio, qui tres trochaios, Φεῦ, φεῦ, τὸ χρήσιμον φρενῶν Εἰς πατρὸς γε συμφορὰς Εὐκλεᾶ με θήσει· fic cenfebant continuandos, atque uni tribuendos Antigonae: mihi rectius Oedipo contribui videntur, qui, laudabilem filiae confortiam miratus, haec interiecerit: Φεῦ, φεῦ, τὸ χρήσιμον φρενῶν· plura dicturus in laudem virginis, ni haec intercepiffet Antigone, ad ifta mox refpondens: Εἰς πατρός γε συμφορὰς Εὐκλεᾶ με θήσει, nempe τὸ χρήσιμον φρενῶν.

Vs. 1733. Τάλαιν' ἔγωγε συγγόνου θ' ὑβρισμάτων "Ος ἐκ δόμων ἄθαπτος οἴχεται νέκυς,] Duo fenarios fic e Parifinis Codd. repraefentavit *Grotius*, quem *Pierfius* fequutus eft: in antiquis Edd. legebatur: Τάλαιν' ἐγὼ συγγόνου θ' ὑβρισμάτων. defectum fupplevit *Barnefius*, vulgando: Τάλαιν' ἐγὼ δὲ σ. inconcinnum illud hoc in verfu δὲ *Kingius* recepit, qui fuum tamen ducem *Barnefium* in fequenti verfu recte deferuit, fideliorem nactus Cod. in quo ficut in B Leid. legitimo vocabula collocabantur ordine, ἄθαπτος οἴχεται νέκυς. in Edd. reliquis inverfa, νέκυς ἄθαπτος οἴχεται· Nonnemicem hic offendit illud ἐκ δόμων· fruftra: *Euripides* Bacch. v. 1312, Νῦν δ' ἐκ δόμων ἄτιμος ἐκβεβλήσομαι. Alceft. v. 767, 'Η δ' ἐκ δόμων βέβηκεν. Flor. Codex exhibet hoc loco Phoen. ἐκ δόμους. Scribi quidem ab *Euripide* poterat: "Ος ἐκνέως ἄθαπτος οἴχεται νέκυς· *cuius cadaver in[illegible] infepultum projicitur, vel [illegible] ac lex iubet humanitatis:* ego vero vulgatam lectionem fervandam iudico.

Vs. 1734, 35. Μέλεος· ἐν, εἴ με καὶ θανεῖν πάτερ χρεὼν, Σκοτία γᾶ καλύψω.] *Gul. Canterus*, eiiciendam effe vocem γᾶ, *cum per fe fcribit, tum e Scholiafte poteft intelligi. Battierius*, „ *ego*, inquit, *[illegible]*
„ [illegible]

„ *dum*: Σκοτίας γ᾽ [illegible], *tempore* „ *noctis, si nox facta fuerit: in sacro* „ *scriptore N. T.* σκοτίας ἔτι οὔσης. „ Recte vulgata retinenda censent *Aem. Portus*, & *Barnesius*, sed hic cur σκοτίᾳ *clam* interpretaretur, causae nihil habebat: ὃν —— σκοτίᾳ γᾷ καλύψω significare videtur, *quem* —— *humo condam*, vel *tegam*, *tenebricosa*. cadaverum supra chorus meminit v. 1492, Κοινῷ θανάτῳ Σκοτίαν αἰῶνα λαχόντων. neque versus 338 Phoen. quem advocat, *Cantero* favet; ubi carceri velut inclusus domestico dicitur Oedipus αἰὲν σκοτίᾳ κρύπτεσθαι. —— Perperam in antecedente versu Leid. B praebet κατθανεῖν pro καὶ θανεῖν. Florentinus autem omittit pronomen με. εἰ καὶ *etiamsi*, θανεῖν με χρεών. in Orestis v. 307. καὶ θανεῖν etiam praeferendum Leidensium Codd. lectioni, ante *Kingianam* Ed. vulgatae κατθανεῖν.

Vs. 1737. Ἄλις ὀδυρμάτων ἐμοί.] Sic e Cantabrig. Cod. vulgavit *Barnesius*, quem sequitur *Kingius*: ante vulgabatur: Ἄλις ἔχουσα ὀδυρμάτων ἐμῶν· *Canteri* coniecturam, legentis ἔχουσ᾽ ὀδυρμ. *Battierio* probatam, *Grotius* & *Piersius* recepere, scribentes ἔχουσι ὀδυρμ. Fluxerat ἔχουσ᾽ e versu 1739. nec legitur in Codd. Leid. quorum in altero reperitur Ἄλις ὀδυρμάτων ἐμῶν· in A legitur ἐμοί, sed supra scriptum γρ. ἐμῶν, hoc invenit, ἔχουσ᾽ etiam omisso, *Eustathius*, ut *Euripidis* excitans ἄλις ὀδυρμῶν ἐμῶν, in Iliad. E, p. 421, 4. —— Ut iambicus evadat, quales vicini sunt, dimeter, scribendum:

Ἄλις γ᾽ ὀδυρμάτων ἐμοί.

in eamdem sententiam in Alcesti v. 1041. legitur: Ἄλις δὲ κλαίειν τοὐμὸν ἦν ἐμοὶ κακόν. in *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 1017. Iocaste: ἄλις νοσοῦσ᾽ ἐγώ. sic rectius legitur in Scholiis ad v. 1066, quam in Edd. ἔχω. Praecepit *Aristoteles* Ethic. Nicom. x, c. XI, εἰς τὰς ἀτυχίας, (καλεῖν τοὺς φίλους) ὀκνοῦντα. μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῶν κακῶν, ὅθεν τὸ Ἄλις ἐγὼ δυστυχῶν. quod unde petitum sit non memini: in eamdem mentem Antigone: Ἄλις γ᾽ ὀδυρμάτων ἐμοί, respondet ad ista Patris: Πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς·

Vs. 1739. Κόρον ἔχουσ᾽ ἐμῶν κακῶν.] Scribi debet: Κόρον γ᾽ ἔχουσ᾽ ἐμῶν κακῶν. ut versus sit dimeter iambicus, tribus, qui praecedunt, par Κόρον ἔχουσ᾽ est in Edd. tantum *Kingii*, petitum e Cod. Reg. Soc. quocum duo conspirant Leid. ante *Kingium* vulgarant Κόρους ἔχουσ᾽ ἐ. κ. hoc versui quidem satisfacit: sed, quod Codices praebent, vocis usus poscebat: ad syllabam fulciendam lene saepius illud est adhibendum remedium.

Vs. 1740. Ἴθ᾽ ἀλλὰ Βρόμιος ἵνα γε σηκὸς Ἄβατος ὄρεσι Μαινάδων] Ex Cod. Cantabrig. sic vulgasse puto *Barnesium* pro ἵνα τε σηκὸς —— Μαινάδος. sequutus est *Kingius*: non aliter legitur in A. Leid. alter praebet ἵνα τε σηκὸς —— Μαινάδων. Sed ἵνα γε sine controversia genuinum. In altero disputari forte potest, Μαινάδων, an Μαινάδος legendum sit. Optime *Cithaeron* ὄρος dicitur Μαινάδων. Sed, quod in Scholiis legitur, ὁ τάφος τῆς Σεμέλης, ad alteram lectionem Μαινάδος magis adpositum videtur. Semeles certe fuit in Cithaerone σηκὸς ἄβατος. *Euripides* Bacch. v. 10, Αἰνῶ δὲ Κάδμον, ἄβατον ὃς πέδον τόδε Τίθησι θυγατρὸς σηκόν. hunc locum cum nostro perite contulit Celeberr. *Petr. Burmannus* in Iove Fulgurat. c. VII, p. 273. Semele potuit Μαινάδος adpellatione designari, quippe quam *Aeschylus* in scenam introduxerit θεὸν σαν καὶ ἐνθεαζομένην, teste *Schol Apollon. Rhod.* I, v. 636. sic enim corrigen-

gendum. *Apollodor.* III, p. 143. *Διόνυσος*, inquit, *ἀναγαγὼν ἐξ ᾅδου τὴν μητέρα, καὶ προσαγορεύσας Θυώνην, μετ' αὐτῆς εἰς οὐρανὸν ἀνῆλθεν.* idem alii quoque tradiderunt: dudum ante Semelae *Pindarus Thyones* tribuit appellationem; cuius Scholiasta iuvenilem peperit errorem in Animadv. ad *Ammon.* III, fine capitis XII.

Vs. 1742. *Καδμείαν ᾧ νεβρίδα Στολιδωσαμένα*] Legebatur in Edd. *Καδμείαν ὠὴ νεβρίδα.* in Cod. Mſ. quod *Pierſii* novimus indicio, *ὧν νεβρίδα.* literam ſequentem male bis poſitam liquet e Flor. exhibente: *Καδμείαν ἰωὴν ἐβρίην·* in his forte latent ſequentia: *Καδμείαν* (*ἰὼ*) *ἣ* vel *ᾧ* (*ubi*) *νεβρίδα·* Leidenſium alter *ὠὴ* praebet; alter *ὦ*. *Canteri* lectionem, e Scholiis petitam, *ᾧ* corrigentis, firmatam Mſto, quem *ſanctiſſimum* vocat, *Barneſius* recepit in contextum; ſequitur illum *Kingius*; neuter voculae ſignificatum attendit, interpretantes: *In quo templo.* Legerant tamen in Scholiis: *τούτῳ κελεύεις με χορεῦσαι, ᾧ ποτε ἀνεχόρευσα ἐγὼ Καδμείαν νεβρίδα λυσαμένη·* ſcribendum *ἐνδυσαμένη.* praeterea poſitum *ᾧ*, *ἀντὶ τοῦ οὗ χάριν·* *cuius gratia*, *cuius in honorem*, vel *cui:* hoc ſenſu praeſertim pronomina frequentantur, *ἐμοὶ*, *σοὶ*, &c. vid. *Henr. Stephan.* App. de D. A. p. 172, 173. *Sophocles* Aj. v. 1064, *Μενέλαος, ᾧ δὴ τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν.* quod non tantum ſignificat, *δι' ὅντινα*, *propter quem*, ſed & *cuius gratificandi cauſa:* Elec. v. 513, *ἧς ὁ πλοῦς ὅδ' ἦν χάριν.* ubi Grammatici potius probarent *ὧν* —— *χάριν·* *Ammonius:* *Ἕνεκα Ἑλένης ἐστράτευσε Μενέλαος·* verum *χάριν Μενελάου ἐστράτευσεν Ἀχιλλεὺς, τουτέστι Μενελάῳ χαριζόμενος·* *Μενέλεῳ χάριν φέρων* legitur in *Eurip.* Iphig. Taur. v. 14. Optime meo iudicio *Gavellus* in *Luciani* Tragodop. v. 75. corrigebat, *Τίνι δαιμόνων ἄγουσι κωμαστὴν χορόν*, & in Anacreonteo carmine *τοῖς Θεοῖσι πιεῖν.* Miſcell. Obſ. vol. X, p. 422. *Aelius Dionyſius*, *Ἀγαθὸς*, inquit, *δαίμων, ᾧ μετὰ ἄρσιν τραπεζῶν ἔπινον·* apud *Euſtath.* in Odyſſ. Γ, p. 132, 49. —— Qui ſequitur in Phoen. verſum *Kingio* debemus anapaeſticum: *Στολιδωσαμένα ποτ' ἐγὼ Σεμέλας.* nomen enim ante *Semelae* velut ſequentis verſus legebatur initium.

Vs. 1745. *Χάριν ἀχάριστον εἰς θεοὺς διδοῦσα;*] *Battierio* morem geſſi, ſignumque his interrogandi ſubieci. Solius in Editione *Grotii* *Χάριν ἄχαριν*; & in antecedente verſu legebatur, *ὄρεσ' ἀνεχόρευσα·* utrumque petitum e ſcripto Codice, nam Leidenſis etiam exhibet n. *χάριν ἀχάριστον* neſcio quis alius dixerit: *χάριν ἄχαριν* aliquoties uſurpat *Aeſchylus* Prom. v. 547. Agam. v. 1553. Choëph. v. 40. *Euripides* Iphig. Taur. v. 566, *Κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.* genus illud loquendi, Graecis, Latinis, Orientalibus etiam uſitatiſſimum, ſaepe fuit & a variis illuſtratum.

Vs. 1746, 47. [*Ὦ πάτρας κλεινοὶ πολῖται, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε, Ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ἔγνω, καὶ μέγιστος ἦν ἀνήρ.*] Hi tandem duo Trochaici *Sophoclei* quatuor *Euripideis* mea quidem opinione ſunt ab interpolatore paucis immutatis praefixi. Primum legi velim in Vs. 1628. notata; tum Sophoclea diligentius conſiderari, quae ſub finem leguntur Oedipodis Tyr. tanquam a choro pronunciata: illic recte poſita, hinc, ut opinor, alieniſſima videbuntur attendenti. *Sophoclis* verba ſunt: *Ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε / Ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ᾔδει, καὶ κράτιστος ἦν ἀνὴρ /* his ſubiunguntur iſta v. 1426, *Εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν*; opti-

mo nexu: *videte, cives Thebani, quantas in calamitates inciderit Oedipus hicce*, propter partum decus adeo nobilitatus, atque in altum ſublatus. Sed noſtro loco nexum habent iſta cum ſequentibus nullum: λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε, —— Νῦν ἄτιμος —— ἐξελαύνομαι χθονός. *videte, cives Thebani, hicce Oedipus eſt qui ſolvit aenigmata —— Nunc indigne hac regione expellor.* Haec ſola ratio ſufficit: accedit tamen ad illam altera; nihil ſcilicet *Sophocleo* verſu, Ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ᾔδει, καὶ κράτιστος ἦν ἀνήρ, nihil, inquam iſto verſu contineri, quod non complectatur Euripidei, ſine copula ſubiecti, ſententia: Σφιγγὸς ὃς μόνος κατέσχον τῆς μιαιφόνου κράτη. Quanto iam vero videtur ſimilius, ad huius loci marginem *Sophoclea* prius adnotaſſe quempiam, quae parumper mutata deinceps quis in contextum receperit; hoc quanto probabilius, quam inutile furtum hic *Euripidi* tribuere? qui ſupra v. 1682. iam dixerat; Ὁ δ' Οἰδίπους πού καὶ τὰ κλείν' αἰνίγματα; quique fecerat Oepidum dicentem v. 1719. Οὐ' εἰμὶ, μοῦσαν ὃς ἐπὶ Καλλίνικον, οὐράνιόν τ' ἔβαν Παρθένου κόρας Αἴνιγμ' ἀσύνετον εὑρών. Praeterea mutationes ipſae ſapiunt interpolatoris ingenium: *Sophoclea* ſunt: Ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι· haec ſunt interpolatoris: Ὦ πάτρας κλεινοὶ πολῖται· Qui ſequenti verſu *Sophoclis* ᾔδει & κράτιστος tantum ſuppoſuit ἔγνω & μέγιστος· legerat ſcilicet ἔγνω Phoen. v. 1511. ſed, Sophocleis nimis preſſe inſiſtens veſtigiis, ſeſe prodidit interpolator: *Sophocles:* Οἰδίπους, —— ὃς ᾔδη —— ἐλήλυθεν· Noſter ille: Οἰδίπους —— ὃς ἔγνω, —— ἐξελαύνομαι, ſi ſaltem poſuiſſet ἔγνων. & in altero verſu πάτρας κλεινῆς πολῖται. Verum hoc, quando reperitur in Cod. Leid. A, videtur ab horum quoque parente profectum. Ἀθῆναι, Θῆβαι, paſſim dicuntur κλειναὶ, ſaepiusque legerat & in Euripideis ille notum illud celebrium civitatum epitheton. Quis rem tantillam ignorantem *Scaligerum* crederet κενὸν βάθρον repoſitum in *Euripidis* voluiſſe Iphig. Aul. v. 1263, ubi vulgatur: Τροίας ἐξελεῖν καινὸν βάθρον· & ſine controverſia corrigi debet κλεινὸν βάθρον· ſicuti κλεινὴ Μίλητος, pro καινὴ, in *Archeſtrati* id ipſum frequentantis, verſu apud *Athen.* VII, p. 319. E. τὸ κλεινὸν Ἴλιον, Ἰλίου, nec non Δαρδάνου κλεινὴν πόλιν, dixit *Euripides* Troad. v. 25. Helena v. 104. Elec. v. 5.

Vs. 1748 —— 1751. Τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν.] Egregiam ſane ſententiam Trochaici quatuor abſolvunt, quam duo praefixi vitiabant. Hos neminem fore ſpero qui eo voluerit tanquam Euripideos tueri, quod illorum etiam ultimo ſimillima legantur in *Sophoclis* Philoctete ſuperſtite v. 1310, Ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν Τύχας δοθείσας ἔστ' ἀναγκαῖον φέρειν. haec Sophoclea cum Euripideis noſtris, elegantiſſime redditis Latine, comparavit *Conr. Rittershuſius* in Epilogum L. II. Fab. *Phaedri.* Similes multae poſſent congeri ſententiae, quae nihil tamen ad priora labefactanda conducerent. In his ipſis quanta, quaeſo, diſſimilitudo? Nihil in v. 1751, nonnihil fuit in reliquis novatum: Vs. 1750, ſyllaba deficiebat olim: Ἀτὰρ τί ταῦτα θρηνῶ, καὶ μάτην ὀδύρομαι, *Gul. Canterus* Ἀλλὰ γὰρ τί repenendum coniectabat; ſic *Grotius* vulgavit tum in Edit. Phoen. tum in Excerptis, Codicem ſequutus ſcriptum, ut ex eius notis liquet in Excerpta: Leidenſis uterque praefert id ipſum, quod etiam in Cantabrig. legi ut crederemus, plurimos hic excitat in re minima teſtes non neceſſarios *Barneſius:* hunc tamen laudo, quod

quod lectionem fluxisse deteriorem viderit e v. 385, quem ob sententiae similitudinem in ora notarant. —— Vs. 1748. vulgabatur olim: Ὃς μόνος Σφιγγὸς κατέσχον· optime *Barnes.* & & *King.* Σφιγγὸς ὃς μένος κατέσχον τῆς μιαιφόνου κράτη· Quod sequitur: Νῦν ἄτιμος, αὐτὸς, οἰκτρὸς, ἐξελαύνομαι χθονός· sic scriptum erat in utroque Cod. Leid. atque ita repererat in Cantabrig. *Barnesius*: hic quoque versus perperam olim legebatur in Edd. Νῦν δ' ἄτιμος, οἰκτρὸς, οἰκτρὸς ἐξελαύνομαι χθονός· a prioribus hic quoque distabat Editio *Grotii*, vulgantis: Νῦν ἄτιμος, οἰκτρὸς, αὐτῆς ἐξελαύνομαι χθονός· *Grotium* sequitur *Piersius.* In lectione, quam Codicibus firmatam recepi cum *Barnesio Kingio*que, dubites quo sensu sit αὐτὸς capiendum: mihi *solum* significare videbatur supra ad V. 1235. Regem enim exulem praeter Antigonen nemo comitari dignabatur. Polynices v. 630, γαῖαν καὶ θεοὺς, inquit, μαρτύρομαι, Ὡς ἄτιμος, οἰκτρὰ πάσχων, ἐξελαύνομαι χθονός· eorum vice legitur hic αὐτὸς, οἰκτρός· Literam forte quis tollendam suspicetur legendumque: Νῦν ἄτιμος, αὖος, οἰκτρὸς, ἐξελαύνομαι χθονός. sive *senem*, seu *bonis destitutum* interpretari placeret, neutrum hinc alienum videretur: sed vocem Comici potius frequentarunt quam Tragici; nec in αὐτὸς quidquam desidero.

Vs. 1752. Ὦ μέγα σεμνὰ Νίκα, τὸν ἐμὸν Βίοτον κατέχοις, Καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.] Adhibuit ista *Lucianus* in Piscatore §. 39. Utrum hic quoque fuerint ad *Euripide* collocata, an ab alio huc ex Orestis fine translata, mihi quidem non constat: claudunt eadem Iphigeniam in Tauris. *Scholiastes* ad finem Orestis, τοῦτο, inquit, διὰ τοῦ χοροῦ, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ ποιητοῦ ἐστιν, ὡς νικήσαντος ἐπὶ τοῦ δράματος. hoc quidem vereor ut Phoenissis possit adplicari, quae cum primum fuerant commissae, victus ab *Euphorione* discessit & *Sophocle* Noster, cuius, victoriam desiderantis, voto rarissime responderunt iudices Attici: hoc etiam adhibuisse potuerat *Oenomaus* ad irridendum Oraculum *Euripidis* patri Mnesarcho divinitus datum: Ἔσται σοι κοῦρος —— ὃς —— στεφέων ἱερῶν γλυκερὴν χάριν ἀμφιβαλεῖται. quod ex *Oenomao* servavit *Euseb.* Praep. Evang. v, p. 227. D. quodque non minus ac reliqua liberrimi oris Philosopho sibi sumit exagitandum. Sed *Euripides* etiam posterorum aequiora fuit quam suae aetatis hominum expertus iudicia.

F I N I S.

ALEXANDER AETOLVS

hos de Euripide versus composuit:

Ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος χαιοῦ στρυφνὸς μὲν
ἐμοί γε προσειπεῖν,
Καὶ μισογέλως, καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον με-
μαθηκὼς,
Ἀλλ' ὅ, τι γράψαι, τοῦτ' ἂν μέλιτος καὶ
Σειρήνων ἐτετεύχει.

GELLIVS N. A. XV. C. XX.

Quae feruntur in Edd. in tres versus anapaesticos coëgi, duabus vocibus auctoritate Franeq. Codicis Ms. praetermissis. Praeterea syllabam abstuli; voce ἀρχαίου in minus notam χαιοῦ commutata. Nobili genere satus & dives erat Anaxagoras.

SCHO-

SCHOLIA
VETERVM GRAMMATICORVM
IN
EVRIPIDIS PHOENISSAS

Ex Codd. MStis, praesertim Augustano, supplevit, emendavit, nunc primum editis locupletavit plus quam ducentis, notisque instruxit

L. C. VALCKENAER.

LECTORIS.

A Scholiis olim editis distinxi signis diversis tum quae Barnesius & Kingius e Codicibus scriptis protulerunt, tum a me nunc primum e Leidensi Codice, sed praesertim ex Augustano, vulgata: distinguuntur autem huiusmodi signis:

† *Scholia e Codice Baroc. 74 a Kingio repetita.* †

‡ *Scholia Codicis* c. c. c. *sive Collegii Corporis Christi Cantabrig. partim a Barnesio, partim a Piersio, a Kingio pleraque vulgata.* ‡

* *Scholia quaedam e Codice Vossiano Leid. a me transscripta.* *

" *Scholia ex Augustano Codice pervetusto nunc primum evulgata: singulis li-*
" *neis horum Scholiorum haec signa praefiguntur.* "

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ

ΤΩΝ ΠΑΝΥ ΔΟΚΙΜΩΝ

ΕΙΣ ΤΑΣ

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΦΟΙΝΙΣΣΑΣ.

1 Ὦ τὴν ἐν ἄστροις] Ταῦτα πάντα πρὸς τὸν Ἥλιον ἀποτείνει Ἰοκάστη, δυσχεραίνουσα διὰ τὰ συμβάντα.

Ὦ τὴν ἐν ἄστροις] Ἔθος ἔχουσιν οἱ Τραγικοὶ παρέχειν τοὺς ἥρωας θεοῖς τὰς συμφορὰς ἀπολοφυρομένους, ὡς καὶ ἐν Μηδείᾳ,

Ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε, γῇ τε κοὐρανῷ
Λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, [1] Μηδείας τύχας.

Ἄλλως. Παλαιά τις φέρεται δόξα, ὡς Σοφοκλῆς μὲν ἐπιτιμήσειεν Εὐριπίδῃ, ὅτι μὴ προέταξε τούτους τοὺς δύο στίχους, ὁ δὲ Εὐριπίδης, ὅτι μὴ προσέταξεν ἐν Ἠλέκτρᾳ ὁ Σοφοκλῆς,

Ὦ τοῦ στρατηγήσαντος [2] ἐν Τροίᾳ ποτέ

Ὦ τὴν ἐν ἄστροις. Ὦ διοδεύων τοῦ οὐρανοῦ τὴν ὁδὸν τὴν παρὰ τοῖς ἄστροις, ὅ ἐστι τὴν παρὰ τοῖς οἴκοις τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου. ὅτι γὰρ Ἄστρα φησὶ τοὺς οἴκους τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, [3] Ἄρατος εἴρηκεν, —— αὐ-

1 Μηδείας τύχας] Ex edita Medea v. 58, reposuit *Barnesius* pro δεσπότῃ. Augustanus Codex, qui Scholia complectitur in Phoenissas, praebet δεσποίνης τύχας· hoc a *Scholiaste* scriptum videtur, alterum ab *Euripide*: *Medeae miserias* invenerat *Ennius*. Μολούσαν legit in hoc versu Conditor dramatis Χριστοῦ πάσχοντος v. 57. *Philemonem* μολούσῃ legisse liquet ex *Athen.* VII, p. 288. D.

2 Ἐν Τροίᾳ] *Kingius* posuit pro Ἠλέκτρα, seu e Cod. Mſ. sive e primo versu *Sophoclis* Electrae petitum. Aug. Cod. ἠλέκτρα· quae praecedunt, sic scripta praeferens: ὅτι μὴ προσέταξεν Εὐριπίδης τοὺς δύο τούτους στίχους. ὁ Εὐριπίδης, ὅτι μὴ προσέταξεν ἠλέκτραν ὁ Σοφοκλῆς. Vulgatis, si μὴ abiiciatur, sensus inerit commodus.

3 Ἄρατος εἴρηκεν] Phaenom. v. 543, 544. Versuum alterum, qui mendose scriptus ferebatur in Schol. *Barnes.* emendavit ex Edd. *Arati*; monuit in altero legi non οἴκους, sed ἄστρα· Georg. autem *Arnaldus* Lect. Gr. p. 163, genuinam *Arati* scriptionem, ὅσῳ περιτέμνεται οἴκους, contendit in Scholiis nostris conservatam: ἄστρα, quod

—— αὐτὰρ ἑκάστη
Ἴση μετρηθεῖσα δίω περιτέμνεται ἄστρα·
Ζωΐδιον δέ ἑ κύκλον ἐπίκλησιν καλέουσι

„ Ἄλλως. Ἐπειδὴ κυκλοτερής ὁ οὐρανός. ἢ ἐπεὶ ἑλικοειδὴς ὁ ζωδιακὸς κύκλος,
„ καθ' ὃ φέρεται ὁ ἥλιος. "

3 Θοαῖς ἵπποισι] Λείπει ἡ σὺν ἵν' ᾖ, σὺν θοαῖς ἵπποισι. καὶ Ὅμηρος,
Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' ——
καὶ ἐν Βάκχαις
Αὐτῇσιν ἐλάταις.
καὶ ἐν Ἱππολύτῳ.
Αὐτῇσιν δεσμοῖσιν ἁρμόσας πόδα. καὶ ἔστιν Ἀττικὴ ἡ συνήθεια. ἔδει δὲ ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου ἀρσενικῶς αὐτοὺς ὀνομάσαι. τέσσαρες δὲ εἰσί, [5] Χρόνος. Αἴθων. Ἀστραπή, Βροντή, [ἄλλοι δέ φασιν, ὡς δύο Λάμπων καὶ Φαέθων.] ἔθος δὲ τοῖς ποιηταῖς θηλυκῶς λέγειν τὰς ἵππους, [6] Σώφρονι, τὰν ἵππον. καὶ ἐν Ἱππολύτῳ,
Αἳ ἐνδακοῦσαι στόμια.
καὶ παρ' Ὁμήρῳ.
Αἳ Φηρητιάδαο ποδώκεες ἔκφερον ἵπποι.

4 Ὡς δυστυχῆ καὶ ἀσεβῆ. Φησί. τὴν αἰτίαν τοῦ Ἡλίου δυστυχῆ καλῶν. πῶς δὲ ἀσεβῆ, ὁπότε καὶ Ἡσίοδος τινὰς τῶν ἡμερῶν ἀποφαίνει πονηράς;

Ἄλλως. Οἱ κακοδαιμονοῦντες, καὶ τὰς ἄλλων εὐδαιμονίας ἀτυχίας νομίζουσι, τῇ παρούσῃ δυσποτμίᾳ μετρούμενοι.

Ὡς

quod exhibent Edd. *Arati*, hic autem Cod Aug. sine dubitatione restitui, tanquam profectum a Scholiaste. conf. *Eustathius* in Il. Δ, p. 339, 52. *Aratea* sic erant in Aug. Cod: scripta: αὐτὰρ ἑκάστη ἴση μ. —— περιτέμνεται ἄστρα. ζωδίου δὲ ἑ κύκλον ἐπίκλησιν καλέουσιν· his proxima subiiciebantur ex isto Cod. nunc vulgata. Quae praecedunt *Arati* nomen, ὅτι γὰρ Ἄστρα φ. τ. ο. π. ζ. κ. in Edit. *Barnesii Kingiique* male fuerant omissa.

4 Ἐν Βάκχαις] In Bacchis frequens quidem *abietum* mentio; sed haec verba, Αὐτῇσιν ἐλάταις, non invenientur, olim fortasse lecta v. 741, κορυφὰς δὲ Αὐτῇσιν ἐλάταις ἀναπεφυρμένας αἵματι quae non postponerem vulgatis, Ἐπαζ' ὑπ' ἐλάταις. Versus ex Hippolyto citatus est 1189, in quo positum ἁρμόσας pro ἁρμόσαι, ad mentem viri D. Miscell. Obs. 1, p. 419. *Homerica* sunt in Il. Θ, 24.

5 Χρόνος, Αἴθων,] Nomen esset Αἴθω femininum: erant autem solis equorum duo mares. Αἴθων corrigit *Ez. Spanhemius* in *Callim.* h. in Del. v. 169. & in Cer. v. 67. *Aethon*, an *Aethops* dicatur, perparum refert: scripsisse Grammaticum arbitror non χρόνος, sed Ἠῷος, Αἴθοψ, Ἀστραπή, Βροντή. *Hyginus* Fab. CLXXXIII, *Eos —— Aethops —— funales sunt mares: feminae iugariae, Bronte, —— Sterope:* quae sequuntur apud *Hyginum*, *Item quos Homerus tradit, Abrax, Asto Therbeeo*, sic videntur integranda: *item quos Euhemerus tradit, Labrax, Aethon, Therme, Eoe*. unum e maribus Αἴθοπα dixerat *Euripides*. Quae parenthesi leguntur hic interserta, *Kingio* debentur, e Codice forsan Cantabrig. descripta.

6 Σώφρονι] *Sophronis* hic nomen latere primus indicavit *Thom. Stanlejus* in *Aeschyli* Choëph. v. 294. Eodem modo ut hic olim erat obscuratum, *Moncejhonium* decepit in Diar. Ital. p. 214. citabatur testis

Ὡς δυστυχῆ] [7] Καὶ μὴν τότε εὐδαίμονες ἦσαν αἱ Θῆβαι, διά τε τὸν Ἁρμονιακὸν γάμον, ἐν ᾧ οἱ θεοὶ εἱστιάθησαν, καὶ τὴν Διονύσου καὶ Ἡρακλέους γένεσιν· νοσεῖν δὲ ἤρξατο, ἐξ οὗ ἐπεκινώθη Λάϊος βίᾳ θεῶν. τὰ τοιαῦτα δ' οὐ πρὸς τὸ ἀληθὲς, ἀλλ' ὡς οἱ λέγοντες πάθους ἔχουσιν. Εὐεπίφορος δὲ ὁ Εὐριπίδης πρὸς ἕτερα πρόσωπα περιτρέπειν τὴν τῶν δυστυχημάτων αἰτίαν ἀναφέρειν. καὶ [8] ἐν Τρῳάσιν ἡ Ἑλένη φησὶν,

Πρῶτον μὲν ἀρχὰς ἔτεκεν ἥδε τῶν κακῶν,
Πάριν τεκοῦσα. —— καὶ ἐν Ὀρέστῃ,
Σύ τοι, φυτεύσας θυγατέρ', ὦ γέρον, κακὴν,
Ἀπώλεσάς με. ——

κέχρηται τούτῳ τῷ εἴδει καὶ Ὅμηρος,

Ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας εἴσας,
Ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο.

καὶ Εὔμαιος συμπαθῶς ἔχων πρὸς τὴν Ὀδυσσεία φησὶν,

—— ὡς ὤφελλ' Ἑλένης ἀπὸ φῦλον ὀλέσθαι.

καὶ τοι τῶν ἀδελφῶν αὐτῆς τῶν Διοσκούρων ἤδη θεῶν ὄντων, καὶ πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπαρκούντων. Ἔτι δέ τινες ἐγκαλοῦσι τῷ Εὐριπίδῃ, ὡς οὐκ ἀκολούθως γενεαλογήσαντι· εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐβούλετο τὰ πράγματα λέγειν, ἐχρῆν τὴν ἐκ Φοινίκης [9] αἰτίαν τοῦ Κάδμου κατὰ λεπτὸν μετὰ τῆς αἰτίας διηγήσασθαι· εἰ δὲ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἀρχῆς, ἔδει ἀπὸ τῶν Λαΐου δυστυχημάτων ἄρξασθαι πρὸς τὴν ῥῆσιν, ὅτι, εἰ μὲν ἄνωθεν ἤρξατο, μακρὸς ἂν ἦν ὁ λόγος· ἄλλως τε οὐκ ἔπρεπε Θηβαίαν γυναῖκα ἀκριβοῦς τὰ ἐν Φοινίκῃ ἐπίστασθαι· εἰ δὲ ἀπὸ τῶν Λαΐου δυστυχημάτων, πολλὰς ἂν τῶν περὶ τὰς Θήβας συμφορῶν παρέλει-

stis in Scholio ad *Gregor. Nazianz.* ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος Ἀπολλόδωρος, non *Apollodorus de Sapiente*, ut ille interpretabatur, sed *Apollodorus commentario in Sophronis mimos*: conf. *Athenaeus* III, p. 89, A. VII, p. 281. E. *Etymologus*, p. 72, 50. *Athenaei*, ni fallor, Epitome fraudi fuit *Eustathio* in Il. Σ, p. 1226, 37. tribuenti, quae *Sophronis* erant, *Apollodoro*. *Montefalconius* rem bene gessit in simillimo Scholio, quod in Bibl. [illegible] posuit Coislin. p. 121. ubi *Sophron* quoque commemoratur. In Bibl. [illegible] citato pro Οἰωνοῦ portentoso [illegible] reponendum Ἰσμηνοῦ monuit me aliquando vir Summus *T. H.* —— Ceterum hoc Scholio nostro in Phoen. *Spanhemius* utitur in *Callim.* h. Dian. v. 102. —— *Homeri* versus citatur Il. Ψ, 376. *Euripidis* ex Hippol. v. 1 23. [illegible] sic recte [illegible] vocem ultimam exhibet Cod. Reg. Parisin. hinc στόμια pro στόμα repositum.

7 Καὶ μὴν τότε] In Aug. Cod. haec ita iunguntur praecedentibus: Οἱ κακοδαιμονοῦντες καὶ τὰς πρώην εὐτυχίας ἀτυχίας (ut in Edd. εὐδαιμονίας, ἀτυχίας· sic infra in Phoen. v. 1600, οἱ βαρυνόμενοι συμφοραῖς —— καὶ τὰς προκειμένας εὐδαιμονίας δυστυχίας ἀποκαλοῦσι.) νομίζουσι, τῇ παρούσῃ δυσποτμίᾳ βαρυνόμενοι· καὶ μὴν τότε εὐδαίμονες ἦσαν, διά τε τὸν Ἁρμονίας γάμον, ἐν ᾧ θεοὶ ἡστιάθησαν· sequuntur reliqua usque ad πάθος ἔχουσιν. in Edd. tum subiecta, ab Εὐεπίφορος —— usque ad vocem δακρύων, aberant ab Aug. Ms.

8 Ἐν Τρῳάσιν] Vs. 919. Qui sequitur ex Oreste locus, legitur v. 584. *Homerica*, hic & alibi saepius a *Barnesio* designata, sunt in Il. E, 62, 63. Od. Ξ, 68. horum alterum ex Edd. supplevit *Barnes*.

9 Αἰτίαν] Corrige, sodes, ἀποικίαν τοῦ Κάδμου.

λιπεν. Ἀκταίωνα μὲν γὰρ αἱ οἰκεῖαι κύνες διεσπάσαντο, Πενθέα τε τὸν υἱὸν [10] Ἀγαυῆς, Σεμέλην τε ἐκεραύνωσεν ὁ Ζεύς· καὶ τὸν Ἰνοῦς υἱὸν Λέαρχον μὲν μανεὶς ὁ πατὴρ Ἀθάμας ἀπέκτεινε· Μελικέρτης δέ, μετὰ τῆς μητρός, ἔπεσεν εἰς τὴν θάλασσαν· οἱ Νιόβης τε παῖδες ἐτοξεύθησαν, καὶ αὕτη λίθος ὁρᾶται δακρύων.

† Ὡς δυστυχῆ] Δυστυχῆ ἀκλινῆ λέγει, οὐ δι' ἑαυτήν, ἀλλὰ διότι ἐν αὐτῇ ἐγένετο ἡ ἀρχὴ καὶ αἰτία τῆς δυστυχίας αὐτῶν. †

5 Κάδμος ἡνίκ' ἦλθε] Λιβύης, τῆς Ἐπάφου καὶ Ποσειδῶνος, Ἀγήνωρ, καὶ Βῆλος· Ἀγήνορος δὲ καὶ [11] Ἀντιόπης τῆς Βήλου, Κάδμος, Κίλιξ, Φοῖνιξ, ἀφ' οὗ οἱ Φοίνικες. Φοίνικος καὶ Τηλέφης τῆς Ἐπιμεδούσης, Πείρως, Ἀστυπάλη, Εὐρώπεια, Φοινίκη· ἔνιοι δὲ ἀντὶ τῆς Ἁρμονίας Ἠλέκτραν γῆμαι αὐτὸν φασί.

† Κάδμος] Ἀγήνορος θυγάτηρ Εὐρώπη, ἣν λαβὼν Ζεὺς εἰς Κρήτην ἀγνοίᾳ τοῦ πατρὸς ἤγαγεν· ὁ δὲ περιήρχετο ζητῶν· καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, Κάδμον, Θάσον, Κίλικα, καὶ Φοίνικα ἀπέστειλε ψηλαφήσοντας μαθεῖν. Κάδμος οὖν τὸν χρησμὸν λαβὼν εἰς τὸ Ἀπόλλωνος ἱερόν, ἐπάχθη δάμαλιν λαβεῖν, καὶ ἀπερχόμενον ἐλαύνειν ἔμπροσθεν, καὶ, ὅπου κλιθεῖσα ἡ δάμαλις πέσῃ, κτίσαι πόλιν. κτίζει οὖν Θήβας. καὶ τὸν δράκοντα ἀναιρεῖ, σπείρας τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, ἐξ ὧν ἀνεφύησαν οἱ γίγαντες †

6 Φοίνισσαν ἐναλίαν χθόνα] Εἰ μὲν ἐπὶ πάσης τῆς Φοινίκης ἀκουστέον, ἀντὶ τοῦ παραλίαν· εἰ δ' ἐπὶ μιᾶς πόλεως, ἐκδεκτέον τὴν Τύρον. νησιάζεται γάρ, ὡς καὶ ἑξῆς φησι,

Τύριον οἶδμα λιποῦσ', ἔβαν
Ἀκροθίνια Λοξίᾳ
Φοινίσσας ἀπὸ νάσου·

ὅτι ἐστὶ τῆς Φοινίκης νῆσος Τύρος. καὶ

Κάδμος ἔμολε τάνδε γᾶν
Τύριος ——

Ἄλλως. Τὴν Τύρον. νησιάζεται γὰρ [12] [ἡ Φοινίκη.] Προληπτικῶς δὲ ὁ λόγος· οὐδέπω

10 Ἀγαυῆς] Sequentis vocis prima litera huic perperam adhaesit scribendum, Ἀγαυή· Πενθέα τε τὸν υἱὸν Ἀγαυὴ, nempe διεσπάσατο.

11 Ἀντιόπης τῆς Βήλου] Corrigendum arbitror Ἀργιόπης τῆς Νείλου. *Antiope* & *Argiope* non sunt in hac genealogia diversarum mulierum nomina, quod suspicabatur *Thom. Galeus* ad init. libri III, Biblioth. *Apollod.* sed Ἀντιόπη librariis debetur; germanum nomen est Ἀργιόπη. *Pherecydes* apud *Schol. Apollon. Rhod.* III, 1185. Ἀγήνωρ γαμεῖ Δαμνὼ τὴν Βήλου· ——— ἔπειτα ἴσχει (corrigo: ἔπειτα γαμίσκει) Ἀγήνωρ Ἀργιόπην τὴν Νείλου τοῦ ποταμοῦ. ter *Hygino* memoratur *Argiope*, *Muncker* ad cap. VI, Scholii nostri partem hanc excitat & *Schol. Apollon.* —— Quae sequuntur in hoc Scholio, fortasse *Pherecydea*, Φοίνικος καὶ Τηλέφης &c. emendata dedit *Barnesius*; ante vulgabatur Φοινίκης καὶ Τηλέφου Ms. Aug. e quo pauca quaedam hic inserui, dabat etiam Τηλέφης· pro Πείρως autem Πείρως. ——— Sequens Scholion, me tacente, facile liquet recentius esse nec magni pretii; qualia sunt omnia a *Kingio* vulgata e Codice Barocc. horum nullum, sed vetera duntaxat Codex repraesentabat Aug.

12 [ἡ Φοινίκη.] *Delendum* ἡ Φοινίκη *hominis indocti adsumentum*, inquit Celeberr. *T. H.* in *Luciani* lud. Voc. p. 87. Docti Grammatici nota, Τὴν Τύρον· νησιάζεται γάρ· ab eo, qui Scholia collegit, poterat omit-

του γὰρ ἐκαλεῖτο Φοινίκη· ἐν γοῦν τῷ Φρίξῳ φησὶν, [13] ἦσαν γὰρ Ἀγήνορος παῖδες

Κίλιξ, ἀφ' οὗ καὶ Κιλικία κικλήσκεται.
Φοῖνιξ, ὅθεν περ τοὔνομ' ἡ χώρα φέρει,
Καὶ Θάσος. ——

τοῦτον οἱ ποιηταὶ Πίνακον καλοῦσι, Πολύδωρον δὲ, διὰ τὸ πολλὰ δῶρα εἰληφέναι τὴν μητέρα αὐτοῦ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ. γενεαλογήσας δὲ ἕως Λαΐου, ἀνατρέχει [14] πρὸς Κρέοντα καὶ Ἰοκάστην.

7 Παῖδα γήμας Κύπελλος] [15] Δέρκυλλος, Θηβαίου τινὸς, Δράκοντος τοὔνομα, βασιλέως δὲ Θηβαίων, θυγατέρα τὴν Ἁρμονίαν εἶναι φησὶν, ὃν φονεύσας Κάδμος ἐγή-

omitti; recentior enim, cuius verba praecesserunt, suis eadem iam inseruerat: utrobique tamen haec etiam exhibet Aug. Cod. posteriori quidem loco sic posita: τὴν τύ(ρ)ον γὰρ νησιάζεται ἡ Φοινίκη.

13 Ἦσαν γὰρ Ἀγήνορος παῖδες] Hunc in modum ista scripta leguntur in Aug. Cod. ἦσαν γὰρ Ἀγήνορος κοῦροι Κίλιξ, ἀφ' οὗ καὶ (pro ἡ restitui) Κ. κ. Φ. ο. π. τοὔνομα ἡ χώρα φέρει, καὶ Θάσσος. Πολύδωρον τοῦτον ὁ ποιητὴς Πίνακον καλεῖ. Postremum illud nomen depravatum videtur. In Addendis ad fragmenta Dramatum deperditorum *Euripidis* hos e vulgatis hiantes nobis senarios fabricatur *Barnes.* p. 522. Ἦσαν γὰρ οἱ μὲν παῖδες οἱ Ἀγήνορος / Κίλιξ, ἀφ' οὗ ἡ Κιλικία κικλήσκεται· / Φοῖνιξ, ὅθεν περ &c: verba videntur Scholiastae: ἦσαν γὰρ Ἀγήνορος παῖδες. haec forte fuerunt *Euripidea*:

. . . . . . Ἀγήνορος κόροι,
Κίλιξ, ἀφ' οὗ καὶ Κιλικία κικλήσκεται,
Φοῖνιξ θ', ὅθεν περ τοὔνομ' ἡ χώρα φέρει,
Καὶ Θάσος. ——

ni fallor, e Phryxi Prologo repetita; quod de Cadmo legitur apud *Plutarch* de Exilio p. 607. B. Φοῖνιξ πεφυκὼς, ἐκ δ' ὁρίζεται γένος· ad eumdem fortasse dramatis Euripidei prologum pertinuit; sed ultimam senarii vocem γένος in χθονὸς libenter mutaverim.

14 Πρὸς Κρέοντα] Deerat in Edd. praepositio: πρὸς intersertum a *Barnesio*; quidni scriberetur ἐκτρέχει εἰς Κρέοντα καὶ Ἰοκάστην. Ceterum haec adnotatio postrema versum spectat decimum: ex Aug. Cod. haec erant enotata: Ἐγὼ δὲ παῖς] Γενεαλογήσασα ἕως Λαΐου ἀνατρέχει εἰς τοὺς . . . καὶ Ἰοκάστης. his in Ms. proxima sequebantur, quae ad suum locum v. 12, retuli. Non erat hic in Aug. Cod. lacuna; sed qui Codicem adhibuit literarum obscuros quosdam ductus posuerat, sic forsan implendos, ut legatur, εἰς τοὺς γονεῖς Κρέοντος καὶ Ἰοκάστης· nisi quis malit, εἰς τοὺς περὶ Κρέοντα καὶ Ἰοκάστην. ——— Quae praecedunt, Τοῦτον οἱ Ποιηταὶ &c. pertinent ad *Polydori* nomen v. 8.

15 Δέρκυλλος ——— φησί] Aug. Ms. Δέρκυλος δὲ Θηβαίου τινὸς Δράκοντος Ἄρεως Θηβαίου φησὶν εἶναι τὴν Ἁρμονίαν θυγατέρα. hinc nomen saltem Ἄρεως lucramur, cuius *Thebanus* ille *Draco* fuerit filius. *Palaephatus* π. Ἀ. c. VI, ἦν βασιλεὺς τῶν Θηβῶν Δράκων, Ἄρεως παῖς, ὃν ὁ Κάδμος ἀποκτείνας ἐβασίλευσεν. Scripserat forte vetus enarrator: Δέρκυλλος μὲν, Θηβαίου τινὸς, Δράκοντος τοὔνομα, Ἄρεως υἱοῦ, βασιλέως δὲ Θηβαίων, φησὶν εἶναι τὴν Ἁρμονίαν θυγατέρα. Scholiastae verbis usus est *Munckerus* in *Antonin Liberal.* c. 11, ad *Micylli* confutandum errorem, *Dercylum* in Serpentis proprium nomen transformantis. Historico veterrimo nomen fuit Δέρκυλλος sive Δερκύλος· (sic nomen illud scribitur in fine senarii apud *Athen.* x, p. 458. B. ut Δημύλος, Χαρμύλος, Χρεμύλος.) *Clemens Alex.* Strom. 1, p. 381, 12. Ἴλιος ἑάλω ——— Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὥς φησὶ Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος· Ἀγίας δὲ, καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ, μηνὸς Πανήμου ὀγδόῃ φθίνοντος. eximetur historicorum numero *Dionysius Argivus*, si, pro Διονύσιος, hic restituatur Δεινίας ὁ Ἀργεῖος· notissima *Diniae* fuerunt Argolica: de multis unum ponam huic nostro simillimum locum: *Schol.* in *Sophoclis* Elec. v. 283, Agamem-

γημαμένῳ Ἁρμονίαν. Ἔφορος δὲ, [16] Ἠλέκτρας τῆς Ἄτλαντος αὐτὴν εἶναι λέγει, Κάδμον δὲ παραπλεύσαντα τὴν Σαμοθρᾴκην, ἁρπάσαι αὐτήν· τὴν δὲ εἰς μνήμην τῆς μητρὸς ὀνομάσαι τὰς Ἠλέκτρας πύλας, καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ ζητοῦσιν αὐτὴν ἐν ταῖς ἑορταῖς. [17] Δημαγόρας δὲ, ἀπὸ Λιβύης ἐλθοῦσαν τὴν Ἠλέκτραν οἰκῆσαι τὴν Σαμοθρᾴκην, [18] ἔνθα συγγενομένη Διῒ ἔτεκεν [19] Ἡμιθέαν, Δάρδανον, Ἁρμονίαν· τὸν δὲ Κάδμον παραπλεύσαντα μετὰ Θάσου, ἐπὶ ζήτησιν τῆς ἀδελφῆς, μυηθῆναί τε, καὶ μυούμενον ἰδεῖν τὴν Ἁρμονίαν· προνοίᾳ δὲ Ἀθηνᾶς, ἁρπάσαι αὐτήν. † [20] ἔνιοι τὴν Ἠλέκτραν τὴν Ἄτλαντος αὐτὸν, οὐ τὴν Ἁρμονίαν λέγουσι γεγαμηκέναι. †

12 Καλοῦσι δ' Ἰοκάστην με] [21] Ἀσφαλίζεται τὴν ὀνομασίαν τῆς Ἡρωΐνης, ἐπεὶ οἱ παλαιότεροι Ἐπικάστην καλοῦσιν, καὶ Ὅμηρος,

Μη-

monem scribit trucidatum XIII μηνὸς Γαμηλιῶνος, ὡς Δεινίας ἐν ἑβδόμῳ Ἀργολικῶν, numerus libri III apud Clementem ad Diniae quoque nomen potius pertinuit quam ad illud *Dercyli* vel *Dercylli*, qui nescio num alibi citetur praeterquam his in Scholiis, & apud *Athenaeum* III, p. 86. F. vid. *Is. Casaubon.* Anim. III, c. V. *Dercylli*, quae nuspiam fuerunt, plura nominat fraudulentus ille nugator, qui sub *Plutarchi* nomine conflavit libellos mendacissimos, de Fluminibus, & περὶ παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν, praeterea quinque Ἐρωτικὰς Διηγήσεις. Quae, praeter *Argolica*, memorat in *Dercyllo Ger. Io. Vossius* de Hist. Gr. L. III, falsarii fide nituntur.

16 Ἠλέκτρας τῆς Ἄτλαντος] Aug. Cod. Ἔφορος δὲ Ἠλέκτραν τὴν Ἄτλαντος αὐτὴν εἶναι. vulgatam genuinam esse, praeter cetera, monstrant proxime sequentia; quibuscum poterit comparari *Stephanus Byz.* in Δαρδανος.

17 Δημαγόρας δὲ] Non de nihilo est, quod additur in Aug. Cod. Δημαγόρας δὲ καὶ, ——— *Demagorae* namque, aut, si quis ita scribi malit, *Timagorae* convenit cum *Ephoro*, filiam Atlantidis Electrae fuisse Harmoniam uxorem Cadmi; sed hic rem paulo tradiderat explicatius quam fecit *Ephorus*: conf. *Mnaseas* apud *Stephan. Byz.* in Δάρδανος.

18 Ἔνθα συγγενομένη Διῒ, ἔτεκεν] Nihil ex Aug. Cod. hic enotatum differentiae, nisi ἠτεκνώσε pro ἔτεκεν supra ad v. 4, ubi legitur Ἐξ οὗ ἐτεκνώθη Λαΐος, e versu Phoen. 875. Ms. habet ἐξ οὗ καὶ ἠτεκνώθη Λαΐος.

Nostro loco legendum videtur: ἔνθα συγγενομένη Διῒ τεκεῖ. Attigit haec Celeberr. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. I, p. 369, 9.

19 Ἡμιθέαν,] Corrigendum arbitror Ἠετίωνα· Praeter Harmoniam filios tantum habuit Atlantis Electra Dardanum, & Ἠετίωνα, qui plerisque dicebatur *Iasion*. In versum Phoen. 1136. Scholion erat in Aug. Cod. sic emendandum: ἱστορεῖται ἡ Ἠλέκτρα, τρεῖς παῖδας ἔχειν, Δάρδανον, Ἠετίωνα, ὃν καὶ Ἰασίωνα ὠνόμασαν, καὶ Ἁρμονίαν, ἣν γήμαντα τὸν Κάδμον ἀπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς Ἠλεκτρίδας πύλας ὀνομάσαι τὰς Θήβας.

20 † Ἔνιοι τὴν Ἠλέκτραν κ. τ. λ.] *Kingio* debentur ista, ni fallor, e Barocc. Codice petita. Sensu vacabant olim loco non suo sic scripta: ἔνιοι Ἁρμονίαν τὴν Ἠλέκτραν αὐτὸν οὐ τὴν Ἄτλαντος λέγουσι γεγαμηκέναι. Haec dedit ad *Hygini* c. VI. *Thom. Munckerus*: Ἔνιοι δὲ ἀντὶ Ἁρμονίας Ἠλέκτραν γῆμαι αὐτὸν φασί. Aug. Cod. sequentia praebet alio loco: Ἐκ δὲ τοῦδε Λαΐου: ἔνιοι Ἁρμονίαν λέγουσιν αὐτὸν τὴν Ἠλέκτρας γεγαμηκέναι. Quomodocunque scripta, recentioris est nota, e veteri Scholio, prouti solebant, excerpta. Si credidit is, Cadmum non filiam duxisse sed matrem, mendose scriptis *Ephori* verbis videtur deceptus.

21 Ἀσφαλίζεται κ. τ. λ.] Vetus Scholion, quod & in Aug. Cod. legebatur, ex Edd. restitui; rejectis quae *Kingius*, his obliteratis, dederat ex Baroc. Cod. Οὐ μόνον Ἰοκάστην ἑαυτὴν καλοῦσιν ἀλλὰ καὶ Ἐπικάστην, ὡς ἔχει τὸ Ὁμηρικόν, Od. Λ, 270.

Quan-

Μητέρα δ' Οἰδιπόδαο ἴδον καλὴν Ἐπικάστην.

13 Γαμεῖ δὲ Λάϊος] [22] Ἐπιμενίδης Εὐρύκλειαν τὴν Ἐκφαντος φησὶν αὐτὸν γεγαμηκέναι, ἐξ ἧς εἶναι τὸν Οἰδίποδα. οἱ δὲ δύο τὸν Λάϊον φασὶ γῆμαι γυναῖκας, Εὐρύκλειαν, καὶ Ἐπικάστην καὶ τὸν Οἰδίποδα δὲ φασὶν Ἐπικάστην τὴν μητέρα γεγαμηκέναι, καὶ Εὐρυγάνειαν [23] Αἰγύπτιος δέ φησιν, ὡς, ἐκ χρησμοῦ τοὺς παῖδας ἀκούσας ἀλληλοκτονήσειν, ἐξέθηκε τὸν Πολυνείκην Μήστωρ δὲ, ἀμφοτέρους ἐκτεθῆναι.

14 Χρόνια] Ἤγουν χρονίως, ἐπὶ πλείω παρέκτασιν χρόνου ἔχων τὴν μετ' ἐμοῦ συνοίκησιν ἐν τοῖς δώμασιν

15 „ Ἐλθὼν ἐρωτᾷ] Ἐρωτᾷ μὲν τῆς [24] ἀπαιδίας τὴν αἰτίαν· αἰτεῖ δὲ τῆς ἀρρενογο-„ νίας τὴν εὐτυχίαν."

17 † Εὐίπποις ἄναξ] [25] Κατὰ ζῆλον Ὁμηρικὸν Εὐριπίδης εἰς δοτικὴν τὸ ἄναξ συντέταχεν· ἐκεῖνος γὰρ ἀεὶ τούτῳ χρῆται τῷ πλαγιασμῷ. †

18

Quarto rectius Scholiastes antiquus: οἱ παλαιότεροι (Mſ. Aug. οἱ παλαιοὶ) Ἐπικάστην (addatur αὐτὴν) καλοῦσιν. *Schol Homeri*: Ἐπικάστην] τὴν παρὰ τοῖς Τραγικοῖς Ἰοκάστην.

22 Ἐπιμενίδης Εὐρύκλειαν τὴν Ἐκφαντος] Non [illegible] φησὶν, ὁ γενεαλόγος procul dubio, memoratus *Laërti*. [illegible] xiſſe Euryclíam Ecphantis filiam. Secundum *Pi*[illegible] *recyden* in Schol. ad v. 53, Oedipus fecundis nuptiis [illegible] memoratam Euryganen, vel Eury[illegible] Periphantis filiam. [illegible] adparebit *Fabricii* [illegible] p. 659 ubi tanquam Scriptor [illegible] ſtat *Ecphantus*. Eſt in [illegible]

23 Αἰγύπτιος δέ φησιν,] [illegible] legitur in [illegible]

„ leg. *Ægis*, ſive *Æg*[illegible]

„ [illegible]

„ [illegible]

„ mens Alex. [illegible] Strom. [illegible]

24 Ἀπαιδίας.] In [illegible] quod [illegible] ſitatam, & ab hoc [illegible]

ἀρρενογονίας τὴν εὐτυχίαν, Grammaticum ſcripſiſſe ſuſpicabar, τῆς εὐπαιδογονίας τὴν αἰτίαν. venuſte τὴν ἀπαιδίαν dicere potuit οὐ παιδογονίαν, more loquendi non tantum ele[illegible] (vid. *Ios. Scaliger* Caſtig. in *Catull*. p. 73, & *Car. Andr. Duke*[*rus*] in *Thucyd*. p. 89. 58.) ſed & plebeio, certe communi genere ſermonis [illegible] quod [illegible] *Ioach Kühnius* in *Diogen. Laërt*. IX, §. 77. ſed *Epicuro* ἡ ἀπαθανασία dicebatur οὐ [illegible] *Euſtathio* teſte in Il. Λ, p. 81, 2. qui hanc ipſemet ſcribendi normam ſectatus eſt in Il. Θ, p. 583, 50. [illegible] Il. Ρ, p. 1123, 4. [illegible] Il. Ω, p. 1492, 22. [illegible] *Huetius* attigit notis ad *Origenis* Comment. p. 78. —Iſta talia ſunt in Alexandrina V. T. converſione non nulla. [illegible] tamen ex [illegible] *Deu*[illegible] *Heſ*[*e*]*ae* VIII, 6. *Ieſai*. LV, [illegible] I, 6. *Pſalm*. CVI, 40. [illegible] X, 11. Quos *Ignatius* [illegible] al is οὐχ ἱερεῖς, & μὴ ἱερεῖς [illegible] vid. *Car. Du Cangius* Gloſſ. [illegible] *Barnabae* c. IX, p. 23. ad Conſtit. Apoſtol. II, c. XXVIII, [illegible]

25. Κατὰ ζῆλον Ὁμηρικὸν] [illegible] Cod. [illegible] O., e [illegible]

den-

18 Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα] Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικὸς ἀλληγορῶν φησὶ· [26] Σχιστὰς λιμένας Ἀφροδίτης, ἐν οἷς ἡ τῶν παίδων γένεσίς ἐστιν. Εὐριπίδης δὲ, ταυτὸ τοῦτο φάσκων, τήν τε ἔννοιαν τὴν αἰσχρὰν ἀπέφυγε, καὶ τοῖς ὀνόμασιν οἰκείως ἐχρήσατο, τεχνικαῖς ταῖς μεταφοραῖς σπόρον καὶ ἄλοκα λέγων.

„ Ἄλοκα] Αὔλακα· αὖλαξ δὲ, ἡ τομὴ τῆς γῆς ὑπὸ ἀρότρου. μεταφορικῶς δὲ λέ-
„ γει, αὔλακα μὴ σπεῖρε, ἀπὸ τῆς ἀρχαϊκῆς γῆς μὴ συνέρχου τῇ γυναικί."

21 Ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς] [28] Ἐκ τοῦ οἴνου εἰς ἡδονὴν τραπείς. Ἄλλως. Ἀντὶ τοῦ ἑαυτὸν δοὺς εἰς εὐωχίαν. καὶ πῶς, προεγνωκυῖα τὸν χρησμὸν, ἡ γυνὴ οὐκ ἀπέτρεψε τῆς μίξεως τὸν Λάϊον; ἢ ἐὰν ὕστερον εἶπεν αὐτῇ ἢ εἶπε μὲν, ἡ δὲ ὑπώπτευε τὸ ῥηθὲν εἶναι ψεῦδος, διά τινα ἔρωτα Χρυσίππου.

† Εἰς βακχεῖον πεσὼν] Μεθυσθείς. †

24 Λειμῶν' ἐς Ἥρας] [29] Ἢ ὅτι πᾶς Λειμὼν ἱερόν ἐστιν Ἥρας. ἢ ὅτι Κιθαιρωνίας Ἥρας

densi Mſ. reſtitui Κατὰ ζῆλον Ὁμ. atque inde recepi συντέταχεν· infra legitur Ὁμηρικῷ ζήλῳ ad v. 88. Inter Tragicos inprimis *Sophocles* dicebatur ὁ Φιλόμηρος, & ὁ ζηλωτὴς Ὁμήρου. Dramata ſua fatebatur *Aeſchylus* eſſe τεμάχη τῶν Ὁμήρου μεγάλων δείπνων.

26 Φησὶ Σχιστὰς λιμένας] Ediderant huc usque φησὶν, ἔχεις τοὺς λιμένας· egregiam, quam reſtitui, lectionem ſubminiſtravit Aug. Cod. Σχιστοὺς λιμένας Ἀφροδίτης. Facilis erat in deſcribendo lapſus, χιστοὺς in ἔχεις τοὺς commutantis; corruptae tamen vocis correctio vix ab ingenioſiſſimis exſpectanda. Qui diverſas a vulgatis lectiones enotaverat ex iſto Cod. vir perdoctus, ad ſequentia, τὴν ἔννοιαν τὴν αἰσχρὰν ἀπέφυγε, notarat „ [illegible] in voce χι-„ στοὺς apud Empedoclem" Proximum ad Σχιστὰς λιμένας accedit Διασφὰξ vel Διάσφαγμα· [illegible] ſic [illegible] ſciſſurae dicebantur: *Menag.* in *Laërt.* VIII, §. 60. *Ruhnken.* in *Timaei* Lex. p. 61. ubi vocem explicat Διασφὰξ, *Euſtath.* in Il. M, p. 855, 18. nonneminem ita vocaſſe ſcribit τὸ θῆλυ μόριον. *Heſychio* v. Σίνδοι urbs memoratur, [illegible] λεγομένη. [illegible] *Apollon Rhod.* IV, 322. [illegible] quo ſenſu ſuis illud in iambis poſuerit *Hipponax*, *Heſychius* nos docet, Σινδικὸν διάσφαγμα explicans, τὸ τῆς γυναικός. vidit hoc *Lucas Holſtenius* in *Stephan. Byz.* v. Σίνδοι. —— Secundum veteres, apud *Clementem Alex.* Protrept. p. 19, 18. Κτεὶς γυναικεῖός ἐστιν, εὐφήμως καὶ μυστικῶς εἰπεῖν, μόριον γυναικεῖον. *Sotadae* liberrimum erat dictum in Ptolemaeum Philadelphum, ſororis Arſinoës maritum: εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς· quod legitur apud *Plutarch.* T. II, p. 11. A. *Athen.* XIV, p. 621. A. *Euſtath.* in Il. Π, p. 1090, 32.

27 Ἐν οἷς] Aug. Cod φησὶν, Σχιστοὺς λιμένας Ἀφροδίτης φασὶν, ἐν οἷς ἡ τ. π. γ. ἐ. Εὐριπίδης δὲ αὐτὸν, τοῦτον (an leg. αὔλοκα τοῦτο;) φάσκων, τήν τε ἐ. τ. α. α. κ. τ. ο. ο. ἐ. καὶ τεχνικῶς ταῖς μεταφοραῖς, σπόρον καὶ ἄλοκα λέγων. Proxima ſequebantur in iſto Cod. quae repraeſentavi paulo emendatius ſcripta quam legebantur.

28 Ἐκ τοῦ οἴνου ε. η. τ.] Vulgatis praefixa ſunt iſta ex Aug. Cod. hinc mox inſerui voces, εἰς εὐωχίαν· deinceps Mſ. ὑπώπτευε τὸν χρησμὸν εἶναι ψεῦδος, ubi τὸ ῥηθὲν tamen reliqui.

29 Ἢ ὅτι πᾶς λειμὼν] Mſ. Aug. Ὅτι πᾶς λειμὼν ἱερός ἐστι τῇ Ἥρᾳ. —— in reliquis paene concinit vulgatis, ne his quidem praetermiſſis, quae pertinent ad verſum 28, Καὶ λελωβημένον δὲ &c. ſic olim forte ſcripta: Καὶ λελωβημένον μὲν, ὅμως δὲ ἀνείλοιτο τὸ βρέφος· forma communis ἀνείλετο legitur in Aug. ſub finem autem notae, τὴν ἴασιν εὐμαρῆ νομίσαντες αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἔσεσθαι. *Kingius* etiam αὐτοῦ correxerat pro αὐτῶν· hoc tamen etiam poni potuerat.

30

